

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVII
E
47
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPP. ULRIC. MOSER,
A. A. ET PHILOS. MAG. VERBI DIVINI APUD DETTING.
ET HEUCHLING. IN DUCAT. WIRTEMB. MINISTRI
NUPER PIE DEFUNCTI,

LEXICON
MANUALE HEBRAICUM
ET
CHALDAICUM,

IN QUO
OMNIUM TEXTUS SACRI V. T. VOCABULORUM
HEBRAICORUM ET CHALDAICORUM
SIGNIFICATUS
EXPLICANTUR.

IN USUM GYMNASIORUM ET SCHOLARUM.

CUM INDICE LAT. COPIOSISSIMO.



PRÆFATUS EST
D. GOTTLOB CHRISTIAN STORR
PROF. THEOL. TUBING.

ULMÆ
IN OFFICINA STETTINIANA
MDCCXCV.



Digitized by Google



PRÆFATIO.

Quod in lucem prodit lexicon novum, eius edendi consilium vix capturus fuisset æque modestus ac eruditus Auctor, nisi Vir quidam doctus, cuius auctoritas fuisset magna apud eum & in primis gravis, tandem persuasisset, uti laboriosissimum opus, in quo, suæ duntaxat hebraicarum literarum cupiditati & incredibili studio obsecutus, amplius quindecim annorum subcisivas operas consumsisset, perire non sineret, sed publico, tironum maxime, commodo divulgaret. Hac demum caussa impulsus scriptum suum, diligenter ante recognitum, typographo exscribendum tradidit exeunte anno MDCCLXXXXI. Sed non ita multum provectæ fuerant operæ, quum proximo statim anno die VI. Augusti beatam mortem obiret Auctor,

ætatis annum LXXIII. vix ingressus. Unde factum quidem est, ut, qui cum scripto retractando Supplementa b. MICHAELIS ad lexica hebraica, quoad extarent, contendere instituisset, partem ultimam, literam ע & reliquas exequentem usque ad extremum, adhibere non amplius posset. Ceteroqui vero ad perfectionem libri & integritatem nihil deesse, lectores per se ipsi intelligent. Emendationis speciminum typographicorum, in qua ipse b. Auctor, dum viveret, operam ponere solebat, universæque editionis curam diligentissimam suscepit Filius, optimo Patre dignus, Vir plurimum reverendus, PHILIPPUS HENRICUS MOSER, Philos. Magister, ecclesiæ Marchbronnensis Pastor & Scholæ Blabyrensis Præceptor.

Brevis hæc narratio docet, b. MOSERI lexicon edi cœptum esse eo tempore, quo novæ editionis lexici SIMONIS expectatio teneretur adhuc suspensa. Sed ne nunc quidem, cum expleta est, prodeunti libro nullum locum esse putamus. Etenim b. SIMONIS lexicon illustris EICHHORNII cura tam ample exornatum atque locupletatum est, ut non possit non maioris venire, quam res multorum hebraicæ linguæ studiosorum fert ac postulat. Horum vero ipsorum rationes uberioris & copiosioris tractationis laudi b. Auctor anteponendas duxit.

Non

Non negamus, ſtudio brevitatis multa fuiſſe prætermittenda, quæ non modo hiſtoriæ cauſſa iuvaret legiſſe, ſed quæ ad ipſam quoque originem ſignificationum accuratius indagandam, vel etiam ad vim vocabulorum rectius definiendam adiuvare poterant. Quæ a verbo סעף manarunt nomina, eorum ſignificationes, cum a loco Eſ. LVII. 5. diſceſſeris, b. MOSERUS noſter, ut hoc exemplo utamur, duxit ab arabico verbo شعب (*diviſit*), in quo præter alios ipſum quoque MICHAELIS maxima ſaltem ex parte conſentientem habet. Cum vero literarum *Phe* & *Be* permutatio rariſſima *), eiusque ſumtio hanc eamdem ob cauſſam etiam beato MICHAELIS **) haud parum moleſta ſit; optandum ſane fuiſſet, ut Auctori noſtro per brevitatis legem hiſtorice ſaltem exponere licuiſſet, quemadmodum SCHULTENSIUS ***) cum ab arabico verbo شعف, quod & nova SIMONIS editio contulit, quoque MOSERUS ipſe in explicando certe Eſaiæ, quem laudavimus, loco uſus eſt, tum a verbo شغف hebraicorum, de quibus agitur, nominum ſignificationes derivaverit. Hoc pacto lectoribus optio data fuiſſet eligendæ *originationis*, quæ cuique arrideret, eaque ſimul ratione via certe munita

)(3 fuiſſet

*) v. SCHULTENSII Clav. dial. p. 274.

**) Supplem. p. 1782.

***) ad Job. IV. 13. p. 102. ſ.

fuiſſet ad tollendam difficultatem, quæ SCHULTENSIANÆ originationi obſtare & verbi شعب comparationem in primis commendare videtur. Unus eſt, qui eam affert, locus, Jud. XV. extans (v. 8. 11.). Concedimus enim beato MICHAELIS *), *eminentiæ* ſeu *verticis* ſignificatum, unde vis vocis סעפות & non nullæ vocabuli סעיף ſignificationes commode explicari poſſunt, in illo certe libri Judicum loco non admodum convenire. Sed SCHULTENSIUS de vocabuli شعفة, quod *verticem* dicit, illa etiam ſignificatione admonuit, quæ, ſicut vox شغاف, *caput cordis*, *pericardium* indicet, unde & vis *commotionis animi*, etiam in hebraico nomine סְעִפִּים (1 Reg. XVIII. 21.) aut שעפים (Job. IV. 13. XX. 2.) reliqua, & notio *inſaniæ* pendeat, quæ & in hebraica voce סֵעֲפִים **) (Pſ. CXIX. 113. *inſani*, παρανομοι ***) cernitur. Atqui notio *cordis*, vocabulo per *Phe* ſcripto ſubiecta, lectores poterat ſaltem ducere ad notionem *meditullii*, *interioris partis* ****)

petræ

*) l. l. p. 1783. 1770.

**) cf. Ven. MÜNTINGHE Annott. philol. crit. in Pſalmos p. 178. T. III. verſ. germ.

***) cf. Ven. KNAPPIUS ad Pſ. CXIX. 113. & Ven. SCHNURRERI noſtri Diſſertationes p. 491.

****) Similiter Arabum قلب, cui apud HARIRIUM (v. SCHULTENSIUM ad Confeſſ. V. p. 88.) reſpondet nomen خلب,

noſtri

petræ, quo nomine *ſpelunca* petræ ſeu *caverna* — hanc enim Jud. XV. intelligi, non *eminentiam* petræ, quod SCHULTENSIUS volebat, ſupra dedimus atque conceſſimus — haud profecto minus appellari poterat quam voce *fiſſuræ* (شعبة per *Be*).

Eadem notio *cordis* patefacit aditum ad inveniendam *ſignificationem* verbi פֵּעַף Eſ. X. 33. quod & nova SIMONIS editio cum pleriſque vertit: *amputare* ramos. Quod ſi vero hoc verbum a *ramo* (סעיף, *cacumine* arboris) nomen traxiſſet, hoc potius ſonaret: *) ramos *facere*, *acquirere*, *proferre* (ποιειν **), quemadmodum Arabibus شعبة eſt *ramus*, شعب autem: ramos *produxit*, non ***): *amputavit*. Præterea, quod MICHAELIS ****) obſervavit, *internecioni*,

 quam

noſtri شغبة & شغاف, ut infra (p. VIII.) dicemus, ſimillimum, itemque hebraica vocabula לֵב & לֵבָב (Pſ. XLVI. 3. Jon. II. 4.) uſurpantur de medulla, ſeu *interiore parte* rei.

*) v. Obſſ. ad anal. & ſynt. hebr. p. 198.

**) cf. Marc. IV. 32.

***) Ex analogia verborum פֵּאֵר (ramos *excuſſit*) & שֵׁרֵשׁ (*eradicavit*) nihil in contrarium effici cogique poſſe, oſtenditur l. c. p. 197. 199. Nec horum quidem verborum forma Pihel vim *privativam* habet.

****) Supplem. p. 1990.

quam contextus Esaiæ minatur, parum apta videtur commemoratio amputationis *ramorum duntaxat*. Sed & detractio, qualis est *defluvium capillorum*, de quo verbum شعف usurpari solet, longe distat ab illo vehementissimo impetu, quem contextus describit. *Deturbata* cum impetu corona (sic enim MICHAELIS *) verborum Esaiæ vim interpretatur) non commode dicitur *defluere*. Eadem verbi شعف significatione, quamnis alio translata, b. MOSERUS noster usus est. Veremur autem, ne *foliis ac frondibus nudati* caudices (sic enim vertit **) ab *extremi exitii* imagine abhorreant perinde ut *amputati rami*. Qua propter malimus verbi شغف eam vim comparare, qua idem valet ac: *læsit in pericardio* ***), unde loci laudati hic sensus erit: „validissime

*) l. l. p. 1781. s. 1990.

**) p. 498. 576.

***) Hæc notio: *affecit cor*, translata ad *animum*, peperit significationes *affectus animi*, ut amoris, *vehementis*, *commotionis* ac *perturbationis* animi, *insaniæ*, quas in verbis شغف & شعف inesse constat, & quas supra (p. VI.) tetigimus. Ceterum voci خلب, cui æque ac vocibus شغاف & شغغة *pericardii* vis subiecta est, cognatum verbum خلب similiter, atque verbum شغف, habet significationem: *affecit in pericardio*. Cf. quæ Ven. SCHNURRERUS l. l. p. 152. ex SCHULTENSIO ad HARIRII Confess. II. p. 55. attulit.

dissime *in ipsa medulla lædit* decora & ornamenta (פְּאֵרָה. *) Non longe diversa est Alexandrina versio: *συνταρασσει* (בלע, cf. Ps. XXI. 10.) *της ενδοξης μετα ισχυος.*

Sed vel huius vocis סעף exemplo patet, esse, ubi ipsa etiam *maiora* lexica *significationum* & *originis* earum indagationem, tametsi variarum opinionum copiosiore expositione adiuvatur, lectoris tamen studio pertexendam demum atque perficiendam relinquunt. Neque id in rarioribus tantum, sed in ipsis etiam *tritis* vocabulis usu venit. Veluti notio *cadendi*, arabico sermone trita, & syriaco etiam verbo ܗܘܐ a b. MICHAELIS **) asserta, recte a lexicographis collata est tum ad explicandos librorum sacrorum aliquot locos, qui verbo הוה seu היה eam ipsam vim tribuunt ***), tum ad patefaciendam illustrandamque origi-

 nem

*) Eiusdem formæ sunt nomina עֻפְּלָה (Habac. II. 4.) & חָפְשָׁה Cf. Obss. gr. p. 62. Præf. p. XIII.

**) Suppl. p. 512.

***) Locis, quæ MOSERUS noster p. 156. cum b. MICHAELIS (p. 513.) attulit, quævе in Obss. gr. p. 39. s. laudata fuerant, alieniora quædam addidit nova editio lexici SIMONIS (p. 427.), pro quibus substitui posse videtur suspectus laudato MICHAELIS (p. 522. f.) Esaiæ locus (XLVI. 1.) „*ciciderunt* (הָיוּ, cf. l. l. p 522.) imagines eorum (cesseruntque) bestiis (cf. II. 20.)" Verbum *cedendi* ex præpositione ל, da-

nem *) ſignificationum vocabuli הַיָּה. Quam vero *cognationem* habeat vis *cadendi* cum notione illa tritiſſima: *factus eſt*, *fuit*, non ſatis declarant, qui lexica condiderunt. Monere quidem ſolent, ex hac ſignificatione: *cecidit*, genitam eſſe alteram: *accidit*, quæ eſt ipſa vulgaris: *factum eſt*, unde porro, cum ea, quæ vel evenerunt vel evenient, dicamus vel *fuiſſe* aut *eſſe*, vel *fore*, vis *verbi ſubſtantivi* facile manavit. Sed illud ipſum quæritur, an a ſignificatu *cadendi* hæc vis: *accidit*, quæ certe arabico verbo هوي ſubiecta

---

ל, dativi indice, hoc facilius intelligi (cf. Obſſ. gr. §. LXXI.) poteſt, quod hæc ipſa vis (cf. Lev. XXV. 7.) iuxta cum ſignificatione *cadendi* ineſt in ipſo verbo *expreſſo* הָיָה. Senſum loci, in hanc partem accepti, declaravit Ven. HENSLERUS in Annott. germanicæ verſioni Eſaiæ ſubiunctis p. 249. Interpretatio b. MOSERI (p. 159.), quæ verbum הָיָה refert ad extremam, non ad proximam verſiculi partem, incurrere videtur in difficultatem, HIERONYMO exprobratam a b. MICHAELIS (p. 523.). Neque etiam verba: עֲצַבֵּיהֶם לַחַיָּה וְלַבְּהֵמָה commode ſic vertuntur: ſimulacra eorum, *quæ ſunt* beſtiarum & iumentorum.

*) Notioni huic: *cadit* (هَوَى), unde fluxerunt ſignificatus *cupiditatis*, qua quis præceps fertur, (هَوًى, هَوِيَّة), & *barathri*, in quod aliquis incidit, (هُوَّة), quæ utraque vis (*cupiditatis*, & *voraginis* malorum, calamitatis) etiam in hebraica voce הַיָּה ineſt, in ipſa vocabulorum هَوًى

subiecta non est, potuerit nasci. Unde conferendum erat *) verbum נפל, quod, ut latinum *cadere*, usurpatur **) de *alea* & sorte (1 Sam. XIV. 42. coll. Jon. I. 7.), indeque porro de *eventu* rei (Ruth. III. 18.). Hac utriusque verbi (נפל & הוה) analogia Esaias ipse (XLVII. 11. ***) usus est: *cadet* (תפל) super te (*accidet* tibi) *res accidens* (הֹוָה) †), h. e. eveniet tibi *malum*, feres *infortunium* (cf. Ez. VII. 26.), sicut Latini quoque verba: si quid ei *acciderit*, in hanc sententiam usurpant: si quid *mali* ††) acciderit ei.

Vocabuli triti *significationem*, ut huius quoque generis exemplum subiiciamus, lexica prætermittere solent, quum

---

هَوِيّ & هُوَّة usurpatione expresse alludit sententia XVI. *Florilegii*, Rudimentis linguæ arab. *Erpenianis* a SCHULTENSIO adiecti p. 174.

*) Alio loco, (ad verbum נפל, non item ad verba רוה & היה), utrumque vocabulum comparatur in editione nova SIMONIS p. 1037.

**) v. SCHULTENSII Orig. hebr. p. 272. ed. 2.

***) Notationis respectum in hoc loco etiam MICHAELIS p. 513. observavit.

†) In hoc participio feminino seu (Obss. gr. p. 247. s.) neutro, quod significat *accidens*, perspicue cernitur verbi הָוָה usurpatio in hanc partem: *accidit*.

††) cf. Diss. III. in librorum N. T. historicorum aliquot locos not. 279.

quum *superlativi* indicem vim, quæ in voce כל inest (Ps. XXXIX. 6, XLV. 14), silentio prætereunt *). Origo modi huius loquendi videtur **) esse e significatu *merus*, quem & græcum vocabulum πας latinumque *omnis* habet ***). Qui enim altero loco *mera* fragilitas (כל־הבל) appellantur, eos hyperbolica locutio significat profecto †) *admodum* caducos esse. Quæ altero loco vocatur *merus* decor

*) Attigit quidem MICHAELIS p. 1184. (1284.), sed dubitanter.

**) Laudatus MICHAELIS comparat latinum *omnipotens*, ad cuius similitudinem accedat כל־כבודה (Ps. XLV. 14.), *omnimode* gloriosa, *gloriosissima*. Altero, quem subdit, loco (Prov. XXI. 5.) non: *omnia* festinans, sed vel *omnis* præfestinus, quomodo SCHULTENSIUS vertit, vel, quod malimus, ut substantivum מתעבת habeat *substantivum*, *quod respondeat*, *totum* (כל) præfestinantis, *quidquid instituit & agit*, intelligi videtur.

***) v. RAPHELII Annott. ex ARRIANO ad Jac. I. 17. p. 692. Eam vim deprehendere nobis videmur etiam Rom. XIV. 5. „alius diem quamdam (ἡμέραν) putat pluris quam diem (vulgari die potiorem sanctioremque), alius (eam, cf. Diss. cit. not. 25.) putat *meram* (πᾶσαν) diem, nihil supra.“

†) Abstracti, pro concreto positi, vim (v. KYPKE ad Marc. XIII. 19. & Obss. gr. p. 259. n. 7.) adauget præterea hyperbolice (cf. l. c. p. 262.) addita vox *mera*.

decor *) & honos (כל־כבודה), eam facile intelligimus *ornatissimam* dici. Forte etiam significatus *coronæ* desiderari possit, qui, ut late regnat **) per universam vocum, ex radice כלל natarum, seriem, ita ipsi etiam vocabulo כ'ל subiectus esse videtur Coh. XII. 13. Nam latinismus ille: hoc enim *omnium hominum est* (sc. *officium*, (כי־זה כל־האדם), nullo, quod sciamus, hebraico exemplo confirmari potest. Unde malumus sic vertere: „hæc enim est ***) *corona* (sive †): hoc decus est) hominum." Alterum, quod v. 14. sequitur, כי subiicit novam rationem, qua, ipso v. 13. sed paullo superius ††) iniuncta, pietas erga Deum & obtemperatio legibus eius commendetur. Illam nempe & (v. 13.) decoram esse hominibus atque

---

*) Vocabulum כבודה est proprie nomen *abstracti* (l. c. p. 66. n. 4. p. 81. f.), quod vero, sicut alia huius formæ nomina (l. c. p. 82. f.), etiam *adiectivi* vim obtinere poterat (Ez. XXIII. 41.).

**) v. MICHAELIS p. 1281. ss.

***) Comparetur imago similis Prov. I. 9.

†) cf. Prov. XII. 4.

††) Similiter græcum γὰρ haud raro non ad proximam sententiam, sed ad superiorem pertinet, cui etiam proxima enunciatio rationem aliquam per vocem γὰρ subiunxerat. v. Ebr. V. 13. not. o).

Digitized by Google

atque laudabilem *), & (v. 14.) coniunctam saluti hominum, quos Deus in iudicium vocaturus, & suam cuique sortem accommodate ad cuiusque vel obedientiam vel prave facta daturus sit. Notio *coronæ* in voce כ'ל, quemadmodum in nomine עטרת, ducta videtur e significatu *circumdandi*, quem verbo כלל cum altero עטר communem fuisse, ostendit derivatum nomen מכלל, loricam, pectus *cingentem*, significans **). Quin ipsa etiam vulgaris illa significatio: *totus*, unde hæc altera: *omnis*, pendet ***), a significatu *circumdandi* facile poterat proficisci. Ut enim شيء باسره, res *in loro suo*, *circumdata* quasi & constricta vinculo, ne pars ulla dissipari & de toto decedere queat, Arabibus est res *tota* †): sic *cinctura* (كلّ, כל) rei, sive res *circumdata*, *cincta*, eamdem vim obtinere &

*) cf. Ps. CXI. 10.

**) v. MICHAELIS p. 1186. (1286.).

***) Eorum, quos nomen aliquod generale, vel pluraliter vel collective positum, amplectitur, velut hominum, universitas (*totum*) idem valet, quod *omnes* v. c. homines. Et Latini quoque non modo voce *omnis* pro altera *totus*, sed interdum quoque vocabulo *toti* pro usitatiore *omnes* utuntur. Consentit locutio vulgaris, quam pars certe Germanorum fecerunt usitatam: *die ganzen* Bürger &c. pro: *alle* Bürger.

†) v. GOLII Lexic. p. 98. & SCHULTENSII Opp. min. p. 335.

Digitized by Google

& rem *totam* significare poterat. Inde orta vis *efficiendi*, *ut res tota sit* atque integra, uno verbo, *consummandi*, quam Chaldæi & Syri in verbo שכלל *) (*consummavit*, *absolvit*, *perfecit*), Hebræi autem in voce כליל, de eo, quod *perfectum* est, usurpata (Ez. XVI. 14.), conservarunt. Eadem vis est origo **) significationis *consumendi*, quæ superat in hebraici nominis כליל usurpatione de sacrificio, quod totum igni *consumeretur* ***), quæ etiam parens est arabicorum significatuum, ad *fatigationem* & *hebetudinem*, ubi *consumtæ* & exhaustæ †) sunt vires, pertinentium.

Materia,

---

*) De hác verbi כלל forma v. Obss. gr. §. XXXIX. extr. p. 231.

**) Alia quoque verba *consummandi*, ut תם (1 Reg. XIV. 10. extr. 2 Reg. VII. 13.) & תשלים (Es. XXXVIII. 12. s.), de rebus *absumtis* usurpari solent. cf. Ebr. VII. 11. not. i). p. 117. s.

***) v. MOSERUM p. 331. extr. & MICHAELIS p. 1283.

†) v. SCHULTENSIUM ad HARIRII Confess. V. p. 92. Alibi quidem (v. Excerpt. ex Hamasa, grammaticæ ERPENII arabicæ subnexa, p. 464.), consentiente MICHAELIS (Suppl. p. 1281.), *hebes* & *obtusa* acies v. c. ensis, visus, appellata putatur ex eo, quod sit veluti *complicata*, retro flexa & curvata. Quidni vero *hebescens* (كليل, v. Excerpt. ex Hamas. p. 462.) oculus veluti *lassatus* dicatur, quo ipso vocabulo SCHULTENSIUS p. 464. utitur, h. e. *defectus viribus*? Deinde nullo exemplo probatur significatio *complicandi*, quæ verbo كلّ tributa est, sed mera coniectura nititur.

Materia, in qua lexicon hebraicum verſatur, pæne infinita & crebro tam impedita eſt, ut ne maxima quidem vel auctoris peritia atque diligentia vel paginarum libri multitudo ſufficiat omnibus partibus æqualiter perpoliendis & perficiendis. Hoc vero ſine dubitatione confirmaverim, *Etymologicum*, quod prodit, *veteris teſtamenti hebraicum & chaldaicum* (ſic enim inſcripſerat b. MOSERUS) ea cura, induſtria & dexteritate elaboratum exire, ut, ſive notiores vocabulorum ſignificationes cognatarum linguarum conſenſu firmatas velis, ſive rationem habeas enodationis vocum difficiliorum & ſignificatuum rariorum, ſive nexum & γενεαλογίαν ſignificationum ſpectes, in tali genere tam modico pretio nihil ſimile vendatur. Qui egregio hoc adminiculo recte utentur, ſuo tempore ad amplioris ſcientiæ ſubſidia tanto paratiores accedent, ſuumque ſtudium & operam in lexica hebraica ſenſim magis & magis emendanda atque expolienda laudabiliter ipſi conferre poterunt. Scripſi Tubingæ a. d. V. Kal. Nov. A. MDCCLXXXXIV.

D. GOTTLOB CHRISTIANUS STORR.

אב

א.

אַב m. Pater; vid. אבה.

אבב. Ar. أبّ instituit; expedivit ad aliquid faciendum. Hinc

אַב m. *Germen vernum; virens* ſ. *viriditas verna*, i. e. quod terra vere inſtituit ſ. producit. Ar. أَبٌّ Idem. Aff. אִבּוֹ, *viror ejus*, Job. 8, 12. Pl. אִבִּים; hinc in regim. אִבֵּי *virentia*, Cant. 6, 11.

אֵבָא, אִנְבָּא m. Chald. *Idem*. Aff. אִנְבֵּיהּ & אִנְבַּהּ, *virentia ejus*, Dan. 4, 11. & 9.

אָבִיב m. 1) *culmus, ariſta* ſ. *ſpica, nunc matura; ſeges, quae in ſpicas emerſit;* eine ausgegangene Frucht; propr. quicquid vere in calamos exiit. Ex. 9, 31. Lev. 2, 14. Hinc Syr. ܐܒܘܒܐ, tibia; Gall. Pipe. 2) *Menſis Abib*, Chald. נִיסָן dictus, partim Martio, partim etiam Aprili noſtro reſpondens. 3) Nomen proprium loci תֵּל אָבִיב, qſ. acervus ſpicarum. Ez. 3, 15.

אָבַד originitus, E conſpectu & à ſocietate aliorum deperditus fuit, ut Ar. أبد aufugit; quocum convenit بان Abiit, diviſus eſt a ſuis. Hinc 1) *Amiſſus, perditus fuit; Periit, interiit; Mortuus, interfectus eſt; Abolitus, deſtructus, exſtinctus eſt.* 2) *Deſtitutus, miſer fuit.* Qua in ſignificatione convenit cum Ar. وبد, male habuit, duriorem exegit vitam. KAL, Præt. Num. 21. 30. Partic. Ben. אֹבֵד *perditus, exul, extorris, vagus.* Devt. 26, 5. Inf. abſol. אָבֹד, *pereundo*, Devt. 8, 19. conſtr. אֲבֹד, *perire*, ib. 7, 20. cum Aff. אֲבָדְךָ, *perire te*, Devt. 28, 20. in pauſa אָבְדָךְ ib. 28, 22. Fut. יֹאבַד, *peribit*, Prov. 19, 9. & יֹאבֵד, Job. 3, 3. Pl. cum ה parag. נֹאבֵדָה, *pereamus*, Jon. 1, 14. תֹּאבֵדוּ (pro תאבדו) in pauſa, *peribitis*, Eſth. 4, 14. & cum ן parag. תֹּאבֵדוּן, Devt. 4, 26. PIH. Præt. אִבַּד, *perdidit, amiſit; interfecit; delevit, deſtruxit*, 2 Reg. 21, 3. Inf. אַבֵּד, *perdendo*, Devt. 12, 2. Fut. אֲאַבֵּד pro אאבד, *perdam*, Ez. 28, 16. יְאַבֵּד, *perdet*, Prov. 29, 3. HIPH. Præt. הֶאֱבִיד, *perdidit*. Num. 24, 19. הֶאֱבַדְתָּ, *perdidiſti*, Job. 14, 19. & הַאֲבַדְתָּ, Devt. 7, 24. Inf. הַאֲבִיד *perdere*, Devt. 28, 63. Not. אוֹבֵדָה, vid. יבד.

אֲבַד Chald. *Idem*, quod Hebr. Hujus verbi formæ interdum ſunt tanquam a יבד. Fut. pl. יֵאבַדוּ, *peribunt*, Jer. 10, 11. APH.

Præt. הוֹבֵד, *perdidit*. Fut. תְּהוֹבֵד, *perdas*, Dan. 2, 24. Pl. יְהוֹבְדוּן, *perdant*, ib. v. 18. Inf. לְהוֹבָדָה & לְהוֹבָדָא, *perdere*, ib. v. 12. 24. Mutato א in ו, & retento in conj. Aphel ה characteristico. HOPH. Præt. הוּבַד, *perditum fuit*, Dan. 7, 11.

אֹבֵד m. *Perditus*, *periens*; *Extorris*, *exul*, Num. 24, 20. 24. Al. Perditio, Temere!

אֲבֵדָה f. *Res perdita*, *amissa*. Ex. 22, 8. Constr. אֲבֵדַת, Deut. 22, 3.

אֲבַדּוֹן m. *Exitium*, *interitus*. *Perditionis locus*, Job. 31, 12, Prov. 27, 20. ubi duplex lectio, sc. אֲבֵדָה & אֲבַדּוֹן.

אָבְדָן m. *Perditio*, Esth. 9. 5.

אָבְדַן m. *Interitus*, *perditio*, Esth. 8, 6.

אָבָה propr. ut Ar. أبى Nuit, pecul. digito; hinc sermone ajente Annuit, negante vero Renuit. 1) *Voluit*, *probavit*, *approbavit*, *annuit*; *assensus fuit*; cst. cum Dat. Præt. pl. אָבוּא (pro אָבוּ, more *Arabico*) *assenserunt*, Jes. 28, 12. 2) Plerumque vero additis Partic. לֹא aut אַל, *Negavit*, *recusavit*, *noluit*; cst. cum Acc. KAL, Præt. Ex. 10, 27. Fut. יֹאבֶה, *volet*, Devt. 29, 19. תֹּבֵא Fut. vid. in יבא.

אָב m. (per Apocopen pro אָבֶה, volens, cupiens) 1) *Pater*. 2) *Avus*, *proavus*, *abavus* etc. *Socer*. 3) Metaph. *Auctor*, *inventor*; *nutritor*; *Princeps*; *Herus*; *Doctor*, *præceptor*; *Patronus*. Cst. אֲבִי Gen. 4, 20.; bis אָב, Gen. 17, 4. 5. Affix. אָבִי, *pater meus*, Gen. 19, 34. אֲבִיהֶם, *pater eorum*, Gen. 9. 34. Plur. אָבוֹת m. (qs. אַנְשֵׁי הָאָבוֹת viri voluntatum, i. e. liberis bene cupientes) *Patres*, *majores*, Num. 14, 18. Cst. אֲבוֹת, Ex. 6, 28. Aff. אֲבוֹתֵיכֶם, *patres vestri*, Gen. 48, 21. & sine Jod. אֲבוֹתְכֶם irreg. Devt. 1, 11.

אַב, אַבָּא m. CHALD. *Idem*. Aff. אֲבִי, *pater meus*, Dan. 5, 13. אֲבוּךְ, *pater tuus*, ib. v. 11. Pl. אֲבָהָן. Aff. אֲבָהָתִי (pro אֲבָהָתַי), *patres mei*, Dan. 2, 23.

אֵבֶה m. (formæ כֵּסֶה) *Nutus*; ut Ar. إيبًا (a وبا Nuit v. g. digito) Nutus. Hinc אֳנִיּוֹת אֵבֶה *naves nutus* i. e. *veloces*, Job. 9, 26. Al. naves papyraceæ s. arundineæ, ut Hillerus ab Ar. أَبَاءٌ, Arundo. Al. Naves desiderii; naves inimicæ s. piratarum; naves fluvii Ebhæ.

אָבִי

אָבִי (a Sing. inuf. אָבָה [formæ נָוֶה] voluntas, desiderium; cum Aff. ׳) *Voluntas, desiderium meum est; i. e. optarem; o si! utinam!* Job. 34, 36. Al. Mi Pater! ah! Al. Adducam, qs. אָבִיא.

אֲבוֹי m. *Fastidium, nausea*, Prov. 23, 29. qs. Particip. pass. a rad. Ar. أبى Fastidivit; q. d. Fastiditum.

אֶבְיוֹן m. *Egenus, inops*, i. e. qui res necessarias desiderat, Devt. 15, 4.

אֲבִיּוֹנָה f. *Appetitus, desiderium, concupiscentia*, pec. *concubitus*, Eccl. 12, 5. LXX. Vulg. Syr. & Ar. Capparis, scil. quæ instigare Venerem putatur. Chald. מִשְׁכְּבָא, Concubitus. Vox composita ex אָבָה in comp. אֲבִי, & יוֹנָה, oppressio, compressio.

אִבְחָה f. *confectio, mactatio*, vid. בחה.

אבטיחים, vid. בטח.

אבך. (Ar. أبك, Pinguis fuit.) Hinc HITHPAH. הִתְאַבֵּךְ propr. *volvendo se spissus s. densus factus est*, i. e. condensavit se, Es. 9, 18. Vulg. Convolventur superbia fumi. Al. Efferent se,

אבל *Luxit, in luctu fuit.* Meton. *Devastatus fuit, luctum præbuit.* Chald. Syr. & Ar. in II. & V. Conj. Idem. Fut. תֶּאֱבַל, *lugebit*, Jer. 4, 28. HIPH. Præt. הֶאֱבִיל, *luctum attulit; devastavit.* Fut. יַאֲבֵל, *luctum afferet*, Thr. 2, 8. HITHP. הִתְאַבֵּל, *luctui se dedit, lugentem se simulavit*, 1 Sam. 15, 35. Fut. אֶתְאַבְּלָה (cum ה parag.) *apud me luxi*, Neh. 1, 4. יִתְאַבֵּל & יִתְאַבָּל, *lugebit*, Gen. 37, 34. Ez. 7, 10. יִתְאַבָּלוּ (in pausa), *luxerunt*, Ex. 33, 4.

אבל m. 1) *Lugens, mœstus*, Gen. 37, 35. Cst. אֲבֵל &. seq. Makkaph אֲבֶל־, Ps. 35, 14. Pl. אֲבֵלִים, *lugentes*, Es. 61, 2. Fœm. אֲבֵלָה; hinc pl. אֲבֵלוֹת. Thr. 1, 4. 2) Nomen propr. Urbis, f. g. v. g. אָבֵל הַגְּדוֹלָה, subintell. עִיר, Abel magna, sc. ob magnum luctum Bethsemitis ibi allatum ita dicta, 1 Sam. 6, 18.

אבל m. *Luctus, mœror*, Gen. 27, 41. Aff. אֶבְלֵךְ, *luctus tuus*, Es. 60, 20.

אֲבָל Partic. (a Rad. وبل, Acriter persecutus est; vehementer propulit; restitit. Propr. Persecutio v. g. orationis; it. Propulsio, videl. ejus rei, de qua ante dictum fuit; nec non Resistentia, i. e. si res nunc dicenda opponitur rei prius dictæ.)

Sed, *verum* f. *vero*, *atvero*, *veruntamen*, *at*; *quin*, *quin immo*, *immo*; *Maxime*, *Certe*, Gen. 17, 19. Ez. 15, 13. Ar. بَلْ Idem.

אוּבַל & אֻבַל, vid. יבל.

אבן. Ar. أَبَنَ Coaluit, concrevit. Hinc

אֶבֶן c. fed f. fæpius. 1) *Lapis*, *faxum*, qf. terra concreta. 2) *Gemma*. 3) *Pondus*, ex qualibet re factum. 4) *Perpendiculum*. 5) *Maſſa*, v. g. plumbi, ftanni &c. Gen. 31, 45. Aff. אַבְנוֹ, lapis fuus, 2 Reg. 3, 25. Pl. אֲבָנִים, *Lapides*, *pondera*, *perpendicula*, Gen. 31, 46. Sed 6) אֶבֶן m. (prifce pro בֵּן, cum א profthetico, ut Chald. אַבְנָא, & Ar. إِبْنٌ *Filius*, aut collective *Filii*, Gen. 49, 24. Coll. 37, 5 — 10. Videl. *Inde* (fc. a Supremo Jacobi) *moderator* (Ægypti creatus eft) *Filius Iſraëlis* (Jofephus). Sic Schultenfio etiam Pl. cft. אַבְנֵי, *Filii*, Job. 5, 23.

אֶבֶן, אַבְנָא f. Chald. *Idem*, Efr. 5, 8. Dan. 2, 34.

אָבְנַיִם m. Dual. 1) *Sella*, f. *rota figuli*, Jer. 18, 3. ab אֶבֶן, Lapis. 2) *Sella parturientium*, Ex. 1, 16, ab Ar. بنى in IV. Conj. أبنى Paff. Filius editus eft; i. e. fella, in qua nati in lucem eduntur. Al. Uterus; tempeftivitas.

אַבְנֵט m. (vocabulum Perficum) *Balteus*; unde Germ. ein Band. Ef. 22, 21. Plur. אַבְנֵטִים, Ex. 28, 41. Al. pro בֶּטֶן a אַבְטֵן, cingulum ventrale.

אבס. Ar. أَبَسَ Collegit, coacervavit rem. II. Mifcuit. Hinc

אֵבוּס m. *Præſepe*, i. e. ubi pabulum f. grana acervatim proponuntur mifcenturve, LXX. φάτνη, Ef. 1, 3. Prov. 14, 4. Pl. c. Aff. אֲבוּסֶךָ, *præſepia tua*, Job. 39, 9. (fec. codices quosdam). Al. Area.

אָבוּס m. Part. paff. *Saginatus*, *pinguefactus*, i. e. cui pabula & grana acervantur, Prov. 15, 17. Pl. אֲבוּסִים, *ſaginata*, 1. Reg. 5, 3. Conv. Ar. أَبَشَ Potu & ingurgitatione lactis intumuit.

מַאֲבוּס m. *Granarium*, *horreum*, *arca*, ubi frumentum f. grana acervantur. Pl. c. Afi. מַאֲבֻסֶיהָ, *horrea ejus*, Jer. 50, 26.

אֲבַעְבֻּעֹת, f. pl. *Puſtulæ*; vid. בעה.

אבק. Ar. أبق, Aufugit, subduxit se. Hine

אָבָק m. *Pulvis tenuis*, *pulvisculus*, i. e. qui vel flatu oris dispellitur & aufugit, Ex. 9, 9. Cst. אֲבַק, Nah. 1, 3. c. Aff. אֲבָקָם, *pulvis eorum*, Ez. 26, 10. Not. עָפָר est *pulvis grandior*.

אֲבָקָה, f. *Pulvis aromaticus*. Cst. אַבְקַת, Cant. 3, 6.

נֶאֱבַק NIPH. *Luctatus*, *colluctatus fuit*; nimirum, qui luctantur, in arenam descendere, & pulvere terræ conspergi solent. (Sic Gr. παλαίω, luctor, a πάλη, tenuissima farina, cinis.) Fut. יֵאָבֵק, *colluctabitur*, Gen. 32, 25. Inf. c. Aff. הֵאָבְקוֹ, *luctari ejus*, ib. v. 26.

אבר, unde Ar. أبر & أبرة Prominentior rei extremitas aut summitas, v. g. cuspis, mucro.

אָבִיר m. *Supremus*, *Summus*. Dicitur de Deo solo. LXX. δυνάστης, Dominus. Regim. אֲבִיר, Gen. 49, 24.

אֵבֶר m. *Ala avium*, pec. *pennæ remiges* (die Schwingfedern); qs. extremitas alarum. Ps. 55, 7. Es. 40, 31. Ez. 17, 3. Contra כָּנָף est *Ala* in genere.

אֶבְרָה f. *Idem*, Job. 39, 13. Pl. אֲבָרוֹת. c. Aff. אֶבְרוֹתֶיהָ, *alæ ejus*, Ps. 68, 14.

הֶאֱבִיר HIPH. *Volavit*, qs. extremitatibus alarum per aërem remigavit. Fut. יַאֲבֶר, *volabit*, Job. 39, 26.

אַבִּיר m. *Fortis*, *robustus*, 1 Sam. 21, 8. vel a Rad. **אבר**, de qua paulo ante; vel ab Ar. نبر Elevavit, extulit; pro אַנְבִּיר, qs. qui aliis fortitudine s. robore superior est. Dicitur non minus de Deo. Pl. אַבִּירִים. *Robusti*. Synecd. *Angeli*, Ps. 78, 25. *Heroës*, *homines fortes*, Jer. 46, 15. *Equi*, Jer. 47, 3. *Tauri*, *juvenci*, Es. 34, 7. Not. כַּאבִּיר Es. 10, 13. est Symbolum duarum lectionum, scil. כְּאַבִּיר, *sicut fortis*; & כַּבִּיר, *Multitudinem s. vim*, a כָּבַר Multus fuit. LXX. τὴν ἰσχύν, robur.

אגר. Chald. אֲגַר Collegit; ligavit, Convenit Ar. وجد, in IV. Conj. آجد Corroboravit, robustum effecit constrictione; unde موجد Firmiter constrictus, v. g. nodus. Affine est Hebr. גָּדַד, Turmatim convenit.

אֲגֻדָּה f. *Collectio quævis*. 2) *Manipulus*, *fascis*, i. e. collectus & constrictus. 3) *Vinculum*, *nodus contortus*. 4) *Turma* s. agmen

agmen militum, *cuneus*. 5) *Solum compactum*, Am. 9, 6.; ab Ar. أجد, Firmum ac robuftum effecit: unde porro جَدِيد, Solum, v. g. terræ.

אֱגוֹז m. (a Rad. גזז, Abfciffus, avulfus fuit; cui conv. Ar. جاز in IV. Conj. Refecuit; atque hinc جَوْز Nux Perfica) *Nux*, cujusvis generis, pec. ingens f. nobilior, Cant. 6, 11.

אגל. Ar. أجل in II. Conj. Collegit in unum v. g. aquam. Hinc

אֵגֶל m. Pl. cft. אֶגְלֵי, *Guttæ majores* i. e. Collectiones aquæ, Job. 38, 28.

I. אגם. Ar. أجم, Alterata, corrupta fuit aqua; quin potius جمّ, Confluxit, fc. aqua.

אֲגַם m. (perinde ut Ar. أَجَم) *Palus*, *ftagnum*. Hinc Pl. אֲגַמִּים; in reg. אַגְמֵי, Ef. 14, 23.

אֲגַם m. *Idem*. Ef. 35, 7. Pl. אֲגַמִּים, ib. c. 42, 15.

אַגְמוֹן m. 1) *Juncus*, *carectum*; a paludibus dictum. Juncus vero ejus generis defignatur, qui & caput habet ad annuli formam propendens, & ramos etiam producit. Ef. 58, 5. Hinc כִּפָּה וְאַגְמוֹן *Ramus & juncus*, h. e. tota communitas, Ef. 9, 13. 19, 15. 2) *Annulus*, pec. ex juncis contextus, Job. 40, 26.

II. אגם. Ar. أجم Arfit ignis; unde أُجْم Ardens. Hinc

אַגְמוֹן m. *Incendium*, Job. 41, 11. LXX. ἄνθραξις. Al. Cacabus, Cortina, Ahenum.

אגן. Ar. أجن Contudit v. g. fullo pannum; unde etiam إِجَّانَةٌ Labrum f. vas lapideum inftar pelvis, in quo lavantur veftes. Hinc

אַגָּן m. *Crater*, *pelvis*. Conv. Syr. ܐܓܢܐ, Id. & Gr. Ἄγγος, Ἀγγεῖον, Vas. Pl. אַגָּנוֹת, *Crateres*, Ex. 24, 6. Ef. 22, 24.

אֲגַף m. unde Pl. אֲגַפִּים, *Alæ* f. *agmina*, aut *turmæ militares*, v. g. equitum, Ez. 12, 14. c. 17, 21. it. *Exercitus*, Dan. 11, 15. 31. (a Rad. גָּפַף, גף Chald. Claufit, conclufit.) Conv. etiam Syr. ܓܦܐ ܓܦܐ Ala; & Ar. جفّ in II. Conj. Alas motitavit.

I. אָגַר, *Collegit*, *congeffit*, *comportavit*; Gr. ἀγείρω, congrego,

grago, aggrego. Conv. גגל, Id. & videtur per Antiſtœchon eſſe Ar. اجل in II. Conj. Collegit in unum. Præt. אגרה, Prov. 6, 8. Part. Ben. אוגר, *colligens*, Prov. 10, 5. Fut. תאגר, *colliget* Devt. 38, 29. Hinc

אגרטל m. unde Pl. cſt. אגרטלי, *Pelves*, *pollubra*, quibus ſanguis victimarum excipiebatur, Eſr. 1, 9. Compoſ. quippe ex אגר, collegit, & טלה, Agnus, aut inuſ. טל, Ar. طل Sanguis.

II. אגר Chald. Conduxit, locavit pretio; conſentiente Syr. ܐܓܪ & Ar. اجر. Hinc

אגורה f. *Nummulus*, *obulus*; Gr. ὀβολός. Id. q. גרה. 1 Sam. 2, 36.

III אגרת f. *Epiſtola*, *litteræ*; ab Ar. اجر Conduxit, locavit; qſ. Syngrapha, atque hinc generalius Epiſtola, Eſth. 9, 26. 29. Aut potius eſt ab Æthiop. *Negar*, Indicavit; annunciavit, i. e. Nuntius. Pl. אגרות, *Epiſtolæ*, Neh. 2, 7.

אגרא f. Chald. *Idem*, Eſr. 4, 8. Emph. אגרתא, ib. v. 11.

אגרוף, vid. ſub גרף.

אד, vid. ſub אוד.

ארב. Rad. inuſ. cui convenit cum Ar. وبب Male ſe habuit. Unde HIPH. Inf. לאדיב pro להאדיב, *ad Affligendum*, 1 Sam. 2, 33. Aliis לאדיב dicitur pro להדאיב *ad dolore afficiendam* ſ. *contriſtandam animam tuam*, a Rad. דאב, Doluit, moeſtus fuit. Chald. להשבא, ad contriſtandum. LXX. Syr. Ar. & Vulg. ad liqueſaciendum, qſ. eſſet a דוב Chald. Hebr. זוב, Fluxit; ſed aliene!

אדין Chald. (Hebr. אז, quod vid. ſ. l.) *Tunc*. Inde באדין *Tunc*, *ſtatim*; it. *quare*, *igitur*, Dan. 6, 16. Conv. Ar. اذن Tunc, eo tempore.

אדם, *Rubuit*; *ruber*, *rubicundus fuit*. Al. Splenduit. Conv. Chald. אדם Idem; & Ar. أدم Fuſcus evaſit vel fuit. Aliis potius دم Tinxit veſtem; rubrum aliquid effecit. KAL. Præt. אדמו, *rubuerunt*, Thr. 4, 7. PYH. Part. מאדם, *rubefactus*, Nah. 2, 4. HIPH. האדים, *rubrum effecit*; *ruber fuit*. Fut. יאדימו, *rubra erunt*, Eſ. 1, 18. HITHP. Fut. יתאדם, *rubrum ſe exhibet*, *rutilat*, Prov. 23, 31.

אָדֹם m. *Ruber*, *rufus*, *fuscus*, Gen. 25, 30. Pl. אֲדֻמִּים, *rubri*, 2 Reg. 3, 22. Fæm. אֲדֻמָּה, *rufa*, Num. 19, 2.

אֹדֶם m. *Sardius*, *pyropus*, *rubinus*, Ex. 28, 17, LXX. Σάρδιος, & Chald. סַמְקָן Idem. Al. Adamas; temere!

אֲדַמְדָּם m. *Subrubidus; non plane rufus* Chald. חִוָּרָה סַמְקָא, Alboruber. Fœm, אֲדַמְדֶּמֶת, *subrubida*, Lev. 13, 19. 24. 43. Pl. אֲדַמְדַּמּוֹת, *subrubidæ*, ib. v. 37. Al. Rubris maculis varius.

אַדְמוֹנִי m. *Rubicundus*, *rufus*, Gen. 25, 25.

אדם. Æth. *Aduma*, placuit; jucundum, delectabile fuit. Hinc videtur fuisse.

אֲדָמָה f. 1) *Terra*, *humus*, propr. culta. forsan a pulcritudine dicta (al. a colore subfusco). 2) *Rus*, *ditio*, Gen. 1, 25. c. 2, 6. Regim. אַדְמַת, Ex. 3, 5. Pl. אֲדָמוֹת, *Terræ*, Ps. 49, 12.

אָדָם m. Nomen proprium & Appellativum. 1) *Homo*, i. e. Terrigena; quippe ab אֲדָמָה f. אָדָם (quæ olim fortasse hujus Substantivi forma fuit) terra dictus. Ps. 49, 3. 2) *Adamus*. 3) Quisque, Lev. 1, 2. Al. a Splendore s. splendido corpore; al. a colore fusco s. rubro dictus.

I. אָדוֹן m. (pro أَدُون, a Rad. Ar. أَدَن Viribus, robore polluit; formæ חָזוֹן a הָיָה) *Dominus*. *Herus*, i. e. qui viribus & potestate pollet. Conv. Gr. δύναμαι. Jos. 3, 11. Mich. 4, 11. Cst. אֲדוֹן, Jos. 3, 11. Aff. אֲדוֹנִי, *Dominus meus*, Gen. 23, 15. cum Præf. & Suff. לַאדוֹנִי (pro לְאֲדוֹנִי,) *Domino meo*, Gen. 24, 36. Pl. אֲדוֹנִים, *Domini*, Es. 26, 13. Dicitur de Uno, honoris gratia, v. g. de Abrahamo, Gen. 24, 9. De uno Deo, Ps. 136, 3. Et de Pluribus, Devt. 10, 17. Cum Aff. ׳, per Patach. אֲדֹנַי, *Domini mei*, Gen. 19, 2. Sed אֲדֹנָי, per Kamez, quippe cum Vocalibus τῶ יְהוָֹה dicitur de solo Deo, *Dominus*.

II. אֶדֶן m. (pro אַדְנָה, a Rad. Ar. دنا Accessit, in IV. Conj. Admovit; formæ אֶכֶף, a r. כָּפָה) *Basis*, *stylobata*, eaque inferne cuspidata, ut terræ impingi possit, Gr. κατάπηξ; i. e. quæ columnæ accedit s. substruitur, Ex. 38, 27. Pl. אֲדָנִים, *stylobatæ*, Ex. 38, 17. Al. ab Æthiop. *Danana*, Inclinavit, procubuit. Ar. دنّ Depresso collo fuit; in IV. Conj. constitit; sed minus Grammatice!

I. אדר. Convenit cum Ar. أَثَرَ, Inflatus, magnus. Hinc NIPH. Part. נֶאְדָּר qf. *magnificatus*, Ex. 15, 11. cum י parag. נֶאְדָּרִי, ib. v. 6. HIPH. Fut. יַאְדִּיר, *magnificabit*, Ef. 42, 21.

אֶדֶר m. *Magnitudo;* pec. ingens fumma (Ironice dictum) Zach. 11, 13.

אַדִּיר m. *Magnificus, ingens, eximius;* formæ צַדִּיק; Pf. 8, 2. Pl. אַדִּירִים, *Magnifici, eximii,* it. *Magnates, Principes,* Jud. 5, 25. Jer. 14, 3. nec non per Metaph. cum הַצֹּאן, *Arietes,* Jer. 25, 34. 35.

אַדֶּרֶת, f. *Magnificentia*, Ez. 17, 8.

II. אדר. Ar. أَزَرَ, Induit corpus tegumento; ד cum ז, ut Chaldaice fit, commutato; unde etiam إِزَارٌ Pallium; nec non Chald. אדר & אדורא, Pellis. Hinc

אֶדֶר m. *Pallium, indumentum; Pellis,* Mich. 2, 8.

אַדֶּרֶת f. *Idem,* Jof. 7, 21. 1 Reg. 19, 19.

III. אִדְּרָא, אדר m. CHALD. *Area.* Dicitur pro אִנְדַּר, a Rad. Ar. نَدَرَ in IV. Conj. Excidere, decidere fecit aliquid, i. e. Excuffit. Unde etiam Ar. أَنْدَرُ Area, fc. ubi fruges excutiuntur. Pl. cft. אִדְּרֵי, *Areæ,* Dan. 2, 35.

IV. אֲדָר m. *Adar;* menfis Hebræorum duodecimus f. ultimus, isque partim Februario, partim, & quidem maximam, Martio noftro (fec. Michaëlis, foli Martio) refpondens. Adar vero f. آذَر eft vox Perfica, & fignificat Ignem f. Solem, quem Perfæ olim pro Deo venerabantur, & cujus in honorem nonum menfem fuum, Decembrem noftrum, Adar nuncupabant.

אֲדַרְגָּזְרַיָּא m. Plur. CHALD. *Ignis f. Solis facerdotes, Antiftites facrorum,* Dan. 3, 2. Comp. enim eft ex אֲדַר Ignis f. Sol, quem Perfæ olim, ut fupra dictum eft, pro Deo colebant; & גָּזְרַיָּא f. abfolute גָּזְרִין (ab Ar. جَزَرَ Mactavit) Mactatores f. Sectores, i. e. qui ex victimis, quas exfecabant, futura prædicere conabantur. Al. Judices primarii.

אַדְרַזְדָּא CHALD. Partic. (Græcæ originis ἀδράστα f. ἀδράστως, non fugitivo modo i. e. accurate) *Diligenter, fedulo,* Efr. 7, 23. Al. Confeftim, citiffime; qf. ex אֲדַר, quod ut Ar. أَثَرَ fignifi-

 cat

cat Magnum; Adverbialiter Valde: & زود, Perfico vocabulo, Cito, Celeriter.

אֲדַרְכֹּנִים m. Plur. *Drachmæ;* i. q. דַּרְכְּמוֹנִים, quod vid. f. l.

אָרוּשׁ, vid. in דוש.

אָהַב & אָהֵב, *Amavit, dilexit, charum habuit.* (Prope abeft Ar. هوس Libidine actus fuit.) Gr. ἀγαπάω. Interdum etiam *Optavit,* Pf. 116, 1. KAL, Præt. c. Aff. אֲהֵבְךָ, *dilexit te,* Devt. 15, 16. Fœm. c. Aff. אֲהֵבָתֶךְ, *dilexit te,* Ruth. 4, 15. אֲהֵבַתְהוּ, *dilexit eum,* 1 Sam. 18, 28. Fut. אֵהַב, *diligam,* Mal. 1, 2. & אֱהַב, Prov. 8, 17. תֶּאֱהַב, *diliges,* Prov. 20, 13. & תֶּאֱהַב, 2 Chr. 19, 2. Pl. in paufa תֶּאֱהָבוּ, *diligatis,* Zach. 8, 17. cum Nun parag. manente (־) extra Paufam תֶּאֱהָבוּן, Pf. 4, 3. & תְּאֵהָבוּ ex *Chaldaifmo* pro תֶּאֱהָבוּ, Prov. 1, 22. Part. Ben. fœm. cum י parag. אֹהַבְתִּי, *diligens,* Hof. 10, 11. Inf. אֱהֹב, *amare,* Ecclef. 3, 8. cum ה parag. אַהֲבָה, Devt. 10, 12. 15. cum Aff. אַהֲבָם, *amare eorum,* Hof. 9, 10. Imper. אֱהַב, *ama,* Hof. 3, 1. c. Aff. אֱהָבֶהָ, *dilige eam,* Prov. 4, 6. Pl. אֶהֱבוּ, *diligite,* Pf. 31, 24. in paufa אֱהָבוּ, Zach. 8, 19. PIH. אִהֵב, *Amavit ardenter;* etiam *lafcive.* Part. pl. mafc. c. Aff. מְאַהֲבַי, *diligentes me,* Zach. 13, 6.

אֹהַב m. *Amor.* cum Aff. אֳהָבִם *Amor ipforum,* Hof. 9, 10. Pl. אֳהָבִים, *Amores,* Prov. 7, 18.

אֹהַב m. unde Pl. אֳהָבִים, *Idem,* Prov. 5, 19. Hof. 8, 19.

אַהֲבָה f. *Amor, dilectio,* Prov. 10, 12.

אֲהָהּ, Interjectio dolentis, *Ah! heu!* Jud. 6, 22. Dicitur etiam הָהּ, *Ah!* Ez. 30, 2. Conv. Ar. آهْ. Unde آهَ Præ dolore fufpiravit & dixit Ah!

אֱהִי Fut. apocopatum verbi הָיָה; *Ero,* Hof. 13, 14. it. v. 7. & 10. Ita fcil. v. 9. *Affur perdet te, o Ifraël! quia contra me es, contra auxilium tuum.* v. 10. *Num* (igitur ego) *fim jam Rex tuus, qui te falvum faciat in omnibus urbibus tuis? aut* (num) *fim pro judicibus tuis* (loco judicum tuorum), *cum* (olim) *dixeris mihi: Da mihi Regem & Principes.* Al. dicitur pro אֵי vel אַיֵּה.

אהל.

אהל. Ar. أهل Conjugium iniit; in IV. Conj. in familiam introduxit & cooptavit. Hinc

אהל m. *Tentorium*. c. Aff. in paufa: אָהֳלֶךָ, *tentorium tuum*, Jud. 19, 9. Pl. אֹהָלִים, cum Aff. אֹהָלָיו, *tentoria fua*, Jud. 7, 8.

אֹהֶל m. *Tentorium; Tabernaculum;* fpec. *Tegumentum tentorii*, Job. 21, 18. it. *habitaculum*, i. e. ubi familia una eft. Cum ה parag. אֹהֱלָה, *in tentorium*, Gen. 18, 6. cum Aff. אָהָלְךָ, *tentorium tuum*, Pf. 61, 5. in paufa אָהֳלֶךָ, Pf. 15, 1. אָהֳלוֹ *tentorium ejus*, Gen. 26, 25. & אָהֳלֹה Gen. 9, 21. Pl. אֳהָלִים, *tentoria*. Jud. 8, 11. Reg. אָהֳלֵי, Gen. 9, 27. Inde porro

אָהַל, *Tentorium fixit, movit, promovit*. KAL, Fut. יֶאֱהַל, *Tentorium figet*, Gen. 13, 12. HIPH. Fut. יָהֵל, pro יַאֲהִל, *Tentorium figet*, Jef. 13, 20. LXX. διέρχεσθαι. Al. Ignem accendet, ab הלל. Sed יַאֲהִיל, Job. 25, 5. dicitur pro יָהֵל f. יָהִיל, lucebit ab הלל, quod vid. f. l. LXX. ἐπιφαύσκει.

אֲהָלִים m. Pl. (a Sing. אָהָל) *Agallochum*, cedri fpecies odorifera; Gr. ξυλαλόη, Aloëholz, Calambac. Num. 24, 6. Prov. 7, 17. Al. ut veteribus, LXX. Syro, Arabi Polygl. & Sam. Tentoria.

אֲהָלוֹת f. Pl. *Idem*, Pf. 45, 9. Cant. 4, 14. Rad. fortaffis Ar. أهل Dignus, conveniens fuit.

או Partic. *Aut, vel, five. Aut fi. Aut num? an vero?* it. *Nifi*, Lev. 26, 41. etiam *Donec*, ut Ar. أَوْ Idem.

אוב m. (a Rad. Ar. آب pro أوب, quæ videtur olim fignificaffe Flavit, inflavit; unde fupereft adhuc أَوْبٌ Ventus.) 1) *Uter*. Pl. f. אֹבוֹת, *Utres*, Job. 32, 19. ut Ar. إيّاب Idem, qf. vento repletus diftentusque. 2) *Pytho, pythoniffa, fpiritus fatidicus*. Pl. אֹבוֹת, *Pythones* Ef. 8, 19. Pythones enim in fpeluncis, idque plerumque noctu, ex ventre, tanquam ex utre, oracula fua expromere folebant. Hinc LXX. ἐγγαστρίμυθος, ventriloquus. Al. Manes. Michaëlis in Supplem. Necromantes.

אובל, vid. יבל.

I. אור. Ar. آل Incurvavit, inflexit. Hinc

אודות; femper vero junctum Partic. עַל, v. g. עַל־אוֹדוֹת, *Propter*,

Propter, *causa*, *gratia*, *ergo*; qs. inflexio orationis a re exposita ad ejus causam. Semel אֶל־אוֹדוֹת, 2 Sam. 13, 16. Aff. עַל־אוֹדוֹתַי, *propter me*, Jos. 14, 6.

II. אוּר m. *Titio*, *torris*, Am. 4, 11. Pl. אוּדִים, *Titiones*, Es. 7, 4. LXX. δαλός. Rad. obsol. אוּד, significationis Ar. verbi أدي (etiam أوي Ruth. 2, 9.) Læsus fuit, noxam percepit; qs. lignum læsum igne.

III. אֵיד m. (quod aliis derivatur ab אוּד; sed ad אֵיד per י referendum, & propterea semper plene per י legitur; quippe ab Ar. آد pro أيد Gravitate pressit) *Calamitas*, *infortunium*; qs. quod valde premit Job. 18, 12. Conv. etiam Ar. أَنٌ & أَنٌ Infortunium, Adversitas.

IV. אֵד m. *Vapor*, *exhalatio*; *nebula*; *nubes*; Gen. 2, 6. Job. 36, 26. Al. etiam Metaph. Tristitia. Hoc vocabulum semper sine י scribitur; dicitur enim pro נְאֵד, ut זֵר pro נֵזֶר Corona. Rad. est نأد Aquam emisit v. g. terra.

אוה. NIPH. נָאוָה, *Concupiscibilis*, *decorus fuit*, Ps. 93, 5. PIH. אִוָּה, *Concupivit*, *desideravit*, *expetiit*. Unde fortasse Lat. *Aveo*. Præt. cum Aff. אִוִּיתִיהָ, *expetivi eam*, Ps. 132, 14. HITHPAH. Præt. הִתְאַוָּה, *Idem*, *concupiscentem se præbuit*. הִתְאַוֵּיתִי, *Concupivi*, Jer. 17, 16. תִּתְאָו, pro תִּתְאַוֶּה, *concupisces*, Prov. 23, 3. 6. Conv. fere Ar. أوى, Teneriore affectu propensus s. commotus fuit, sc. in rem desideratam. Not. הִתְאַוִּיתֶם, *Designabitis*, Num. 34, 10. vid. in תאה.

אֵי m. *Desiderium*, Prov. 31, 4. Sic nonnullis sec. Keri אֵי, sc. constr. ab אֵי, formæ נֵי. Sed sec. Kethibh אוֹ, formæ נוֹי pro absol. אַוָּה, quod pariter esset Desiderium: At utrumque vitiose atque perperam. Nam sec. Kethibh legendum est אוֹ, scil. v. 4. *Ne Regibus*, *o Lemuel*, *ne* (inquam) *Regibus* (dato) *bibendum vinum*, *neque Principibus*; AUT (alium) *potum inebriantem*. Sed sec. Keri legendum אֵי, NIMIRUM *potum inebriantem*. Nam אֵי conv. cum Ar. أَيْ Nimirum s. Id est.

אַוָּה f. *Desiderium*, Hos. 10, 10. coll. 9.

תַּאֲוָה f. *Desiderium*, *appetitus*, *concupiscentia*, Ps. 106, 4. It. *Desiderabile*, Gen. 3, 7.

מַאֲוַיֵּי

מַאֲוַי m. Sing. inuf. unde Pl. cſt. מַאֲוַיֵּי, *cupiditates improbæ*, Pſ. 140, 9.

אוֹי, & cum ה parag. אוֹיָה, Interjectio lamentantis, *Eheu! Heu! Væ!* qſ. deſiderium ſ. defectus. Eſ. 3, 11. Pſ. 120, 5.

אוֹחִים m. Pl. *Ohim*; vid. אָח.

I. אול. Ar. آل pro أول Recte diſpoſuit; unde آل Corpus, & res quælibet erecta; Hebraice.

אוּל m. *Corpus*; it. *Status*. Aſſ. אוּלָם, *corpus* ſ. *ſtatus eorum*, Pſ. 73, 4. Al. Robur.

II. אַוַל. Ar. آل Deſcivit, defecit; Hinc

אֱוִיל m. *Stultus*, *deſipiens*; qſ. mente deficiens, propr. qui a recta ratione & ſcopo aberrat. Job. 5, 3. cum י Parag. & defective אֱוִלִי, Zach. 11, 15. Pl. אֱוִילִים, *ſtulti*, Pſ. 107, 17. Not. נוֹאַל, *ſtulte egit*, vid. in יאל.

אִוֶּלֶת f. *Stultitia*, Prov. 12, 23. it. *Stulta*, ibid. c. 14, 1. Sed אִוֶּלֶת, *Prærogativa*, v. poſt.

III. אוּל. Ar. آل pro أول Præceſſit, anterior evaſit. Hinc

אִוֶּלֶת f. *Prærogativa*, Prov. 14, 24. Sic etiam أَوَّلٌ Primatus, primæ partes. Al. Converſatio, neſcio, unde?

אוּלָם, אֻלָם, אֵלָם m. *Veſtibulum*, *porticus*, 1 Reg. 7, 6. Ez. 40, 39. Cſt. אוּלָם, 1 Reg. 7, 7. itidem per Kamez, quia ם eſt intenſivum. Pl. אוּלַמִּים & אֵלַמִּים. Cſt. אֵלַמֵּי, Ez. 41, 15.

Ar. أَلْأَمُ & أَلْأَمُّ Idem, q. d. anterior pars domus.

אוּלָם Partic. *Certe*, *profecto*; *quin immo*, Gen. 28, 19. Semel אֻלָם, Job. 17, 10. 2) *Antea*, *prius*, Gen. 28, 19. Jud. 18, 29. qſ. Præcipue.

IV. אַוַל. Ar. آل in II. Conj. Interpretatus fuit. Hinc

אוּלַי & אֻלַי Partic. *Forſan*, *fortaſſis*, Gen. 50, 15. qſ. interpretatio.

I. און. אָוֶן m. (pro אוֹנָה, ab Ar. ونى Torpuit, languit; defuit; in IV. Conj. Deſtituit. defatigavit.) 1) *Vanitas*, *mendacium*; *Nihilum*; *Idolum*; it. *Iniquitas*; *moleſtia*, Pſ. 5, 6. c. Aſſ. אוֹנוֹ, *iniquitas ejus*, Job. 20, 10. 2) *Dolor*, *mœror*, *luctus*,

luctus, Jer. 4, 15. Q. quod deest & hominem destituit, defatigat.

און m. *Dolor* (Ar. أون Onus, defatigatio) Gen. 35, 18. Sed

II. און m. *Vires*, *robur*, *potentia*, *opes*; (formæ אות ab אתה; pertinet ad Rad. أني Ad perfectionis gradum pervenit) Aff. אונו, *vires ejus*, Job. 20, 10. Pl. אונים, *vires*, Ps. 78, 51. Sed 2) און, Hos. 12, 9. *Tempus opportunum*, ab آن Tempestive accidit. Al. Divitiæ.

III. אונים m. pl. (a Sing. אונה) *Deceptores*, *fraudatores*, h. e. simulatores, Prov. 11, 7. Rad. אָנָה, pro יָנָה, Oppressit; Chald. in Aphel אוני Dolosis verbis aut factis decepit. Affine est Æthiop. *Thawanaja*, Illusit, Jud. 19, 25.

IV. תְאֻנִים m. pl. (a Sing. תְאֹן) *Summæ effervescentiæ*, Ez. 24, 12. Rad. est أني Summo ardore efferbuit calida aqua. Videl. (Olla) תְאֻנִים *summis effervescentiis laborat*, *neque tamen egreditur* (i. e. expurgatur) *ex ea multitudo* חֶלְאָתָהּ *rubiginis* (i. e. fordium) *ejus*.

אוץ 1) *Coëgit*, *urfit*, *institit*, *arctavit*; & Pass. *Pressus*, *arctatus fuit*. It. Intrans. *Festinavit*. Conv. Ar. أضّ Coëgit, adegit. KAL, Part. אָץ, *Festinans*, *præceps* Jos. 10, 13. HIPH. Fut. pl. וַיָּאִיצוּ, *institerunt*, *urserunt*, Gen. 19, 15. Sed 2) אָץ, pro אָיַץ, Ar. آض pro أيض, Recessit, refugit. KAL, Præt. אַצְתִּי, Jer. 17, 16. *Ego vero non* אַצְתִּי *refugi a pastore* (essendo i. e. quo minus pastor essem) *secundum te*.

I. אור, *Luxit*, *illuxit*, *lucidus*, *fuit*. KAL, Præt. אוֹר, Gen. 44, 3. Sic porro אוֹרָה, אוֹרְנָה &c. Part. אוֹר, *Lucens*, Prov. 4, 18. Fut. תָאֹרְנָה, *lucidi facti sunt*, 1 Sam. 14, 27. Imp. f. אוֹרִי, *illucesce*, Es. 60, 1. NIPH. Præt. נָאוֹר, *Illuminatus*, *lucidus*, *illustris factus est*; *illuxit*; *exsplenduit*, Ps. 76, 5. Fut. יֵאוֹר, *lucidum factum est*, 2 Sam. 2, 32. Inf. לֵאוֹר, pro לְהֵאוֹר, *ad lucendum*, Job. 33, 30. HIPH. הֵאִיר, *illuminavit*, *illustravit*, *incendit* v. g. ignem. It. *illuxit*, *reluxit*. Præt. pl. הֵאִירוּ, *illustrarunt*, Ps. 77, 19. Part. מֵאִיר, *illustrans*, Prov. 29, 13. fœm. in reg. מְאִירַת Ps. 19, 9. Inf. הָאִיר, *illuminare*, Esr. 9, 8. Imp. הָאֵר, *lucere fac*, Ps. 80, 4. cum ה parag. הָאִירָה Ps. 13, 4. Fut.

יָאִיר

יָאֵיר & יָאֵר, *lucere faciat*, Pf. 119, 130. Pf. 67, 2. Conv. fere Ar. أَرَ & أَرِيَ in II. Conj. Accendit, excitavit ignem. Conv. etiam Gr. ἄρις, Sol apud Ægyptios; it. Lat. Orior.

אוֹר m. *Lux*, *lumen*. Metaph. *Felicitas*, *gaudium*; it. *Favor*, *gratia*; *Parrhesia*, *libertas*. Plur. אוֹרִים, lumina, Pf. 136, 7.

אוֹרָה f. *Lux*, *lumen*; Metaph. *Lætitia*. Pf. 139, 12. Sed אוֹרָה, unde Pl. אוֹרוֹת Ef. 26, 19. 2 Reg. 4, 39. vid. fub אָרָה.

אוּר m. *Ignis*, *lux*; *focus*, Ef. 50, 11. Conv. Lat. Uro. Pl אוּרִים, *Ignes*, Ef. 24, 15. Hinc

אוּרִים m. pl. modo folum pofitum, modo cum תֻּמִּים conjunctum. Urim & Thummim erant fingularis ille ignis, quem Mofes a Deo cœlitus acceptum pectorali fummi Sacerdotis indiderat, & ex quo tanquam ex minori Schechina Deus in V. T. voce ac verbis difertis refponfa dare folebat. Ex. 28, 30. Aliis alia.

אֻרִים m. pl. *Septentriones*, Ef. 24, 15. ab Sing. אוּר, Ar. أُور Septentrio. (Hinc videtur effe nomen urbis Ur Chaldaicæ, fc. Palæftinis ad Septentrionem fpectantis.) Nimirum defignatur Ef. 24, 15. fqq. quem olim curfum prædicatio Evangelii fervatura fit. Al. Ignes; valles; ripæ rivulorum; doctrinæ; catervæ.

מָאוֹר m. *Lumen*, *luminare*, Gen. 1, 16. Pl. f. מְאוֹרוֹת: *lumina*, ibid.

II. אוֹרָה m. (a rad. Ar. أَرِيَ Fudit pluviam nubes) *Pluvia*, Job. 37, 11. *Etiam* בְּרִי *terra* יַטְרִיחַ *projicit nubem*, (&) *fpargit nubes* אוֹרוֹ *pluviam fuam*. Al. a יְאוֹר Rivus.

מְאוּרָה f. *Manfio*. *fpelunca*, Ef. 11, 8. vid. ארה.

אוֹת c. Signum, vid. אָתָה.

אָז, interdum אֱזַי (Pf. 124, 3. 4. 5.) *Tunc*. Rad. eft أَرِيَ Appofitus rei, comprehenfus fuit; unde إِرْي Situs i. e. cum aliquid certo tempori velut appofitum aut comprehenfum illo fuit, certum itaque quafi fitum ad tempus aliquod habet.) Chald. אֱדַיִן, quod vid. f. l. Futuris additum plerumque ea convertit in Præterita; Ex. 15, 1. מֵאָז, aut מִן אָז, *Ex quo*, *ex* f. *ab illo tempore quo* &c. it. *olim*; *a principio*; *ab æterno*.

אָזָא & אֲזָה Chald. *Accendit, fuccendit.* Conv. Ar. أَزَّ Idem Part. Peh. אזה (pro אֲזַה vel אֲזֵי) *accenfus*, Dan. 3, 22. Inf. מֵזָא (pro מֵאזָא, ex מֵאזָא) *accendere*, Dan. 3, 19. Aff. מֵזֵהּ (mutata 3. radicali in י mobile) *accendere eam*, Dan. 3, 19.

אֵזוֹב m. *Hyffopus*; pec. major è fruticum genere, Ex. 12, 22. LXX. ὕσσωπος; Syr. ܙܘܦܐ. Rad. eft أزب Intonfus, hirfutus, fuit. Al. Ruta muraria; Adianthum; Capillus Veneris; Ros marinus; Mentha.

אֲזַד Chald. *Abiit, exiit.* Idem, quod feq. vocabulum, fcil. mutato ד in ל. Particip. f. אָזְדָא, *abiens*, Dan. 2, 5. 8.

אָזַל *Ambulavit, porro ivit; abiit, receffit; profectus eft, iter fecit,* Conv. Syr. ܐܙܠ Abiit; nec non Ar. أزل in V. Conj. Evafit.) KAL, Præt. f. אָזְלַת, pro אָזְלָה, ex *Chaldaifmo*, Devt. 32, 36. Fut. f. תֵּזֵל, ex forma *Chaldaica* pro תֵּאזֵל, *abis*, Jer. 2, 36. PYH. Part. מְאוּזָּל, pro מְאֻזָּל, *Abire, factus*, i. e. commeans, peregrinus, circumforaneus fc. mercator, Ez. 27, 19. Al. Meüfal f. Ufal, metropolis olim Iemenis, terræ Arabicæ. Al. Netum.

אֲזַל Chald. *Idem*, Dan. 2, 17. Præt. pl. אֲזַלוּ, *abierunt*, Efr. 4, 23. Imp. אֱזֶל־ pro אֱזֵל, & hoc pro אֲזֵל, *abi*, Efr. 5, 15.

אֶזֶל m. *Ezel*; Nom. propr. Lat. Iter, profectio. 1 Sam. 20, 19. Lapis הָאָזֶל, qui Ezel dicitur, i. e. juxta quem, ceu indicem profectionis, peregrinantes tranfire debent.

און. I. PIH. אִזֵּן, *Appendit, libravit, ponderavit*, Eccl. 12, 9. Conv. Ar. وزن Idem. Hinc

מאזנים m. Dual. *Bilances, trutina, ftatera*, Ef. 40, 12. 15. Cft. מֹאזְנֵי, Prov. 11, 1. Ar. ميزان; Pl. موازين, Idem.

מאזנין Chald. Dual. *Idem.* Hinc מֹאזַנְיָא, Dan. 5, 27.

II. אֹזֶן f. *Auris*, Job. 12, 11. Aff. אָזְנוֹ, *auris fua* f. *ejus*, Jef. 33, 15. Dual. אָזְנַיִם, *aures*, Devt. 29, 3. Chald. אוּדְן, Syr. ܐܕܢܐ & ܐܕܢ, Ar. أُذُن Idem. Conv. etiam Gr. οὖς. Hinc

אזן PIH. *Audivit, attendit, audivit attente*, Eccl. 12, 9. HIPH. Præt. הֶאֱזִין, *Audivit, aufcultavit, auribus percepit; aures præbuit, advertit, accommodavit; obedivit, obtemperavit,* Devt.

אַף Partic. 1) *Etiam*, *quoque*. 2) *Quin etiam*. 3) *Omnino*. 4) *Nihilominus*. 5) *Et*; in carminibus, v. c. 1 Sam. 2, 7. Radix conftitui poteft Ar. وفي Integer, completus fuit; it. Complevit rem; qf. Res f. oratio, quæ rem integram dicit f. complet. אַף גַּם, *Etiamfi*, Lev. 26, 44. אַף כִּי, *Quanto magis*, Devt. 31, 27. it. *Quanto minus*, 1 Reg. 8, 27.

אַף m. *Nafus*; vid. אנף.

אפד. Ar. وفد Decuit. IV. Erexit caput fuum. Hinc

אֵפֹד m. *Ephod*, qf. decentia, amictus dignitatis. 1) *Humerale*, fummi facerdotis veftimentum, Ex. 28, 6. 2) *Tunica facerdotum & Levitarum*, 1 Sam. 2, 18. 3) *Veftis regia*, 2 Sam. 6, 14. 4) *Idolum*, i. e. ftatua falfi alicujus Dei populo adoranda erecta, a وفد Erexit caput; eminuit, Jud. 8, 27. Michaëlis; rectius, Veftitus, in quo idolum colitur; Græc. σίβασμα.

אָפַד *Amicivit, accinxit, induit, fuperinduit*, fpec. Ephodo, amictu dignitatis. Præt. Ex. 29, 5. Fut. וַיֶּאְפֹּד, *& amicivit*, Lev. 8, 7. Conv. Lat. Apto, aptus.

אֲפֻדָּה f. *Amictus*, Ex. 28, 8. it. *Obductio*, veftitus idolicus, Jef. 30, 22.

אַפֶּדֶן m. *Arx firma*, *caftrum altum*, Dan. 11, 45. Rad. fortaffe eft وفد in IV. Extulit caput fuum; immo potius فدن Longe extendit ftructuram; unde فدن Arx firma; it. Syr. ܐܦܕܢܐ Arces, palatia. Al. Aulæum.

I. אָפָה *Coxit*; propr. panem in furno, Gen. 19, 3. Syr. ܐܦܐ Id. KAL, Imp. אפו, pro אֵפוּ, *coquite*, Ex. 16, 23. Fut. c. Aff. תֹּפֵהוּ, pro תֹּאפֵהוּ, *coquet eum*, 1 Sam. 28, 24. pl. יֹאפוּ, *coquent*, Ez. 46, 20. NIPH. Fut. תֵּאָפֶה, *coquetur*, Lev. 6, 10. Conv. Germ. ein Ofen.

אפה

אֹפֶה m. Part. KAL, *Coquus*, *piſtor*, Gen. 40, 17. Aff. אֹפֵהֶם, *piſtor eorum*, Hoſ. 7, 6. Pl. אֹפִים, *Coqui*, Gen. 40, 2. Fœm. pl. אֹפוֹת, *Coquæ*, *Piſtrices*, 1 Sam. 8, 13.

מַאֲפֶה m. *Coctum*; reg. מַאֲפֵה, Lev. 2, 4.

II. תֻּפִינִים m. pl. pro תַּאֲפִינִים (Rad. أفن Diminuit) *Fruſta*, *diminutiones*, Lev. 6, 14. Al. Cocturæ. Al. a יפן rad. inuſ.

III. אֵפָה f. aut אֵיפָה, vid. ſub איף.

אפל. Ar. أفل Abiit; it. Occidit; ad occaſum tetendit, v. g. Sol, ſtella, annus.

אֹפֶל m. *Caligo noctis*; plus quam חֹשֶׁךְ. Pſ. 11, 2. Job. 3, 6.

אָפֵל m. *Caliginoſus*, *obſcurus*, Am. 5, 20.

אָפִיל m. Hinc Plur. fœm. אֲפִילֹת *Serotina femina*, i. e. exeuntis anni; Hebræis Vernalia, Ex. 9, 32. Opp. חֹרֶף Ineuntis anni: nobis *Auctumnale*; cf. Job. 29, 4. חָרְפִּי Juventutis meæ. Vid. Fulleri Miſcellanea, lib. 3. c. 11.

אֲפֵלָה f. *Caligo*, Ex. 10, 22. Pl. אֲפֵלוֹת, Jeſ. 59, 9.

מַאְפֵל m. *Idem*, Joſ. 24, 7. & addito יָהּ, מַאְפֵּלְיָה *maxime caliginoſa* v. g. terra ſaltuoſa, Jer. 2, 31. Al. Serotina.

אפן Rad. פָּנָה; Syr. ܐܦܢ Vertit, convertit. Hinc

אוֹפָן m. *Rota*, *canthus*, 1 Reg. 7, 32. cſt. אוֹפַן, Ex. 14, 25. Pl. אוֹפַנִּים *Rotæ*, 1 Reg. 7, 36.

אֹפֶן m. *Tempus*; forſan a Rotatione dictum. Hinc Pl. cſt. עַל־אָפְנָיו *In temporibus ſuis*, i. e. tempore opportuno, Prov. 25, 11. Conv. fere أوان Tempus.

אפס *Deſiit*, *defecit*, *abſumtum fuit*, Gen. 47, 15. Pſ. 77, 9. Conv. פָּסַס Defecit, imminutus eſt; nec non Ar. فس Diminuit, & فسا Deſiit.

אֶפֶס m. I. Subſtant. *Defectus*; *finis*, *terminus*, Job. 7, 6. Pl. cſt. אַפְסֵי, *fines*, Pſ. 2, 8. II. Partic. 1) *Non*; *nemo*, *nullus*; *nihil*, 2 Sam. 9, 3. Jeſ. 46, 9. Devt. 32, 36. 2) *Præter*, *niſi*, Jeſ. 45, 14. 3) *Tantum*, *tantummodo*. Num. 22, 35. 4) *Tamen*, *veruntamen*, Num. 13, 28. מֵאֶפֶס, *minus nihilo*, Jeſ. 40, 17. Aff. אַפְסִי, *Præter me*, Jeſ. 47, 11.

אָפְסַיִם m. Dual. Targ. קַרְסֻלִּין *Tali*, qf. termini pedum. Coccejus, Plantæ pedum, v. g. מֵי אָפְסָיִם *Aquæ talorum*, h. e. ad talos pertingentes f. plantas modo pedum humectantes, Ez. 47, 3.

אֶפַע m. *Vipera*, Ef. 41, 24. (Rad. פָּעָה Clamavit. Hinc etiam Ar. تفعى Viperam malitia imitatus eft.) Al. Nihilum.

אֶפְעֶה m. *Idem*, Jef. 59, 5.

אָפַף *Circumdedit*, propr. angendo; Coccejus, Irruit in quem. (Hinc Ar. per Metonym. Confeq. أفّ Anxius fuit.) Præt. pl. אָפְפוּ *Circumdederunt*, Pf. 40, 13. c. Aff. אֲפָפוּנִי *circumdederunt me*, Pf. 18, 5.

I. אפק (Ar. أفق Concinnavit infpiffando v. g. corium.) HITHP. הִתְאַפֵּק *Fortiter continuit* f. *repreffit fe*, q. d. Infpiffavit fe reprimendo aut contrahendo animum fuum. Gen. 45, 1.

II. אָפִיק m. unde Plur. אֲפִיקִים 1) *Nobiles*, Job. 12, 21. ab Ar. أفق Excelluit. 2) *Exitus quicunque* f. *cavitates*, *quæ exitum aperiunt*; a فاق Evafit. In II. Conj. Crenam fecit. Hinc אֲפִיקֵי מַיִם *Emiffiones aquarum*, v.g. e fcaturiginibus, fluviis, mari &c. 2 Sam. 22, 16. אֲפִיקֵי נְחֻשָׁה *Canaliculi aenei*, Job. 40, 18. Michaëlis, Eximia artificia, a fignif. Excelluit. אֲפִיקֵי אָרֶץ *Exitus terræ*, h. e. qui aquis, ventis &c. exitum aperiunt. אֲפִיקֵי מָגִנִּים *Cavitates fcutorum*, Job. 41, 6.

I. אפר. Ar. أفر Ferbuit vehementer v. g. calor. Hinc

אֵפֶר m. *Cinis*, i. e. in quem materia fervefcens redigitur, Gen. 18, 27. אֵפֶר eft pulvis ex materia igne combufta; עָפָר vero pulvis igne non aduftus.

II. אֲפֵר m. *Sudarium*, *peplum*, 1 Reg. 20, 38. 41. Ar. dicitur فرو Id. Al. Cinis; fed aliene!

III. אוֹפִיר m. *Ophir*. Nomen propr. Viri; atque hinc Regionis orientalis, quam habitavit, fc. Indiæ (Michaëlis, Arabiæ) auro pretiofiffimo abundantis; qf. أوفر Terra f. infula ditiffima, a Rad. وفر Copiofus, abundans fuit.

אֶפְרֹחַ

אַפִּרְיוֹן, vid. ſub פָּרָה.

I. אָצַל propr. Apud vel juxta poſuit. Hinc 1) *Separavit, ſubtraxit; repoſuit, ſepoſuit; ſervavit, aſſervavit.* 2) *Adjunxit* ſ. *junxit.* Arab. وصل Junxit rem rei; it. Junctum ſibi habuit. Præt. אָצַלְתָּ Reſervaſti, Num. 11, 17. אָצַלְתִּי, Separavi me, Eccl. 2, 10. NIPH. נֶאֱצַל *Sepoſitum fuit, ut aſſervaretur*, Ez. 42, 6. HIPH. הֶאֱצִיל *Separavit, ſecrevit.* Fut. וַיָּאצֶל, pro וַיַּאֲצֵל, *& ſeparavit*, Num. 11, 25.

אֵצֶל Part. *Apud, juxta, penes, prope*, Lev. 10, 12. Aff. אֶצְלִי *apud me*, Gen. 39, 15. מֵאֵצֶל qſ. de apud i. e. *de latere;* Gall. de chés. מֵאֶצְלִי, *de latere meo*, 1 Reg. 3, 20.

אַצִּיל m. Recte Michaëlis, *Junctura manus cum digitis.* Hinc אַמָּה אַצִּילָה Ez. 41, 8. i. q. אַמָּה וָטֹפַח, i. e. *cubitus uſque ad phalanges digitorum.* Al. Axilla. Pl. m. cſt. אַצִּילֵי, Ez. 13, 18. Pl. f. אַצִּילוֹת Jer. 38, 12. Conv. fere Lat. Axilla; & Germ. Achſel.

II. אצל Ar. أَصُلَ Firma radice fuit; it. Nobili ſtirpe oriundus fuit. Hinc

אָצִיל m. 1) unde Pl. cſt. אֲצִילֵי, *Magnates, optimates, ſelecti*, Ex. 24, 11. Ar. أَصِيل Genere aut exiſtimatione nobilis. 2) qſ. *Radices* ſ. *ima terræ*, i. e. *Horizon*, Jeſ. 41, 9. ſc. a priori ſignificatione verbi; unde etiam أَصْل Imum ſ. fundamentum cujusque rei.

אָצַר propr. Recluſit ſ. concluſit conſervandi gratia. Ar. أَصَرَ Incluſit. Hinc *Recondidit, repoſuit in theſaurum, theſaurum collegit.* KAL, Præt. pl. אָצְרוּ, *recondiderunt*, 2 Reg. 20, 17. NIPH. נֶאֱצַר *In theſaurum repoſitus fuit.* Fut. יֵאָצֵר, Jeſ. 23, 18. HIPH. הֶאֱצִיר, *Theſaurarium conſtituit.* Not. Fut. אוֹצְרָה, *Theſaurarios conſtituam*, qſ. a יצר, Neh. 13, 13.

אוֹצָר m. 1) *Apotheca; penuarium, reconditorium*, Prov. 21, 20. 2) *Theſaurus.* Prov. 15, 16. Pl. f. אוֹצָרוֹת, ib. 21, 6. cſt. אוֹצְרוֹת, 1 Reg. 14, 26.

אקק. Rectius rad. ponitur Æthiop. Nakawa, Sonuit; aut Ar. نَقَّ Vociferatus fuit. Hinc

אַקּוֹ

אקו m. *Ibex.* LXX. τραγέλαφος, Id. Steinbok. Devt. 14, 5.

אר m. pro יאר *Fluvius*, Am. 8, 8. vid. יאר.

ארב *Insidiatus fuit.* Constr. cum אל & על. Ar. أرب Callidus, astutus fuit. In III. Conj. Callide egit, circumvenire studuit socium. Præt. Devt. 19, 11. Fut. pl. cum ה parag. נארבה, *insidiabimur*, Prov. 1, 11. יארבו (in pausa, pro יארבו) *insidiabuntur*, ib. 1, 18. PIH. ארב *Idem.* Part. pl. מארבים *insidiantes*, Jud. 9, 25. HIPH. הארב *Insidias posuit.* Fut. וירב, pro ויארב, 1 Sam. 15, 5. LXX. ἐνήδρευσε. Al. Substitit, ab Ar. ربّ I & IV. Substitit, uno loco mansit.

ארב m. *Insidiator*, Thr. 3, 10.

ארב in pausa ארב m. 1) *Insidiæ*, *insidiatio*, Job. 38, 38. 2) *Insidiarum locus*, *latibulum*, *specus*, Job. 37, 8.

ארב m. *Insidiæ.* Aff. ארבו *insidiæ ejus*, Jer. 9, 7.

ארבה f. propr. Foramen, ex quo prospicitur. Hinc *Fenestra*; *fumarium*; *specus*; *cataracta*. Hos. 13, 3. Pl. ארבות, *Fenestræ*, Gen. 7, 11.

מארב m. 1) *Insidiæ*, *insidiarum locus*; *specus*. Jos. 8, 9. 2) *Turma insidians*, 2 Chr. 13, 13. reg. מארב Ps. 10, 8.

ארבה f. Hinc Pl. est. ארבות *Insidiæ* v. g. manuum ejus, sc. Moabi; intellige Arces s. castella, Jes. 25, 11. Al. Brachia.

ארבה m. *Locusta*, vid. רבה.

I. ארג *Texuit*, *contexuit.* Affine esse videtur Ar. أرج Agitavit. Fut. f. תארגי, *texes*, Jud. 16, 13. pl. in pausa, יארגו *texent*, Jes. 59, 5.

ארג m. *Textor*, Ex. 28, 32.

ארג m. 1) *Textura*, Job. 7, 6. 2) *Radius textorius*, Jud. 16, 14.

ארגון m. *Purpura*; pro ארג גון textura coloris. 2 Chr. 2, 6.

ארגונא m. CHALD. *Idem*, Dan. 5, 7.

ארגמן m. *Idem*; pro ארג אמן textura artificis, Ex. 25, 4.

II. ארגז m. *Arca*, *capsula*, *cistula*; quippe compos. ex أرز in II. Conj. Continuit; & גז, quæ vox Persica est, Gaza; qs. contentorium gazæ. 1 Sam. 6, 8. 11. 15.

I. ארה *Carpsit*, *decerpsit.* Præt. אריתי, *decerpsi*, Cant. 5, 1. pl.

pl. c. Aff. אָרוּהָ, *carpserunt eam*, Ps. 80, 13. Conv. Æthiop. *Araja*, Collegit; ut & Ar. أرى. Compulit, coëgit.

אֲרִי & אַרְיֵה m. *Leo;* dictus a discerpendo. Num. 23, 24. Gen. 49, 9. Syr. ܐܪܝܐ Idem. Plur. m. אֲרָיִים *Leones*, & f. אֲרָיוֹת, 1 Reg. 10, 20. Jud. 14, 5.

אַרְיֵה & אַרְיָא m. Chald. *Idem*. Pl. אַרְיָוָתָא, *Leones*, Dan. 6, 23.

II. ארה. Ar. أري Continuit se in loco. It. In foco accendit v. g. ignem.

אֲרִי m. *Præsepe, falisca*, Ps. 22, 17. *Manus meæ & pedes mei sunt* כָּאֲרִי *sicut falisca perforata*. Ar. أريّ Præsepe, falisca. Al. est כָּאֲרוּ & hoc pro כָּרוּ foderunt. Al. pro כָּרוּ, cum א Epenthetico, Perfoderunt.

אֲרִיאֵל m. *Ariel*, h. e. Focus, caminus i. e. ara Dei, Ar. enim أريّ s. أرية dicitur Focus, caminus. immo omnis locus, ubi ignis accenditur; ab أري Adustum fuit inferiore parte. Synecd. dicitur sic 1) Urbs Hierosolyma. 2) Quævis urbs, ubi ara idolo exstructa est, 2 Sam. 23, 20. Al. Leones Dei i. e. Viros fortissimos s. robustissimos. Michaëlis, Thrasones. Sed הראֵל Ez. 43, 15. quanquam idem Dei altare significat, proprie tamen dicitur Mons Dei.

אֻרְוָה f. *Stabulum, præsepe*. (Ar. آري Idem.) Plur. אֻרְוֹת 2 Chr. 32, 28. Cst. אֻרְוֹת 1 Reg. 4, 26. & אֻרָיוֹת 2 Chr. 9, 25.

אֻוָרָה pro אֻרְוָה f. *Idem*. Hinc Pl. אֻוָרוֹת, *stabula*, 2 Chr. 32, 28.

אָרוֹן c. 1) *Arca*. 2) *Loculus, feretrum*, Gen. 50, 26. cst. אֲרוֹן, Ex. 25, 10. Rad. est أري Continuit se in loco; unde أران Arca lignea; feretrum.

אוֹר m. *Germen terræ*, pec. quod grana aut baccas fert; ita dictum, quia ab hominibus manibus, a pecoribus vero ore carpi solet; aut, si mavis, ab Æthiop. *Arara*, Fructus collegit, Jes. 18, 4.

אוֹרָה f. *Idem*. Hinc Pl. אוֹרוֹת Germina, Jef. 26, 19. 2 Reg. 4, 39. Al. fpecialiter Malva; al. Olera.

מְאִירָה f. *Caverna, manfio*. Cft. מְאוּרַת Jef. 11, 8. ab أري Continuit fe in loco.

III. אֶרְאֵל m. *Strepitus armorum*, Ef. 33, 7. pro Ar. أَرْيَن, quod idem denotat; fcil. mutato ר in ל. Al. Validiffimus eorum. Al. Nuntius eorum; Metus eorum; Virorum fortium copia &c.

אֲרוּ Chald. Partic. *Ecce*, Dan. 7, 2. Dicitur etiam אֲלוּ ib. v. 4.

ארז. Ar. أرز Firmus, ftabilis fuit. Hinc

אֶרֶז m. *Cedrus conifera* (Ar. أَرْز) Lev. 14, 4. Aff. אַרְזָה (fine ה mappicato) *cedrus* (i. e. tabulatum cedrinum) *ejus*. Pl. אֲרָזִים, *Cedri*, 2 Sam. 5, 11. reg. אַרְזֵי, Jud. 9, 15.

אֲרֻזִים m. Pl. *Cedrata, cedrinæ capfulæ*, Ez. 27, 24. Al. Monilia; aliene! Al. Conftricti.

אָרַח *Iter fecit, profectus eft*, Job. 34, 8. Chald. אֲרַח & Syr. ܐܪܚ Idem. Part. אֹרֵחַ m. *Viator*, Jud. 19, 17.

אֹרַח m. 1) *Iter, proceffio*. 2) *Via, femita*. 3) *Menftrua purgatio*, Gen. 18, 11. ab Ar. أُرْخَة Tempus defignatum. 4) *Turma proficifcens*, Schultenfio, Job. 6, 19. Aff. אָרְחִי, *femita mea*, Pf. 139, 3.

אֹרְחָה f. *Idem*. Metaph. *Coetus peregrinantium; Caravané*. Reg. אֹרְחַת, Gen. 37, 25. Pl. אֳרָחוֹת, *Viæ*, Jud. 5, 6. cft. אָרְחוֹת Pf. 8, 9. Pl. it. אֹרְחוֹת, *Idem*. Hinc cft. אֹרְחוֹת Jef. 21, 13. Aff. אָרְחֹתֶיךָ, *femitæ tuæ*, Pf. 25, 4.

אֹרְחָה, אָרְחָתָא f. Chald. *Via, femita*. Pl. c. Aff. אָרְחָתָךְ, *Itinera tua*, Dan. 5, 23.

אֲרֻחָה f. *Viaticum*, propr. in fingulos dies penfum; *commeatus, cibarium itineris*, Jer. 40, 5. cft. אֲרֻחַת, Jer. 52, 34.

I. אָרַךְ *Productus, prorogatus, prolongatus, longus fuit*. Præt. pl. אָרְכוּ, *longi fuerunt*, Gen. 26, 8. Fut. pl. יַאַרְכוּ, *prolongabuntur*, Ez. 12, 22. fœm. וַתֶּאֱרַכְנָה, *& prolongatæ funt*, Ez. 31, 5. HIPH. הֶאֱרִיךְ, *Prorogavit, prolongavit, diftulit*, Prov.

Prov. 19, 11. it. *Prolongatus fuit, duravit.* Chald. & Syr. idem; Ar. أرك Tardatus, cunctatus fuit; & ورك Substitit, commoratus fuit.

אֹרֶךְ m. *Longitudo.* Hinc אֹרֶךְ אַפַּיִם *Longanimitas*, Prov. 25, 15. Aff. אָרְכּוֹ, *longitudo ejus*, Ex. 25, 10.

אָרֵךְ m. 1) *Idem.* 2) *Longus.* Hinc אֶרֶךְ אַפַּיִם, *Longanimis; Longanimitas*, Ex. 34, 6. אֶרֶךְ רוּחַ, *Mansuetus, tardus ad iram*, Eccl. 7, 8.

אַרְכָה f. Chald. *Prorogatio*, Dan. 7, 12. it. אַרְכָא, ib. 4, 24.

אֲרֻכָּה f. *Longum, diuturnum, diutinum*, 2 Sam. 3, 1.

II. אָרִיךְ m. Chald. *Decens, conveniens.* Rad. אָרַךְ Aptavit; cui confine est Ar. ورك Par fuit negotio. Esr. 4, 14. Al. Prolongandum.

אֲרֻכָה & אֲרוּכָה f. 1) *Altitudo, proceritas*, Jer. 30, 17. Neh. 4, 1. 2) *Sanitas, curatio*, i. e. prolongatio vitæ, Jes. 58, 8. Ar, أريكة Idem. 3) *Instauratio murorum*, 2 Chr. 24, 13.

אַרְכוּבָה Chald. vid. רכב.

אֲרָם m. Nomen Propr. 1) *Viri*, ARAM, Lat. Altus, a Rad. רום Altum esse, cum א prosthetico, Gen. 10, 22. 2) *Provinciæ*, ab illo nominatæ ARAM s. Syria, Jes. 7, 8.

אֲרַמִּי m. (cum Dagesch Euphon.) *Syrus*, 2 Reg. 5, 20. Plur. אֲרַמִּים 2 Reg. 8, 29. Fœm. אֲרַמִּיָּה 1 Par. 7, 14. & אֲרַמִּית s. אֲרָמִית *Syra*; Esr. 4, 7. Jes. 36, 11. it. Adverb. *Syriace, Chaldaice*, Dan. 2, 4.

אַרְמוֹן c. 1) *Palatium, arx*, qs. aedificium excelsum s. fastigiatum, a Rad. רָם. Ar. ورم Altus fuit. 1 Reg. 16, 18. Plur. אַרְמְנוֹת & אַלְמְנוֹת *palatia*, Jer. 17, 27. Jes. 13, 22. 2) Michaëlis: *Gynæconitis*, Ar. حرم, cum א pro ح. 1 Reg. 16, 18. 2 Reg. 15, 25. Prov. 18, 19. Jes. 32, 14. Eidem 3) *Finis, terminus*, Mich. 5, 4. coll. 5.

אֹרֶן m. *Ornus;* forsan a Rad. أرن Lætus fuit. Jes. 44, 14. LXX. πίτυς, pinus; quibus accedit etiam Bochartus, Hillerus &c. Celsio, Arab. أران Arbor Arabica spinosa baccifera: punctatum alias & in pluribus quidem codicibus אֹרֶן.

אַרְנֶבֶת f. Ar. أَرْنَب *Lepus;* Bocharto compof. ex אָרָה carpens, & נִיב Proventus terræ; at rectius ex ארה & נֶבֶת Ar. نَبْت Germen, herba, planta; Lev. 11, 6.

אֲרַע f. CHALD. Emphat. אַרְעָא 1) *Terra*, i. q. אֶרֶץ; Jer. 10, 11. 2) *Inferius; infra*, Dan. 2, 39. Hinc porro

אַרְעִית f. CHALD. *Inferius*, Dan. 6, 25.

אֶרֶץ c. fed. f. fæpius, *Tellus*, *terra*, Gen. 1, 10. Germ. Erde. Ar. أَرْض Idem. a Rad. أَرَضَ Depreffus, humilis fuit. Oppof. שָׁמַיִם Coelum, a Rad. سما Altus fuit. Cum ה locali אַרְצָה, *terram versus*, Gen. 11, 31. Aff. אַרְצִי *terra mea*, Gen. 20, 15. Plur. אֲרָצוֹת, *Terræ*, Gen. 26, 3. 4. Regim. אַרְצוֹת, Pf. 105, 44.

אֲרַק f. CHALD. (pro Hebr. אֶרֶץ) *Terra.* Emphat. אַרְקָא Jer. 10, 11.

ארר *Maledixit; exfecratus, deteftatus fuit.* Conv. quodammodo Arab. هر Deteftatus fuit. Græc. ἀράομαι. KAL. Præt. וְאָרוֹתִי *& Maledicam*, Mal. 2, 2. Part. Ben. pl. cft. אֹרְרֵי *maledicentes*, Job. 3, 7. c. Aff. אֹרְרֶיךָ *maledicentes tibi*, Gen. 26, 29. Inf. abf. אָרוֹר *maledicendo*, Jud. 5, 23. Imp. אָר, & cum ה parag. אָרָה, *maledic*, Num. 22, 6. & אֹור, plur. אֹורוּ, *maledicite*, Jud. 5, 23. Fut. אָאֹר *maledicam*, Gen. 12, 3. NIPH. Part. pl. נֵאָרִים, *quibus maledictum eft*, Mal. 3, 9. PIH. אֵרַר *Maledictionem attulit*, Præt. c. Aff. אֵרְרָהּ *maledictionem attulit ei*, Gen. 5, 29. Part. pl. מְאָרְרִים Num. 5, 18. 19. HOPH. הוּאַר *Maledictum fuit ei*, Fut. יוּאָר (in paufa) *maledictus erit*, Num. 22, 6.

אָרוּר Part. Pah. *Cui maledicitur; exfecrandus*, Gen. 3, 14. Foem. אֲרוּרָה ib. v. 17.

מְאֵרָה f. *Maledictio*, Devt. 28, 20. Plur. מְאֵרוֹת, Prov. 28, 27.

אֲרֶשֶׁת f. *Petitio; pronuntiatum labiorum*, Pf. 21, 3. ab Ar. وَرِشَ Concupivit. (Quidam fcriptum volunt אֲרֻשַּׁת, quod omnino præferendum videtur.)

ארשׂ PIHEL, *Defponfavit*, Devt. 20, 7. Fut. תְּאָרֵשׂ, *defponfabis*, ib. 28, 30. PYH. אֹרַשׂ, *Defponfatus fuit.* Præt. foem. (in paufa) אֹרָשָׂה Ex. 22, 15. Part. foem. מְאֹרָשָׂה, *defponfata*, Devt. 22, 23. Conv. Chald. אֲרַס Id. Ar. رشا Conciliavit fibi muneribus; hinc etiam fponfam.

אש

אֵשׁ atque hinc אִשָּׁה vid. sub אִשׁ.

אֶשֶׁד m. *Decurfus*, *locus declivis*, Num. 21, 15. Plur. f. אֲשֵׁדוֹת *loca declivia*, Jof. 10, 40. cft. אַשְׁדּוֹת, Devt. 3, 17. Rad. effe videtur Chald. שְׁדִי; Syr. ܫܕܐ In Aph. Fudit, effudit; cui conv. Ar. سدى Rigavit, madefecit; q. d. der Ablauf. Atque hinc etiam אֵשְׁדָּת Devt. 33, 2. quod perperam fcriptum putandum pro אֲשֵׁדָת, & hoc ab Ar. سدى, pro אֲשֵׁדָאָת (fcil. cum א epenthetico) i. e. *Effufio*, *rigatio*, *imber*. cf. Pf. 68, 9. Al. Ignis legis f. lex ignea.

אָשְׁיָה f. *Fundamentum*. Pl. c. Aff. אָשְׁיוֹתֶיהָ *Fundamenta ejus*, Jer. 50, 15. Ar. أسية Id. a Rad. أسا Roboravit; fanavit.

אֶשֶׁךְ m. *Tefticulus*, Lev. 21, 20. Syr. ܐܫܟܐ Idem. Convenit fortaffe cum Æthiop. *Wafacha*, Adpofuit, qf. appendit.

אֶשְׁכֹּל m. *Uva*; vid. fub שׁכל.

אֶשְׁכָּר m. *Donum*; vid. fub שׁכר.

אֶשֶׁל m. Ar. أثل, *Tamarix; nemus tamaricum*. Tamarix f. Tamarifcus vero in Afia ad magnæ quercus magnitudinem crefcere folet. Forfan a Rad. أثل Radicalis, firmus, conftans fuit; it. Egregia ftirpe prognatus fuit. Gen. 21, 33. 1 Sam. 22, 6. Al. Arbor, arboretum: Theodotioni, Quercus.

אָשֵׁם & אָשַׁם (Lev. 5, 19. 4, 13.) 1) *Deliquit; reus, reus peractus fuit*, fpecialiter ad Satisfaciendum aut Reftituendum Deo per oblationem, quod in ipfum vel directe vel in perfona proximi, quem vocant, vel omittendo folum, vel fimul committendo prætermiffum erat. Vid. Lev. V, 1 feq. 2) *Luit*, *punitus fuit*, Pf. 5, 11. 3) *Vaftatus*, *defolatus eft*, a fignificatione verbi שָׁמַם. Præt. plur. (in paufa) אָשֵׁמוּ, *rei fiant*, Lev. 4, 13. Fut. יֶאְשַׁם, *reus erit*, Lev. 5, 5. plur. יֶאְשְׁמוּ, *rei fient*, Pf. 34, 23. in paufa יֶאְשָׁמוּ ib. v. 22. NIPH. נֶאְשַׁם *Defolatus eft*. Joël 1, 18. HIPH. הֶאְשִׁים *Reum egit; punivit reum*. Imp. c. Aff. הַאֲשִׁימֵם *reos fac illos*, Pf. 5, 11. Conv. Ar. أثم Sontem judicavit; it. أثم Culpam commeruit.

אָשֵׁם m. *Delinquens*, *reus*, 2 Sam. 14, 13. Plur. אֲשֵׁמִים *Rei*, Gen. 42, 21.

אָשָׁם m. 1) *Delictum*, *reatus*. Jer. 51, 5. 2) *Oblatio pro reatu* qf. reftitutoria, *fatisfactio*, *mulcta*. Gen. 26, 10. Lev. 5, 15. חַטָּאת contra eft Oblatio expiatoria, qf. Piamentum. Vid. Rad. אשם. Michaëlis, Sacrificium pro peccato omiffionis. Pl. c. Aff. אֲשָׁמָיו *Delicta fua*, Pf. 68, 22.

אַשְׁמָה f. *Idem*, Lev. 22, 16. cft. אַשְׁמַת Efr. 10, 10. Plur. אַשְׁמוֹת, *delicta*, 2 Chr. 28, 10. c. Aff. אַשְׁמוֹתַי, *delicta mea*, Pf. 69, 6.

אַשְׁמַנִּים m. pl. *Vivi*, *pingues & robufti*, Jef. 59, 10. pertinet ad Rad. שמן, quod vide f. l. Al. Loca defolata.

אֶשְׁנָב m. vid. fub rad. שנב.

I. אשף. Syr. ܐܫܦ Incantavit. Affine etiam effe videtur Ar. نسف Conj. V. & VIII. Arcana clam locutus fuit.

אַשָּׁף m. Chald. *Magus*; *incantator*; Al. Aftrologus. Hinc enim Plur. אָשְׁפִין, *incantatores*, Dan. 2, 27. Emphat. אָשְׁפַיָּא Dan. 4, 4. Conv. Gr. Σοφὸς, fapiens.

אַשָּׁף m. (forfan pro אַנְשָׁף) Hebr. & Chald. *Idem*, Dan. 2, 10. Pl. אַשָּׁפִים *Magi*, ib. v. 20. 2, 2.

II. אַשְׁפָּה f. *Pharetra* (fic dicta fortaffe ab Ar. ثقف Infectatus fuit. V. Circumdedit: quia pharetra fagittas circumdat, aut ea hoftem infequebantur) Job. 39, 23. Cum Aff. אַשְׁפָּתוֹ Pharetra ejus f. fua, Pf. 127, 5.

III. אַשְׁפָּה f. *Fimus*, *ftercus*; a Syr. ܫܦܐ Limavit, purificavit; qf. Expurgamentum. Conv. etiam ثغا Repulit. Vid. etiam שָׁפַת Pofuit f. l. Hinc Pl. אַשְׁפּוֹת Sterquilinia, 1 Sam. 2, 8. it. אַשְׁפַּתּוֹת *Idem*, Thr. 4, 5. Not. הַשְׁפוֹת dicitur per Syncopen pro הָאַשְׁפּוֹת Neh. 3, 13. coll. 14.

אֶשְׁפָּר m. Fruftum, portio ampla; vid. שפר.

I. אָשַׁר *Inceffit*. Ar. أثر Veftigium rei impreffit, i. e. duxit. In II. & V. Conj. Veftigia legit. KAL, Imp. pl. אִשְׁרוּ *incedite*, Prov. 9, 6. PIH. אִשֵּׁר *Direxit*, *duxit*. Part. plur. cft. מְאַשְּׁרֵי, *dirigentes*, Jef. 9, 15. Imp. אַשֵּׁר, *dirige*, Prov. 23, 19. Fut. תְּאַשֵּׁר *duces*,

duces. Prov. 4, 14. PYH. אֻשַּׁר, *Ductus fuit*. Part. pl. c. Aff. מְאֻשָּׁרָיו *ducti ejus*, Jes. 9, 15.

אָשׁוּר m. 1) Tritus v. g. callis, i. e. quo inceditur, Hos. 13, 7. 2) *Incessus*, *ingressus*. c. Aff. אֲשֻׁרוֹ, *incessus ejus*, Prov. 14, 15. Pl. c. Aff. אֲשֻׁרַי, *gressus mei*, Ps. 40, 3. Vid. etiam אָשׁוּר mox infra.

אַשּׁוּר m. *Idem*. c. Aff. אַשֻּׁרִי, *ingressus meus*, Job. 31, 7. it. *Assyrius*, & *Assyria terra*.

II. אשׁר. PIH. אִשֵּׁר *Prosperavit*, *beavit*; *felicem prædicavit*. Accedit Ar. يسر Prosperavit, secundavit. c. Aff. אִשְּׁרוּנִי *beatam prædicarunt me*, Gen. 30, 13. Part. c. Aff. מְאַשְּׁרֶיךָ *beatum prædicantes te*, Jes. 3, 12.

אֹשֶׁר m. *Felicitas*, c. Aff. אָשְׁרִי, *felicitas mea*, Gen. 30, 13. Ar. يُسْر Idem.

אֶשֶׁר m. Hinc Pl. cst. אַשְׁרֵי *O beatum*, *beatos!* v. g. אַשְׁרֶיךָ *o beatum te!* אַשְׁרֵהוּ, pro אַשְׁרֵיהוּ, *o beatum illum!* Prov. 29, 18. cf. 1 Sam. 30, 26.

III. אֲשֵׁרָה m. *Lucus*, *nemus*; ab Ar. أشر Lætior in altum se protulit planta; qs. ein Lustwald. Devt. 16, 21. Semel אֲשֵׁרָה 2 Reg. 21, 4. Plur. m. אֲשֵׁרִים *luci*, 1 Reg. 14, 23. Aff. אֲשֵׁרֵיהֶם *luci eorum*, Devt. 7, 5. Foem. אֲשֵׁרוֹת *Luci*, Jud. 3, 7.

אָשׁוּר m. *Buxus*. Unde Pl. אֲשֻׁרִים, Ez. 27, 6.

תְּאַשּׁוּר m. *Cedri* species præstantissima, ab eadem ratione sic dicta, Jes. 41, 19. 60, 13.

IV. אֲשֶׁר 1) *Qui*, *quæ*, *quod*. 2) *Quia*, *quod*. 3) *Si*, Lev. 4, 22. Hinc אֲשֶׁר ב (raro בַּאֲשֶׁר v. g. Jes. 47, 14.) *in quo* s. *ubi*. כַּאֲשֶׁר *Sicut*. לַאֲשֶׁר *ei* s. *iis*, *qui*. מֵאֲשֶׁר s. אֲשֶׁר מ *A*, *de*, *ex quo*. Notandæ sunt porro hæ formulæ: אֲשֶׁר כ & אֲשֶׁר כָּמוֹ *Qualis*, 2 Sam. 9, 8. Jer. 9, 8. אֲשֶׁר מִשָּׁם *Unde*, Gen. 10, 14. אֲשֶׁר שָׁם s. שָׁמָּה, *Ubi*, *quo*, Gen. 13, 3. Jer. 19, 14. Ex. 29, 42. Gen. 20, 13. עַל־אֲשֶׁר שָׁם *Quocunque*, Ez. 1, 20. מִי אֲשֶׁר, *Quicunque*, Ex. 32, 33. אֲשֶׁר לֹא, *Ut non*, Gen. 11, 7. אֲשֶׁר אִם, *Ut si*, Gen. 13, 16. אֲשֶׁר עַל־כֵּן *Eo quod*, Job. 34, 27. בַּעֲבוּר אֲשֶׁר *Ut*, Gen. 27, 10. לְמַעַן אֲשֶׁר *Idem*, Jos. 3, 4. עַד־אֲשֶׁר *Donec*, Num.

Num. 11, 20. תַּחַת אֲשֶׁר ,עֵקֶב אֲשֶׁר ,עַל־אֲשֶׁר ,יַעַן אֲשֶׁר *Quia*, Gen. 22, 16. Devt. 29, 24. Gen. 26, 5. 1 Sam. 26, 22.

I. אשש Plerisque ab Ar. أسّ Corrupit. In II. Conj. Fundavit. Dicitur vero etiam أُسّ Cor hominis; quia quasi vitæ hominis fundamentum est; unde quibusdam HITHP. Imper. הִתְאֹשָׁשׁוּ (in pausa) *Capite animum, fortes & viros vos præbete*, Jes. , 8. Sed rectius Michaëlis, *Desperate*, i. e. confundimini, ab Ar. أيس Desperavit.

אֵשׁ c. sed f. sæpius, *Ignis*, Gen. 15, 17. (Æthiop. *Ast* Idem, q. d. Corruptor.) Pro eo אִשׁ Mich. 6, 10. *Adhuc nonne ignis* (sunt) *in domo improbi thesauri improbitatis?* (ut LXX. Vulg. & Veteres fere omnes; Al. pro יֵשׁ minus recte!) Aff. אִשּׁוֹ *ignis ejus*, Devt. 4, 36. אֶשְׁכֶם *ignis vester*, Jes. 50, 1. Not. אִשׁ 2 Sam. 14, 19. dicitur pro יֵשׁ Est.

אֶשָּׁא m. CHALD. *Idem*, Dan. 7, 11. Conv. Lat. Æstus; & Germ. Asche.

אִשֶּׁה m. *Ignitum, sacrificium igne absumendum*, Ex. 29, 18. Cst. אִשֵּׁה Lev. 1, 9. Pl. cst. אִשֵּׁי Lev. 2, 3.

אֻשַּׁיָּא m. CHALD. *Fundamentum*. Pl. emph. אֻשַּׁיָּא Esr. 4, 12. Aff. אֻשּׁוֹהִי *fundamenta ejus*, Esr. 6, 3. Ab Ar. أسّ Fundamenta jecit.

אִשָּׁה vel אֵשֶׁת f. *Uxor*. Vid. in איש.

II. אֲשִׁישׁ m. Sing. inus. Pl. cst. אֲשִׁישֵׁי *Massæ uvarum passarum*, Jes. 16, 7. Hos. 3, 1. Hinc אֲשִׁישָׁה f. *Idem*, 2 Sam. 6, 19. 1 Chr. 16, 3. Plur. אֲשִׁישׁוֹת Cant. 2, 5. Hæc vox videtur esse ab Ar. أثّ Densus, in se convolutus fuit. Unde أثيث Implexus & in se convolutus, compactus. Al. Lagena, dolium; scythus. Al. etiam Pedamentum, statumen uvarum. It. plur. Rudera: sed conf. Jes. 16, 7.

אֵת, & cum vinculo Maccaph אֶת־ propr. Objectum, Subjectum, a Rad. أتي Venit; it. Fuit, exstitit. It. Transitive Produxit, fecit, effecit. Hinc Hebraice nota Accusativi, si verbis Activis jungitur; sed nota Nominativi, si jungitur verbis Passivis, v. c.

v. c. Gen. 17, 5. Aff. אוֹתִי *Me.* אוֹתְךָ *Te*, in paufa אוֹתָךְ Devt. 28, 48. fœm. אוֹתָךְ 2 Sam. 14, 18. Cum ה parag. אוֹתְכָה Num. 22, 23. in paufa אוֹתָכָה Ex. 29, 35. אוֹתָן *Illas*; cum ה parag. אוֹתָנָה Ex. 35, 26. אֶתְכֶם *Vos* Devt. 11, 13. אתהם *Illos*, Gen. 35, 26.

אֵת Part. *Cum*, præpof. propr. Conjunctio. Gen. 15, 18. Aff. אִתִּי *Mecum* Pf. 34, 4. אִתְּךָ *Tecum*; in paufa אִתָּךְ Gen. 6, 18. fœm. אִתָּךְ Gen. 20, 16. אִתְּכֶם *Vobiscum*, Gen. 9, 10. Præf. מֵאֵת *A*, *ab*, Devt. 18, 3. c. Aff. מֵאִתִּי *à me.* Gen. 44, 28. & מֵאוֹתִי Jef. 54, 15. Et fic porro.

אֵת m. *Vomis; aratrum.* Aff. אִתּוֹ 1 Sam. 13, 20. Plur. אִתִּים, ib. v. 21. & אִתִּים Jef. 2, 4. tanquam a Rad. אות aut אתת obfoletis, quæ videntur fignificationem habuiffe verbi Arab. أَتَا aut أَتَى Supervenit. Subegit. Al. ab Ar. أَتَّ; unde أَثَاثٌ Inftrumenta domeftica.

אָתָה & אָתָא *Venit*, *advenit*, *acceffit*, Jef. 21, 12. Devt. 33, 2. Hinc אָתָנוּ, pro אָתָאנוּ, *advenimus*, Jer. 3, 22. Part. pl. foem. אוֹתִיּוֹת *ventura*, Jef. 41, 23. Fut. יֶאֱתֶה *veniet*, Prov. 1, 27. & יֵתֵא Devt. 33, 21. per Apoc. וַיֵּאת Jef. 41, 25. c. Aff. יֶאֱתָיֻנִי *venit mihi*, Job. 3, 25. foem. תֵּאתֶה Mich. 4, 8. plur. יֶאֱתָיוּ *advenient*, Job. 16, 22. cum נ parag. יֶאֱתָיוּן Jef. 41, 5. Imper. pl. אֵתָיוּ *venite*, Jef. 21, 12. Sed הֵתָיוּ, pro הַאְתָיוּ *adducite*, *afferte*, Jer. 12, 9. eft Hiphilicum. Arab. أَتَا & أَتَى venit, advenit. Not. נְאוֹת vid in נאי.

אֲתָה Chald. *Idem*, Dan. 7, 22. plur. אֲתוֹ *venerunt*, Efr. 4, 12. Inf. c. præf. לְמֵתֵא, Dan. 3, 2. Imp. pl. אֱתוֹ *venite*, ib. v. 26. APH. הַיְתִי *Adduxit*, Dan. 5, 13. pl. הַיְתִיו *adduxerunt*, Dan. 6, 17. Inf. הַיְתָיָה ib. 5, 2. HOPH. Præt. fing. foem. הֵיתָיִת *adductus eft*, ib. 6, 18. pl. הֵיתָיוּ *adducti funt*, ib. 3, 13.

אִיתוֹן m. *Ingreffus*, Ez 40, 15. *Porta* הָאִיתוֹן *ingreffus* i. e. interior.

אוֹת c. (pro אוֹתָה & אוֹתָה) *Signum* (tam nudum, quam prodigiofum) qf. quod venit f. accidit, vel ut portendat aliquid, vel ut revocet aliquid in memoriam. Gen. 4, 14. Plur. אוֹתוֹת *Signa*, Ex. 4, 9. 17. 28. 30.

אָת m. Chald. *Idem*. Pl. אָתִין Dan. 6, 28. Emphat. אָתַיָּא ib. 3, 32.

אֶתְמוֹל *Heri*, *antea*; vid. תמול.

אֶתְנָה & אֶתְנַן *Merces*; vid. תָּנָה.

אָתוֹן f. *Asinus*, *asina*, Num. 22, 23. Pl. אֲתוֹנוֹת *Asinæ*, Gen. 32, 15. Rad. أتن Contracto gressu incessit. Syr. ܐܬܢܐ Asina.

אַתּוּן, אַתּוּנָא c. Chald. *Fornax*; ab Hebr. אֵשׁ ignis. Dan. 3, 6. 11.

אַתִּיק m. *Peristylium*; vid. נָתַק.

אתר Ar. وتر Seorsim aliquid fecit; unde وترة Locus; Ora, margo.

אֲתַר m. Chald. *Locus*, Esr. 6, 3. Cum Aff. אַתְרֵהּ *Locus ejus*, Esr. 5, 15. Hinc. בָּאתַר & בָּתַר *Post*, Dan. 7, 6. 7. c. Aff. בַּתְרָךְ *post te*, Dan. 2, 39. בָּאתַר דְּנָה *Postea*, ib. 7, 6.

אֲתָרִים pl. m. pro תָּרִים, *Exploratores*, vid. תור.

ב.

ב litera Hebraice est Particula inseparabilis significans 1) *In*, Gen. 1, 1. 2) *Cum*, Gen. 32, 11. 3) *Apud*, 1 Sam. 29, 1. 4) *De*, Num. 11, 17. 5) *Postquam*, Ex. 3, 12. 6) *Propter*, Prov. 7, 23. 7) *Per*, Ps. 60, 14. 8) *Pro*, Gen. 29, 18. 9) *Non obstante*, Num. 14, 11. 10) *Erga*, 1 Par. 29, 3. 11) *In numero* s. *inter*, Jud. 11, 35. 12) *Ex*, Ex. 35, 32. 13) *Per*, in jurejurando, Gen. 22, 16. 14) Sæpe etiam per Ellipsin omittitur, Ps. 3, 8. 15) Cum Affixis sic coalescit: בִּי c. *in me*; בָּנוּ c. *in nobis*; בְּךָ, in pausa בָּךְ c. *in te*; בָּךְ f. *in te*; בָּכֶם m. *in vobis*; בָּכֶן f. *in vobis*; בּוֹ m. *in illo*; בָּהּ f. *in illa*; בָּהֶם בָּם m. *in illis*; בָּהֶן f. *in illis*. 16) Pro simplici ב sæpe ponitur בְּמוֹ *In*, Ps. 11, 2. 17) בַּאֲשֶׁר notat *In quo*, *eo quod*; בְּלֹא, *In non*; *sine*, *absque*; בְּאֵין, *In non*, *dum non*, *cum non est*; בְּעַד, *In*, *ad*, *pro*; בְּדֵי *In*, *pro*, *propter*, Jer. 51, 58.

באר. Ar. بأر Fodit, effodit v. g. puteum, locum pro igne. بار vero pro بور Exploravit. Hinc PIH. בֵּאֵר (qs. Eruit, elucidavit aliquid, it. Detexit s. aperuit rem) *Declaravit*, *exposuit*, *planum fecit*, *expressit verbis aut characteribus*; *insculpsit*, Devt. 1, 5. Inf. בַּאֵר pro בָּאֵר *insculpendo*, Devt. 27, 8. Imp. בָּאֵר *insculpe*, Hab. 2, 2.

בְּאֵר m. *Puteus.* Gr. φρέαρ; it. Ar. بِئْر Id. Pf. 55, 24. Cum ה locali בְּאֵרָה *ad puteum*, Num. 21, 16. Plur. בְּאֵרוֹת & בְּאֵרֹת *Putei*, Gen. 26, 15. 14, 10.

באר & בר m. *Fovea; cifterna; carcer*, propr. fubterraneus. 2 Sam. 23, 15. 16. 20. Cum ה locali בֹּרָה, *in foveam*, Gen. 37, 24. Pl. בארות & בורות. Jer. 2, 13. Gen. 37, 20. Vid: etiam בור

I. בָּאַשׁ (propr. difplicuit; averfandus, deteftandus vifus fuit. Unde Ar. بِئْسَ partic. vituperantis Vah! Phy! v. g. بِئْسَكَ vah f. phy te! ut propterea conveniat cum בוש pudefieri, erubefcere) *Foetuit, male oluit; putruit, putridus fuit.* Fut. וַיִּבְאַשׁ & Foetuit, Ex. 7, 21. NIPH. נִבְאַשׁ, *Foetidus, putidus factus fuit*, 1 Sam. 13, 4. Michaëlis: & quod fortiter rem gesfiffet Ifraël contra Philiftæos, minus recte! HIPH. הִבְאִישׁ, *Foetidum, putidum, invifum & deteftandum reddidit*, Ex. 16, 24. Inf. הַבְאִשׁ, *foetidum reddendo*, 1 Sam. 27, 12. c. Aff. הַבְאִישֵׁנִי Gen. 34, 30. HITHP. הִתְבָּאֵשׁ, *Foetidum, invifum & deteftandum fe exhibuit.* 1 Par. 19, 6. Conv. Germ. Bös.

בְּאשׁ Inf. Kal. *Foetere;* it. *Foetor*, Am. 4, 10. Aff. בָּאְשָׁם, *Foetor eorum*, Jef. 43, 3.

בְּאשׁ m. *Foetor.* Aff. בָּאְשׁוֹ, Joël. 2, 20.

II. בְּאֻשִׁים m. plur. (qf. a fing. בָּאוּשׁ a Rad. בָּאַשׁ Ar. بَأْس afper fuit, aut Noxa affecit, læfit) *Spineoli*, fpeciem uvarum referentes, Jef. 5, 2. ob afperitatem ita dicti, aut noxietatem. Hinc Targ. הוּמֵי Spinæ. LXX. ἄκανθαι, fpinæ. Germ. Schlehen. Al. Labrufcæ f. omphaces; folanum; aconitum.

בָּאְשָׁה f. *Sentis, rubus*, Job. 31, 40. LXX. βάτος, rubus; qf. Herba aut fructus foetidus f. malus. Celfio, Napellus, thora.

III. בְּאֵשׁ vel בִּישׁ CHALD. *Malum fuit aut vifum fuit, difplicuit;* Dan. 6, 15. Conv. fere cum antecedentibus fignificatibus.

בְּאוּשְׁתָּא f. CHALD. *Mala, maligna, peffima*, Efr. 4, 12.

בָּבָה f. *Pupilla, puella;* unde cft. בָּבַת עַיִן, *pupilla oculi*, Zach. 2, 12. it. contr. בַּת עַיִן Id. Pf. 17, 8. Idem, quod אִישׁוֹן. Conv. Syr. ܒܒܐ ut & Ar. بُؤْبُؤ Idem.

בַּג m. *Cibus*, *esca*; f. potius *Victus*. (Ar. البَاجّ Idem.) Non autem solitarium occurrit, sed semper conjunctum cum פַּת Portio, ut פַּתְבַּג *Portio ciborum*, das Traktament. LXX. τράπεζα. Dan. 1, 8. Aff. פַּתְבָּגוֹ Dan. 11, 26.

בָּגַד *Prævaricatus fuit*, *perfidus fuit*; *perfide egit*; constr. absol. cum בְּ & cum מִ. (Convenire videtur cum Ar. بعد Destitit, recessit.) Præt. בָּגַדְתָּה, cum ה parag. *Prævaricatus es*, Mal. 2, 14. Part. m. בֹּגֵד *Perfide agens*, *perfidiosus*, Ef. 24, 16. f. בֹּגֵדָה, Jer. 3, 8. Inf. Aff. בְּגִדוֹ, *cum Perfide agit*, Ex. 21, 8. Michaëlis etiam Contemsit, e. g. Ex. 21, 8. Pf. 25, 3. Jef. 33, 1. Fut. perf. 1. pl. נִבְגַּד *Mutuo perfide agemus*, *prævaricabimur*? Mal. 2, 10.

בֶּגֶד m. 1) *Perfidia*, *prævaricatio*, Jes. 24, 16. 2) *Vestis*; Ex. 11, 32. it. *Velum* (unde Ar. بجاد Amiculi Arabici genus striatum) Pl. בְּגָדִים *Vestes*, Ex. 6, 4. cst. בִּגְדֵי Gen. 27, 15. Et f. plur. בְּגָדוֹת cst. בִּגְדוֹת *Vestes*, Pf. 45, 9.

בָּגוֹדָה f. *Perfida*, *prævaricatrix*, Jer. 3, 7.

בּוֹגְדוֹת f. pl. *Perfidiæ*, Zeph. 3, 4.

בָּגַר vid. גדד.

בָּדָא *Effinxit*, *commentus est*, 1 Reg. 12, 33. Ar. بدأ f. بدى Excessit modum, præcipue in oratione. Part. Ben. c. Aff. בּוֹדָאם pro בּוֹדְאָם, *comminiscens ea*, Neh. 6, 8.

בַּדִּים m. plur. (pro בַּדָּאִים) 1) *Jactantiæ*, *mendacia*, Job. 11, 3. 2) *Jactatores*, *vaniloqui*, i. e. qui de se gloriantes multa fingunt atque excedunt modum, Jef. 44, 25.

I. בָּדַד *Solitarius fuit*, *solitarium egit*. (Ar. بدّ Separavit se, solus fuit) Part. בּוֹדֵד *Solus*, Jef. 14, 31. Rectius Dormitans; vid. II. בָּדַד.

בָּדָד *Solus*, *solitarius*. Sumitur autem tantum adverbialiter, idque per Ellipsin præf. לְ, & in utroque genere & numero. Ter plene legitur לְבָדָד Pf. 4, 9. Num. 23, 9. Mich. 7, 14.

בַּד m. *Solus*. Hinc בַּד בְּבַד *singula seorsim*, Ex. 30, 34. Ar. بداد seorsim, sigillatim. Cum לְ præfixo adverbiascit, ut לְבַד *seorsim*; *tantum*, *duntaxat*. Aff. לְבַדִּי *solus ego*, Num. 11, 14. Sic quoque cum ceteris. Cum מִ, מִלְּבַד f. לְבַד מִן *præter*, v. g. אֵלֶּה

מִלְּבַד אֵלֶּה, *præter illos*, fc. quatuor, Dan. 11, 4. בַּדֵּי שְׁאֹל Job. 17, 16. vero aut eſt בַּדֵּי In; aut pro בְּבַדֵּי Inter folos f. folitarios.

בַּדִּים m. pl. (a Rad. בדד Ar. بدّ Separavit, disjunxit; unde بُدّ Separatio.) 1) *Anteriorum femorum latera interiora carnoſa*, Job. 41, 3. it. *Potentia*, Feſtigkeit, Job. 18, 13. ut Ar. بدن de quo vid. Caſtellus. 2) *Rami majores; palmites*; qſ. die Schenkel, Ez. 17, 6. 19, 14. i. e. in quos arbor f. vitis a caudice diſpeſcitur. Sic etiam Ar. بدّ dicitur Trabs, qua uva f. oliva premitur. 3) *Vectes*, i. e. ex ramis robuſtioribus facti, Ex. 25, 14. 15. 27, 7. 4) בַּדִּים pl. m. *Mendaces*, vid. ſub בדא.

II. בָּדַד ut Ar. بدد *Defeſſus fuit, dormitavit.* Part. Ben. בּוֹדֵד *Dormitans*, Jeſ. 14, 31. Al. Solus. Al. remanens.

III בַּד m. *Linum; lineum*, Lev. 6, 3. Hinc Ar. أَبَدّ Textor; & بدان Pannus coactilis. Secundum Michaëlis בַּד denotat idem lineum, quod שֵׁשׁ; שֵׁשׁ vero aliis byſſum pretioſiſſimam. Pl. בַּדִּים *Veſtes lineæ*, Ez. 9, 2. 3. 11.

בָּדַל (Hinc fortaſſe mutato ד in ת Ar. بتل Separavit, ſegregavit; verum etiam cum in omni ſeparatione mutatio fiat بدل Mutavit.) NIPH. נִבְדַּל *Separavit ſe, ſeparatus fuit*, 1 Chr. 12, 8. HIPH. הִבְדִּיל, *Separavit, diſtinxit, diſcrevit; elegit*, Lev. 20, 24. HOPH. Part. מֻבְדָּלוֹת, *Separatæ*, pro מֻבְדָּלוֹת aut נִבְדָּלוֹת, Joſ. 16, 9.

בָּדָל m. *Particula, ſegmentum.* Cſt. בְּדַל אֹזֶן, *particula auris, auricula*, Am. 3, 12.

בְּדִיל m. *Stannum*; qſ. a ſcoriis ſeparatum aut repurgatum, Eſ. 1, 25. Hinc *Perpendiculum.*

בְּדֹלַח m. *Bdellium*; gummi bene olens, etiam Dioſcoridi Bdolchon nominatum, quod adhuc in Arabia ex arbore, Malachia dicta, colligitur, Gen. 2, 12. Num. 11, 7. Al. Unio; cryſtallus; carbunculus.

בָּדַק. Videtur hæc radix conveniſſe olim cum Ar. فتق Fidit, ſcidit, rupit. Hinc itaque

בֶּדֶק m. *Fiſſura, rima, vitium, labes.* Aff. בִּדְקֵךְ, *Rupturam tuam*, Ez. 27, 9. Ar. فتق Id. Unde porro

בָּדַק

בָּרַק (ſignificatione a nomine petita) *Reparavit, inſtauravit, reſarſit rupturas.* Inf. לִבְרֹק LXX. ἐπισκευάσαι, 2 Chr. 34, 10.

בַּדַּר Chald. *Sparſit, diſperſit.* Imp. בַּדַּרוּ, *diſpergite*, Dan. 4, 11. ab Hebr. בָּזַר. Conv. etiam plane Ar. بذر in II. Conj. Sparſit, diſperſit.

בהה. Ar. بها Vacua & inanis fuit v. g. domus a ſupelle-ctili. Hinc

בהו m. (pro בֹּהוּ) *Inanitas*, i. e. inaniſſima ſ. vacua ab omnibus rebus, Gen. 1, 2. אַבְנֵי בֹהוּ *perpendicula inanitatis* ſ. *inania*, i. e. quæ terra & quo uſque devaſtanda ſit, Jeſ. 34, 11. Ar. باه Idem.

בַּתָּה f. (pro בָּהָה; ה enim ante ſe ipſum vertitur in ת) *Inanis* ſ. *vacua terra* i. e. devaſtata, Jeſ. 5, 6.

בָּהָה f. vid. ſ. בתת.

בַּהַט m. Lapis quidam marmori ſimilis pretioſus ad pavimentandum conclave regium Ahaſveri adhibitus, Eſth. 1, 6. Forſitan ille eſt, qui Ar. بُهْتُ dicitur, Græce vero Ἀλαβαςρίτης, albiſſimi coloris, quod pàrtim convenientia vocis cum بهط i. e. Oryza cum lacte & butyro cocta, partim etiam, ſi ἀλα qſ. articulum Arabicum præjungas, ſonus vocis أَلْبَهَطُ innuere videtur. Al. Porphyrites; Parius; Cryſtallum; Smaragdites; بَلَنْط Balantus.

בהל. Hoc verbum videtur olim, ſc. per metatheſin, cum בלה promiſcue dictum fuiſſe. Hinc enim בַּלָּהָה pro בֶּהָלָה; ut & verba Arabica بَلْهَس Celeri gradu & properanter ivit, & بَلْهَص Idem; nec non Cito præterivit præ terrore; & Subſt. بلاه ſ. بَلَاهَة Stupor; imo etiam verbum بله Deſipuit. Itaque ſignificat I. NIPH. נִבְהַל *Præceps feſtinavit, feſtinus fuit*, Prov. 28, 22. Fut. תִּבָּהֵל *Feſtines*, Eccl. 8, 3. PIH. בִּהֵל *Acceleravit, præcipitavit;* it. *Feſtinavit.* Futur. תְּבַהֵל *Feſtines*, Eccl. 5, 1. 7, 9. PYH. Part. pl. m. מְבֹהָלִים *Accelerati*, Eſth. 8, 14. HIPH. הִבְהִיל *Acceleravit; diligentiam adhibuit.* Fut. יַבְהִלוּ *Feſtinare fecerunt*, 2 Chr. 26, 20.

בְּהַל Chald. Acceleravit, feſtinavit, Targumice.

בֶּהָלָה

בְּהָלָה f. *Festinatio, præcipitantia*, Es. 65, 23.

בְּהִילוּ f. Chald. pro בְּהָלוּת *Idem.* Hinc בִּבְהִילוּ *Celeriter*, Esr. 4, 23.

הִתְבְּהָלָה f. Chald. *Idem.* Dan. 2, 25. 6, 20.

II. NIPH. נִבְהַל *Perturbatus, turbatus, conturbatus fuit; Attonitus, territus, consternatus fuit*, 1 Sam. 28, 21. Fut. pl. יִבָּהֲלוּ *perturbentur*, Ps. 6, 11. in pausa & cum נ parag. יִבָּהֵלוּן Ps. 104, 29. PIH. בִּהֵל *Consternavit, terruit.* Fut. יְבַהֵל *Perterrefaciet.* Ps. 2, 5. cum Aff. יְבַהֶלְךָ, Job. 22, 10. Part. pl. m. מְבַלֲּהִים pro מְבַהֲלִים *Terrentes*, Esr. 4, 4.

בְּהַל Chald. *Conturbavit, perturbavit, terruit*, Dan. 4, 2. 16. HITHP. מִתְבְּהַל *Perturbatus*, Dan. 5, 9.

בֶּהָלָה & בַּלָּהָה f. *Consternatio, perturbatio, terror*, Ps. 78, 33. Jes. 17, 14. Pl. בֶּהָלוֹת *Terrores*, Jer. 15, 8. & בַּלָּהוֹת, Ps. 73, 19. cst. בַּלְהוֹת, Job. 24, 17.

בהם. Æthiop. *Bahame*, Mutus. Ar. بهم in X. Conj. Obmutuit. Hinc

בְּהֵמָה & בֶּהֱמַת c. *Bestia, jumentum, pecus; animal irrationale & mutum.* (Ar. بهيمة Id.) Collectivum est utriusque sexus. Cst. בֶּהֱמַת, Jes. 18, 6. Aff. בְּהֶמְתּוֹ, Gen. 36, 6. Pl. בְּהֵמוֹת *Bestiæ*; Devt. 32, 24. cst. בַּהֲמוֹת, Ps. 8, 8.

בְּהֵמוֹת f. (terminatione quidem Pluralis, sed significatione singularis) *Hippopotamus*, in Æthiopia & Ægypto tum in Nilo, tum extra illum in terra degens, Job. 40, 15. Al. Elephas; Mammuth; Manathi.

בֹּהֶן m. *Pollex*, tam manuum, quam pedum, Ex. 29, 20. Arab. إِبْهَام Id. Plur. בְּהֹנוֹת (a sing. inus. m. בֹּהֶן aut f. בְּהוֹנָה) *Pollices*, Jud. 1, 6.

בֹּהַק m. *Pustula alba, aut Vitiligo*, Lev. 13, 39. Rad. בהק; Chald. Aph. אַבְהֵיק Albus fuit. Conv. etiam Ar. بهق Vitiligo. בֹּהַק non reputatur pro lepra, quia non inficit.

בהר. Ar. بهر Valde splenduit. Hinc

בָּהִיר m. *Splendidus, lucidus, nitidus*, Job. 37, 21.

בְּהָרָה f. unde Pl. בֶּהָרוֹת *Papulæ albæ*, Lev. 13, 38.

בַּהֶרֶת f. *Papula* s. *macula in cute alba instar nivis*, Lev. 13, 2. 4.

בוא

בוא Prima significatione Intravit, Michaëlis. 1) *Venit, advenit, pervenit.* 2) *Ivit, abiit, iterfecit, profectus est.* 3) *Occubuit*, sc. sol. 4) *Ingressus est* אל ad, semel על Gen. 19, 31. *Congressus est* scil. cum (אל) uxore, i. e. cognovit eam. Præt. m. בָּא, f. בָּאָה, c. Aff. בָּאָתְנוּ *venit nobis*, Ps. 44, 18. בָּאתָ & בָּאתָה *venisti*, 2 Sam. 3, 7. f. בָּאת & בָּאתְ 2 Sam. 14, 3. Pl. בָּאוּ *venerunt*, & בואו Jer. 27, 18. בָּאנוּ, *venimus*, & בָּנוּ 1 Sam. 25, 8. Novies א in hoc verbo deficere notant Masorethæ, Jer. 39, 16. Not. בָּא (&) *Occubuit*, v. g. annus; Aliis est pro בָּה, *in eo*, 2 Reg. 13, 20. Imp. בּוֹא, *veni*; cum ה parag. בּוֹאָה. 1 Sam. 20, 21. pl. בֹּאוּ, cum præf. ובאו & וָבֹאוּ, Gen. 45, 18. Jes. 45, 20. Fut. אָבוֹא אָבֹא & cum ה parag. אָבוֹאָה, *veniam*, Gen. 29, 21. תָּבוֹא m. & תָּבוֹאִי f. *Venies*, Ruth. 3, 17. Secundum nonnullos etiam תָּבוֹאת Keri, pro תָּבֹאִי Chetibh, 1 Sam. 25, 34. Sed תָּבוֹאת videtur esse ab Ar. بات pro بيت Noctu sc. tempestive fecit v. g. venit, Fut. 2. f. f. *Venis* sc. in occursum mihi. יָבוֹא, *veniet*, cum Aff. & Nun Epenth. יְבוֹאֶנּוּ, *veniet illi*, Job. 15, 21. foem. תָּבוֹא, *idem*, cum Aff. in pausa תְּבוֹאֶךָּ, *veniet tibi*, Ez. 32, 11. cum ה parag. תָּבוֹאָה *veniet*, Jes. 5, 19. pro quo nonnullis תָּבוֹאתָה Deut. 33, 16. Sed est Fut 3. f. f. cum ה Parag. *Maneat, commoretur*; a verbo Syr. ܒܬ & Æth. *Baitha* Mansit; nec non Ar. بات Commoratus f. Substitit. Pl. יָבֹאוּ, *venient*, cum נ parag. יְבוֹאוּן, Ps. 95, 11. cum Aff. יְבוֹאֻנִי & יְבֹאֻנִי, *venient mihi*, Ps. 119, 77. 41. foem. תָּבוֹאנָה & תְּבוֹאֶן, 1 Reg. 3, 16. Gen. 30, 38. תְּבֹאֶנָה *Pervenient*, Ps. 45, 16. & תְּבוֹאֶינָה, Jer. 9, 16. HIPH. הֵבִיא, *Adduxit, introduxit: Attulit, obtulit, intulit: Effecit, ut occumberet* sc. sol. C. Aff. הֱבִיאוֹ, *adduxit eum*, Lev. 17, 4. הֵבֵאתִי & הֵבִיאֹתִי *adduxi*, Gen. 31, 39. Num. 14, 31. cum Aff. הֲבֵאתִים & הֲבִיאוֹתִים, *adducam eos*, Ez. 23, 22. Jes. 56, 7. Pl. הֲבֵאתֶם & הֲבִיאֹתֶם, *adduxistis*, Lev. 23, 10. 1 Sam. 16, 17. Part. מֵבִיא, & sine א, מֵבִי, *adducens*, Gen. 6, 17. 1 Reg. 21, 21. Imp. הָבֵא, הָבִיא & הָבִי, 1 Sam. 20, 40. Gen. 43, 16. Ruth. 3, 15. cum ה parag. הָבִיאָה, Gen. 27, 7. Fut. אָבִיא & אָבִי, *Adducam, afferam*, Ex. 11, 1. 1 Reg. 21, 29. יָבִיא, יָבֵא & יָבִיא, Ez. 40, 3. Gen. 2, 19. Lev. 4, 32. HOPH. הוּבָא, *Adductus fuit; Allatus, illatus fuit*, Lev. 10, 18. הֻבָאתָה m. *Adductus fuisti*, Ez. 40, 4. f. הֻבָאת, Gen.

Gen. 33, 11. Conv. Ar. ﺑﺎﺀ Reversus fuit; in II. Conj. Reduxit. It. Venit. Congressus fuit.

בוא m. *Introitus, ingressus; Venire.* Aff. בּוֹאֲךָ, & in pausa בּוֹאֶךָ, τὸ *Venire tuum*, Gen. 19, 22. 10, 19. 1 Sam. 16, 4. בּוֹאָן, & cum ה parag. בּוֹאָנָה, τὸ *Venire earum*, Gen. 30, 38. Ruth. 1, 19.

בָּאָה f. (pro בִּיאָה) *Idem*, Ez. 8, 5.

מָבוֹא m. 1) *Introitus*, *ingressus* i. e. locus intrandi, Jer. 38, 14. 2) *Hospitium; Mansio*, præcipue apud fontem, Gen. 24, 62. 3) *Accessus, aditus*, 1 Chron. 9, 19. 4) *Occasus Solis*. Cst. מְבוֹא, Devt. 11, 30. Pl. מְבוֹאִים m. & מְבוֹאוֹת f. *Aditus*, Ez. 26, 10. 27, 3.

מוֹבָא m. *Ingressus*, 2 Sam. 3, 25.

תְבוּאָה & תְּבוּאָה f. *Proventus, reditus*, propr. anni venturi, Ps. 107, 37. Opp. יְבוּל, proventus anni præteriti. Aff תְּבוּאָתֹה, pro תְּבוּאָתוֹ, *Proventus ejus*, Jer. 2, 3. תְּבוּאָתֶךָ, Job. 22, 21. *proventus, tuus* (erit) *bonus*.

ביב. Hinc Kimchius tanquam Part, NIPH. derivat

נָבוּב m. *Cavitas, concavum*. Cst. נְבוּב, Ex. 27, 8. 38, 7. Jer. 52, 21. Metaph. *Vecordia*, v. g. אִישׁ נָבוּב, Homo qs. excors, Job. 11, 12. Pertinet vero potius ad נבב. Ceterum conven. Syr. ܐܒܘܒܐ Fistula; nec non Ar. ﺍﻧﺒﻮﺏ Canalis. Foramen cisternæ.

בוז *Contemsit, despexit*. It. *Ignominia affecit, contumeliose habuit*, ut Prov. 6, 30. Hoc verbum plus dicit, quam בָּזָה. Præt. בַּז, pro בָּז, qs. a בָּזַז Zach. 4, 10. foem. בָּזָה Jes. 37, 22. 2 Reg. 19, 21. Fut. יָבוּז *Contemnet*, Prov. 23, 9. foem. תָּבוּז, Prov. 30, 17. Conv. Arab. ﺑﺎﺯ Depressus ac humiliatus fuit.

בוּז m. *Contemtus, despectio*; it. *Ignominia, contumelia*, Job. 12, 5. 21.

בוּזָה f. *Idem*, Neh. 3, 36.

בוך. NIPH. נָבוֹךְ, *Perplexus, implicitus, intricatus fuit*. Foem. נְבוֹכָה, Esth. 3, 15. Pl. נָבֹכוּ *perplexi sunt*, Joël, 1, 18. Part. נָבוֹךְ. Hinc pl. נְבֻכִים *perplexi*, Ex. 14, 3. Conv. Ar. ﺑﺎﻙ Confusus turbatusque fuit. Unde ﺑﻮﻙ Confusio.

מְבוּכָה

מְבוּכָה f. *Perplexitas, distractio*, ἀπορία, Jes. 22, 5. Mich. 7, 4.

בּוּל m. I. (pro יְבוּל a Rad. יבל, unde Hiph. הוֹבִיל, Attulit, protulit, produxit; quam vid. s. l.) *Proventus*, *germen* (tum terræ, tum arboris) *fructus*; hinc *Gramen*, (ut Syr. ܒܛܠ) Job. 40, 20. *Truncus*, qs. proventus arboris, Es. 44, 19. II. (pro وَبُولٌ a rad. وبل Copiose pluit coelum) *Mensis* Hebræorum octavus Bul, partem maximam Novembri nostro respondens, a crebris pluviis ita dictus, qs. der Regen-Monat, 1 Reg. 6, 38. Not. וַיָּבוֹל, Jud. 19, 21. non est a בּוּל, sed a בלל.

בִּין KAL בִּן *Intellexit*, *Animadvertit*, cstr. cum לְ. בִּנְתָּ *Intelligis*, Ps. 139, 2. Part. pl. m. בְּנִים *Prudentes*, Jer. 49, 7. NIPH. נָבוֹן *Prudens fuit; prudenter egit*, Es. 10, 13. Part. נָבוֹן *Prudens*. Pl. נְבוֹנִים, *Prudentes*, Devt. 1, 13. PIH. בּוֹנֵן, *Prudentem effecit; erudivit*. Fut. cum Aff. יְבוֹנְנֵהוּ, *intelligentem facit* eum, Devt. 32, 10. HIPH. הֵבִין I. Transitive: 1) *Fecit prudentem; fecit, ut intelligeret; fecit, ut attenderet s. consideraret; docuit*: Unde מֵבִין *Doctor*, *informator*, 1 Par. 25, 8. 2) *Fecit*, *ut intelligeretur s. distincte cognosceretur*; *explanavit*, Job. 28, 23. II. Intransitive: 1) *Consideravit rem*; constr. cum Acc. interdum cum לְ & אֶל; cum עַל Dan. 2, 37. 2) *Dignovit, discrevit*; constr. cum בֵּין & לְ; Job. 36, 29. 3) *Distincte & certe cognovit ac vidit*; it. *Agnovit*, *vidit*, *sensit*; *Peritus*, *intelligens fuit*, Job. 38, 20. 4) *Prudens*, *sagax fuit*, Dan. 1, 17. 5) *Sagaciter detexit*, *deprehendit*, *dijudicavit*, ibid. Præt. pl. הֵבִינוּ, *intellexerunt*, Mich. 4, 12. Part. pl. מְבִינִים *Intelligentes*, Esr. 8, 16. Infin. לְהָבִין *ad intelligendum*, 1 Reg. 3, 9. c. Aff. הֲבִינְךָ *ut intelligas tu*, Dan. 10, 14. Imper. הָבֵן, *fac intelligere*, Dan. 8, 16. c. Aff. הֲבִינֵנִי *fac intelligere me*, Ps. 119, 27. Pl. הָבִינוּ *docete*, Job. 6, 24. Fut. אָבִין, & cum ה parag. אָבִינָה, Ps. 73, 17. *Animadverti*. יָבִין & יָבֵן, *intelliget*, Ps. 19, 13. Jer. 9, 12. HITHP. הִתְבּוֹנֵן & הִתְבּוֹנַן cf. Job. 26, 14. 1) *Animadvertit, consideravit*. Constr. cum בְּ, עַל אֶל Ps. 37, 10. 2) *Distincte cognovit*. Constr. cum Acc. Ps. 119, 100. 3) *Prudens factus est; prudentia polluit*, Jes. 11, 3. Ar. بان pro بين Distincta & segregata fuit res. Distincte patuit. In II. Conj. Segregavit, distinxit; explanavit, declaravit. In X. Conj. Cognovit. Hinc

בִּינָה,

בִּינָה f. *Intelligentia*, *prudentia*, Prov. 2, 3. Plur. בִּינוֹת, *Intelligentiæ*, Jeſ. 27, 11. Pro בִּינָה Dan. 9, 22. Michaëlis ſuſpicatur legendum eſſe בִּנָּה i. e. Declaratio, Oraculum; ſed præter rem!

בִּינָה f. Chald. *Idem*, Dan. 2, 21.

תְּבוּנָה f. *Sapientia; dexteritas cogitationum; prudentia; circumſpectio*. Aff. תְּבוּנָתוֹ *intelligentia ejus*, Pſ. 147, 5. תְּבוּנָם (contr. pro תְּבוּנָתָם) *intelligentia eorum*, Hoſ. 13, 2. Pl. תְּבוּנוֹת, *Intelligentiæ*, Jeſ. 40, 14.

בֵּין (propr. Ar. بَيْن Separatio, diſtinctio) *Inter*; Ar. بَيْنَ Idem. Aff. בֵּינִי *inter me*, בֵּינְךָ *inter te*, Plur. m. בֵּינִים. Hinc בֵּינֶיךָ Id. Gen. 16, 5. בֵּינֵינוּ & בֵּינֵנוּ *inter nos*, Joſ. 22, 25. Pl. f. בֵּינוֹת, ſq. ל. Aff. בֵּינוֹתֵינוּ *inter nos*, Gen. 26, 28. Dual. הַבֵּנַיִם *Vir medietatum* i. e. intermedius, q. d. qui medius inter Philiſthæos & Iſraëlitas adſtiterat. Hillerus, Duorum pollicum, pro בְּהֹנַיִם, a בֹּהֶן Pollex, 1 Sam. 17, 4. Cum Præf. בְּבֵין *in medio*; מִבֵּין *e medio* &c.

בּוּס *Conculcavit*, *proculcavit*; *contemſit*. Part. pl. בּוֹסִים, *conculcantes*, Zach. 10, 5. Fut. אָבוּס *conculcabo*, Jeſ. 63, 6. Inf. בּוֹשַׁסְכֶם pro בּוֹסַסְכֶם, aut eſt compoſ. ex בּוֹשׁ pudore ſuffundere, & בּוֹסֵס conculcare, Am. 5, 11. Sed vide בשס. HOPH. מוּבָס, *conculcatum*, Jeſ. 14, 19. HITHP. מִתְבּוֹסֶסֶת f. *Conculcandam ſe præbens*, Ezech. 16, 6. 22. Affinia ſunt Ar. بَأَشَ Proſtravit improviſum; & بُؤْس Afflictus fuit. In IV. Conj. Damnum & noxam attulit. Conf. etiam Gr. πούς, pes; it. Germ. Fus.

מְבוּסָה f. *Conculcatio; conculcata*, Jeſ. 22, 5.

תְּבוּסָה f. *Conculcatio*, 2 Chr. 22, 7.

בוץ Ar. بَاضَ Superavit albedine. In II. Conj. Album reddidit. In X. Conj. Albus fuit. Hinc

בֵּיץ m. unde Plur. בֵּיצִים, *Ova*, Devt. 22, 6. cſtr. בֵּיצֵי, Jeſ. 59, 5. Ar. بَيْضَة Pl. بَيْض Id.

בֵּיצָה f. *Ovum*, apud Rabbinos.

בּוּץ m. *Byſſus* (lini candidiſſimi ſpecies,) *byſſinum*, 1 Chr. 15, 27. Semel בֻּץ ib. 4, 21. Chald. & Syr. ܒܘܨܐ Idem.

בוק (Ar. باق Corruptionem passa fuit & perijt res). NIPH. *Corruptus, perditus fuit; periit.* Inf. & Fut. הִבּוֹק תִּבּוֹק, *prorsus perdetur*, LXX. φθορᾷ φθαρήσεται, Jes. 24, 3. Confunditur fere alias cum בָּקַק Evacuavit; depopulatus est, cum quo in tantum convenit, & conferendum omnino est.

מְבוּקָה · בּוּקָה f. *Corruptio; devastatio*, Nah. 2, 11.

בור Rad. obsol. pro Ar. بأر Fodit puteum s. foveam, unde بِئْر Puteus; vid. באר. Hinc

בּוֹר & באר m. 1) *Fovea* (tum ad aquam ex venis terræ aut a pluvia colligendam, tum ad abdendum aut recondendum aliquid dictum) Hinc *Cisterna*, α) in qua aqua colligitur, Prov. 5, 15. β) cujus fundus est limosus, Jer. 38, 6. Ps. 40, 3. 2) *Sepulcrum*, Ps. 28, 1. 30, 4. 3) *Carcer subterraneus*, Ex. 12, 29. Jes. 24, 22. 4) Metaph. *Status omnis miseriæ*, Ps. 40, 3. Cum Aff. בּוֹרְךָ *puteus tuus*, Prov. 5, 15. Pl. f. בֹּארֹת, it. בֹּרוֹת *Putei*; it. *foveæ*, Jer. 2, 13, Gen. 37, 20.

בּוֹשׁ KAL (quod in Præt. & Partic. semper per ו flectitur) Præter. בּוֹשׁ *Erubuit, pudefactus est; puduit eum, confusus est pudore*, Jer. 48, 39. בֹּשְׁתִּי *Pudefactus sum*, Esr. 9, 6. בֹּשְׁנוּ *Pudefacti sumus*, Jer. 9, 19. Part. pl. m. בּוֹשִׁים *Pudefacti*, Ez. 32, 30. Imp. f. f. בּוֹשִׁי *Erubesce*, Jes. 23, 4. Inf. בּוֹשׁ *Erubescendo*, Jer. 6, 15. Fut. cum ה Parag. אֵבוֹשָׁה *Erubescam*, Ps. 25, 2. יֵבֹשׁוּ *Erubescant*, ib. v. 3. HIPH. Præt. הֵבִישׁ. 1) *Pudefecit, Fecit erubescere, confudit*; unde הֱבִישׁוֹתָ *Pudefecisti*, Ps. 44, 8. Part. m. f. מֵבִישׁ *Pudefaciens*, Prov. 29, 15. f. מְבִישָׁה Prov. 12, 4. Fut. תָּבִישׁוּ *Pudefacitis*, Ps. 14, 6. 2) Intransitive, *Pudefactus, pudore suffusus est*, Prov. 10, 5. Dicitur etiam in forma mixta, qs. a בּוֹשׁ & יָבֵשׁ, aut ab Ar. يبس IV. Obstupuit, ut verba eum deficerent. Hinc הוֹבַשְׁתָּ *Pudefecisti*, 2 Sam. 19, 6. It. הֹבָאִישׁ (cum א pleon.) *Erubuit*, Jes. 30, 5. HITHP. Præt. הִתְבּוֹשֵׁשׁ *Erubuit*; unde Fut. in pausa יִתְבֹּשָׁשׁוּ *Erubuerunt, puduit eos*, Gen. 2, 25. Convenire etiam videtur Ar. بَيَّسَ pro بَأْسَ, Vah! phy! Germ. Pfui! v. g. Ar. بَيَّسَك Phy te! Vice versa

verſa etiam Arabibus بياس dicitur Pudendum ſcil. ab Hebr. בוש. Not. בֹּשֵׁשׁ vid. בשש.

בּוֹשׁ m. *Tarditas*; vid. בשש.

בֹּשֶׁת f. 1) *Pudor*, Pſ. 35, 26. Cum. Aff. לְבָשְׁתֶּךָ *ad Pudorem tuum*, 1 Sam. 20, 30. 2) *Pudenda*, Mich. 1, 11. 3) *Pudendum idolum*, Jer. 3, 24. 11, 13. Hoſ. 9, 10.

בּוּשָׁה f. *Pudor*, *confuſio*, Mich. 7, 10.

מָבוּשׁ m. unde Pl. מְבֻשִׁים *Pudenda*, Devt. 25, 11.

בָּשְׁנָה f. pleriſque interpretibus *Pudor*, *ignominia*, Hoſ. 10, 6. ſed rectius (quod videtur, α) ob ſubſequens maſcul. יִקָּח quod ſubinnuit, בָּשְׁנָה caſum eſſe rectum, non regentem, & β) quia בָּשְׁנָה inſolita prorſus forma eſſet a בוש) Michaëlis, *Saccus magnus ex lino graſſiore*, fere ut Ar. بسانة; vid. Golius ad verbum بسن f. أبسن.

המה *Strepuit, perstrepuit; fremuit, sonuit; murmuravit; tumultuatus fuit*; unde Ar. هَمَّ Gravem vocem edidit. II. Gemuit Præt. pl. הָמוּ *Tumultuati sunt*, Pf. 46, 7. Part. הֹמֶה *Tumultuans*, Prov. 20, 1. Fem. הוֹמָה & הוֹמִיָּה 1 Reg. 1, 41. Prov. 7, 11. Pl. f. הוֹמוֹת *Strepentes*, Ez. 7, 16. הֹמִיּוֹת *Streperæ*, fcil. turbæ, Prov. 1, 21. Inf. cft. הֲמוֹת *Strepere*, Jef. 17, 12. Fut. אֶהֱמֶה *Strepam*, Pf. 55, 18. it. אֶהֱמָיָה Pf. 77, 4. Pl. יֶהֱמוּ *Strepent*, Pf. 46, 4. it. יֶהֱמָיוּן Pf. 39, 7.

הָמוֹן m. & f. (pro הֲמוֹנָה pofitum) *Fremitus, strepitus, sonitus, tumultus; ingens multitudo, copia; exercitus*, Job. 31, 34. Semel הֶאָמוֹן (pro הֶהָמוֹן) Jer. 52, 15. cft. הֲמוֹן Gen. 17, 4. Aff. הֲמוֹנוֹ *Multitudo ejus*, Ez. 31, 2. & הֲמוֹנָהּ v. 18. Pl. הֲמוֹנִים *Copiæ*, Joël. 4, 14. Aff. הֲמוֹנֶיהָ *Copiæ ejus*, Ez. 32, 20.

הֵמָה m. *Tumultus, strepitus*. Hinc מֵהֶמֵהֶם *a strepitu eorum*, Ez. 7, 11.

הֶמְיָה f. *Strepitus, sonitus*. cft. הֶמְיַת Jef. 14, 11.

הָמִית f. (formæ בְּכִית) *Idem*, Prov. 19, 18. Rectius eft Inf. a מות; fcil. ad occidendum eum.

יָם m. (pro יָהֵם ab הָמָה, cum י Præform. vid. Hillerî Inftitt. p. 585. Ceterum & Ar. يَمّ dicitur Mare; unde يُمَّ In mare conjectus eft) 1) *Mare* κατ' ἐξοχὴν, *Mare mediterraneum*, Jof. 9, 1. 2) *Occidens*, Ex. 10, 19. 3) *Meridies*, a mari rubro dictus, Pf. 107, 3. Aut citato loco מִיָּם dicit Ab occidente, & מִמַּעֲרָב A deferto i. e. Pharanis, quod terræ Ifraëlis verfus meridiem fitum eft, fcil. a meridie, fignificat; aut legendum eft מִיָּמִין quæ conjectura eft Michaëlis. 4) *Mare fusum*, 1 Reg. 7, 23. 5) *Quivis lacus f. fluvius grandior*, Gen. 1, 10. in fpecie Nilus, Nah. 3, 8. Jef. 19. 5. Job. 41, 23. Euphrates, Jef. 21, 1. Jer. 51, 36. Pl. יַמִּים *Maria*, Gen. 1, 10. Hinc Ar. يُمَّ Conjectus fuit in mare.

יַמָּא m. CHALD. *Idem*, Dan. 7, 2. 3.

המל. Ar. حمل Impetum fecit, irruit, invafit; unde etiam حَمْلَة Invafio, impetus, incurfus bellicus. Hinc

מְסִלָּה

הֲמוּלָה & הֲמֻלָּה f. *Incursus bellicus*, ein Kriegs-Alarm. Al. Imber; sermo; strepitus. Jer. 11, 16. Ez. 1, 24. Vid. etiam מלל.

הָמַם I. *Liquavit, dissolvit;* hinc *Disjecit, fugavit; dilabi, diffluere fecit; delevit, evertit; exedit.* II. *Impulit, incitavit.* Conv. cum הום. Ar. هَمَّ Impulit; it. Liquavit; tabescere fecit. V. Percussit v. g. gladio. Præt. c. Aff. הֲמָמַנִי *Evertit* f. *delevit me*, Jer. 51, 34. וְהַמֹּתִי *& delebo*, Ex. 23, 27. Inf. cst. c. Aff. הֻמָּם *Delere eos*, Devt. 2, 15. Fut. תָּהוֹם; c. Aff. תְּהֻמֵּם *& disjecisti eos*, Pf. 144, 6. וַיָּהֹם f. וַיָּהָם (sec. Keri) *& disjecit;* contra וַיְּהֻמֵּם (sec. Chethibh) *& disjecit eos*, 2 Sam. 22, 15. & וַיָּהָם Ex. 14, 24.

הֲמָנְכֶם (propter) multitudinem vestram, Ez. 5, 7. ab הָמוֹן. Vide הָמָה.

המס. Ar. هَمَسَ Garrulus fuit, i. e. loquendo omnia maria cœlo, sacra profanis miscuit. VI. Invicem permista fuerunt; unde هَمْسٌ Collectio. Hinc

הֲמָסִים pl. m. *Collectio*, intell. ramalium, Jes. 64, 1. Respicit enim vates Ex. 3, 2. Al. a Sing. הֶמֶס (pro הֲמִסָה a Rad. מָסָה, Æthiop. *Masawa*, Liquefecit) Liquationes; Al. Strepitus; LXX. κηρὸς, cera; Vulg. Exustio.

המר. Ar. هَمَرَ Impulit. Effudit imbrem. Unde هَمْرَةٌ Unus impetus imbris vel iræ. Hinc

מַהֲמֹרָה f. unde Pl. מַהֲמֹרוֹת Pf. 140, 11. *Plenæ effusiones imbris*, q. d. ac si omnes uno impetu super eos effundendi imbres essent. Al. Repente. Al. Foveæ.

הָהִין vid. in הין.

הֵן & seq. Makkaph הֶן־ Num. 23, 24. Part. (quæ vel Pron. הֵן, הֵנָּה Hæc, ista, esse videtur, vel ab Ar. هُنَا Hic, hic loci; it. Huc) 1) *En, ecce!* q. d. Hic, hic! vide sis f. videte! hic, hic! accipe; Vel: Huc, huc! adeste! videre est, &c. Gen. 3, 22. 2) *An, utrum?* Jer. 2, 10. *Annon, nonne?* Dan. 3, 17. *Forte, fortassis?* Ex. 4, 1. 3) *Certe*, Prov. 24, 12. 4) *Quandoquidem*, Lev. 25, 20. 5) *Si, quodsi*, Ex. 8, 22. Cum ה parag. הִנֵּה *Idem.* Cant. 2, 9. Raro הֵנָּה Gen. 19, 2. Cum Aff. הִנְנִי f. הִנֵּנִי & הִנֵּנִי *Ecce* ego,

ego, Ef. 52, 6. cum נ epenth. הִנֶּנִּי Gen. 22, 7. הִנֶּנּוּ *Ecce nos*, Jof. 9, 25. & הִנֵּנוּ Job. 38, 35. it. הִנֶּנּוּ Gen. 44, 16. Sæpe etiam הִנֵּה redundat.

הֵן, הֵנָּה, הֵנָּה Pron. pl. *Illæ, illa; iftæ, ifta*; vid. etiam הוּא הִיא.

הֵנָּה Part. *Huc* (Ar. هنا Idem.). הֵנָּה וָהֵנָּה *Huc & illuc*, Jof. 8, 20. עַד־הֵנָּה *Huc usque*, 1 Sam. 7, 12. Contracte עֲדֶנָּה *Idem*, Eccl. 4, 2. & Apoc. עֲדֶן ibid. v. 3.

הֵן Chald. *Si*, Dan. 3, 15. הֵן־הֵן *Sive-five*, Efr. 7, 26. *An?* Efr. 5, 17. לָהֵן *Itaque, quamobrem*, Dan. 2, 6. *Nifi*, ibid. v. 11. *Sed*, Efr. 5, 12.

כֵּן (pro כְּהֵן Secundum ifta) *Sic, ita*, Gen. 29, 26. *Certo*, 1 Sam. 9, 13. *Nam, quia*, Pf. 127, 2. *Recte!* Ex. 10, 29. *Satis*, Nah. 1, 12. *Talis*, Ex. 10, 14. *Tamen, attamen*, Jef. 52, 15. *Tanto magis, eo magis*, Ex. 1, 12. *Tunc, tum*, Pf. 63, 5. *Ut*, Pf. 63, 3. לָכֵן, עַל־כֵּן *Propterea*, Gen. 4, 15. 2, 24. אַחֲרֵי־כֵן אַחַר־כֵּן *Poftea*, Devt. 21, 13. Gen. 6, 4. כְּמוֹ־כֵן *Similiter*, Jef. 51, 6. וּבְכֵן *Atque tunc, ita demum*, Eccl. 8, 10. וְכֵן *Nihilominus*, 2 Chr. 32, 31.

כֵּן Chald. *Sic*, Dan. 2, 25.

הסה. PIH. הַסָּה (Vox ὀνοματοποιηθεῖσα; quemadmodum etiam Ar. هَس Vox, qua increpantur oves, hujus generis eft) Imp. הַס *St! file!* Zach. 2, 17. Pl. הַסּוּ *Silete!* Neh. 8, 11. HIPH. Fut. Apoc. וַיַּהַס *& filere fecit, compefcuit*, pro וַיַּהְסֶה Num. 13, 30.

הֲסִירִים vid. אסור in אסר.

הָפַךְ *Vertit, convertit, invertit, mutavit, immutavit; Evertit, fubvertit.* It. *Converfus, mutatus eft.* (Conv. Ar. أفك Invertit. Divertit. Pervertit, mutavit; it. Mutatus eft. VIII. Subverfus eft.) Præt. הָפַךְ *Mutatus eft*, Lev. 13, 3. Part. Ben. cum י parag. הוֹפְכִי *Convertens*, Pf. 114, 8. Pah. f. הֲפוּכָה *Verfa*, Hof. 7, 8. Inf. abf. הָפוֹךְ *Evertendo*, Prov. 12, 7. cft. הֲפֹךְ *Subvertere*, Gen. 19, 29. Aff. הָפְכְּכֶם *Subvertere veftrum*, Jef. 29, 16. Imp. הֲפוֹךְ *Verte*, 1 Reg. 22, 34. Fut. אֶהְפֹּךְ *Vertam*, Zeph. 3, 9. יַהֲפֹךְ *Vertet*, Thr. 3, 3. Pl. יַהַפְכוּ *Subvertent*, Job. 12, 15. NIPH. נֶהְפַּךְ *Verfus fuit*, Ex. 7, 15. fem. נֶהְפְּכָה *Verfa eft*, Thr. 5, 2.

וְנֶהְפֶּכֶת

וְנֶהְפַּכְתָּ & *converteris*, 1 Sam. 10, 6. Part. נֶהְפָּךְ pro נֶהְפָּךְ *Immutatum*, Esth. 9, 1. Fut. יֵהָפֵךְ *Vertetur*, Jes. 60, 5. HOPH. הָהְפַּךְ *Conversus est*, Job. 30, 15. HITHP. הִתְהַפֵּךְ *Vibrantem, mutatum se praebuit.* Part. m. מִתְהַפֵּךְ *Vertens s. volutans se*, Jud. 7, 13. f. מִתְהַפֶּכֶת *Ultro citroque vertens se*, Gen. 3, 24. Fut. fem. תִּתְהַפֵּךְ *Mutabit se*, Job. 38, 14.

הֶפֶךְ & הֵפֶךְ m. *Contrarium, diversum*, Ez. 16, 34.

הֲפָכְכֶם Es. 29, 16. est Inf. Conj. KAL; sed si scribendum הַפְכְּכֶם, idem est formae הֵפֶךְ aut Nomen הֶפֶךְ.

הֲפֵכָה f. *Subversio*, Gen. 19, 29.

מַהְפֵּכָה f. *Idem.* Cst. מַהְפֵּכַת Jes. 13, 19.

מַהְפֶּכֶת f. *Custodia, cippus, carcer*, pec. subterraneus; (videtur enim pro هُبَّكَةٌ f. Terra, in quam quis immergitur; carcer subterraneus, إنْهَبَكَ Terra immerso cessit) 2 Chr. 16, 10. Jer. 20, 2. 3. 29, 26.

תַּהְפֻּכָה f. *Perversitas.* Pl. תַּהְפֻּכוֹת *Perversitates*, Devt. 32, 20.

הֲפַכְפַּךְ m. *Versatilis*, Prov. 21, 8.

הצן. Ar. حَصُنَ Firmus, munitus fuit. Hinc

הֹצֶן m. coll. Ar. حِصَان Pl. حُصُن *Equus; ac potius Equi, caballi*, i. e. generosi ac firmi corpore, Ez. 23, 24. Al. Currus falcatus; Al. Armatura; Al. Strepitus.

הָרַג *Occidit, interfecit.* Ar. هَرَجَ Caede misti fuerunt inter se; unde etiam هَرْجٌ Caedes. Praet. cum Aff. הֲרָגוֹ *Occidit eum*, Gen. 4, 25. Fem. c. Aff. in pausa הֲרָגָתַם *Occidit eos*, Am. 9, 4. Part. Ben. הֹרֵג *Occidens*, Gen. 4, 15. Pah. Pl. הֲרוּגִים *Occisi*, Jes. 10, 4. Inf. abs. הָרוֹג *Occidendo*, Num. 11, 15. cst. הֲרֹג Ex. 2, 15. c. Aff. הָרְגוֹ *Occidere eum*, Ex. 21, 14. הָרְגֶךָ *Occidere te*, 1 Sam. 24, 10. in pausa הָרְגֶךָ Gen. 27, 43. Imp. הֲרֹג *Occide*, Jud. 8, 20. Pl. הִרְגוּ *Occidite*, Num. 25, 5. in pausa הֲרֹגוּ ib. 31, 17. Fut. אֶהֱרֹג *Occidam*, Am. 2, 3. cum ה parag. אַהַרְגָה Gen. 27, 41. NIPH. נֶהֱרַג *Interfectus est.* Inf. בַּהֲרֵג pro בְּהֵהָרֵג *Cum interficerentur*, Ez. 26, 15. Fut. יֵהָרֵג *Occidetur*, Thr. 2, 20. PYH. הֹרַג *Interfectus est*, Jes. 27, 7.

הֶרֶג m. Ar. هَرْج *Occisio, interfectio, cædes*, Jes. 30, 25.

הֲרֵגָה f. *Idem*, Zach. 11, 4.

הָרָה *Concepit.* (Hinc videtur esse Ar. حَرَّ Caluit, incaluit.) Præt. f. הָרְתָה Gen. 16, 5; Part. הוֹרָה; unde Pl. c. Aff. הוֹרַי *Genitores mei*, Gen. 49, 26. Fem. הוֹרָה; c. Aff. הוֹרָתִי *Genitrix mea*, Cant. 3, 4. Inf. הָרֹה & הֹרוֹ *Concipiendo*, Job. 15, 35. Jes. 59, 4. Fut. Apoc. וַתַּהַר *Et Concepit*, Gen. 38, 18. PYH. הֹרָה *Conceptus est*, Job. 3, 2. Inf. הֹרוֹ *Concipiendo*, Jes. 59, 13.

הָרָה f. *Gravida, prægnans*, Gen. 38, 24. cst. הָרַת Jer. 20, 17. Pl. c. Aff. הָרִיּתֵיהֶם (cum Kamez qs. a הוֹר) *Gravidæ eorum*, 2 Reg. 8, 12.

הֲרִיָּה f. *Idem*. Pl. c. Aff. הָרִיּוֹתָיו *Gravidæ ejus*, Hos. 14, 1.

הֵרוֹן m. *Conceptus*, Gen. 3, 16.

הֵרָיוֹן m. *Idem*, Ruth. 4, 13.

הוֹרֶה m. *Genitor, progenitor*, q. d. Incalescens, a signif. حَرَّ Incaluit. Vid. supra.

הַרְהֵר Chald. *Cogitavit.* Ar. هَرْهَر Agitavit rem. Hinc

הַרְהֹרִין m. pl. Chald. *Cogitationes*, Dan. 4, 2.

הַרְמוֹן vid. אַרְמוֹן.

הָרַס *Diruit, destruxit, demolitus est, subvertit; perrupit.* Convenit Ar. هَرِشَ Gravis & adversa fuit fortuna. V. Dissipavit. Præt. הָרָס in pausa, Jes. 14, 17. Part. Ben. הֹרֵס *Destruens*, Jer. 45, 4. Pah. הָרוּס *Destructus*, 1 Reg. 18, 30. Inf. cst. הֲרוֹס *Destruere*, Jer. 1, 10. Imp. הֲרֹס, & seq. Makkaph הֲרָס־ *Destrue*, Ps. 58, 7. Aff. הָרְסָהּ *Destrue eam*, 2 Sam. 11, 25. Fut. תַּהֲרֹס *Destrues*, Ex. 15, 7. יֶהֱרֹס *Destruet*, Job. 12, 14. Pl. יֶהֶרְסוּ *Destruent*, Ex. 19, 21. in pausa יֶהֱרֹסוּ 2 Reg. 3, 25. NIPH. נֶהֱרַס *Destructus fuit*. Pl. נֶהֶרְסוּ *Destructi sunt*, Jer. 50, 15. Part. f. pl. נֶהֱרָסוֹת *Destructæ* Ez. 36, 36. Fut. יֵהָרֵס *Diruetur*, Jer. 31, 39. PIH. הֵרֵס *Destruxit*. Part. pl. c. Aff. מְהָרְסַיִךְ *Destructores tui*, Jes. 49, 17. Inf. & Fut. הָרֵס תְּהָרְסֵם *Diruendo dirues eos*, Ex. 23, 24.

הֶרֶס m. *Destructio, subversio*, Jes. 18, 19.

הֲרִסָה f. *Idem.* Plur. cum Aff. הֲרִיסֹתָיו *Destructiones ejus*, Am. 9, 11.

הֲרִיסוּת f. *Idem.* Aff. הֲרִסֻתֵךְ *Destructio tua*, Jes. 49, 19.

הָרָר m. (unde Ar. حَرَّة Terra petrosa esse videtur) *Mons.* Aff. הֲרָרִי *Mons meus*, Jer. 17, 3.

הָרָר m. *Idem.* Aff. הֲרָרִי *Mons meus*, Ps. 30, 8. Pl. cst. הַרְרֵי, *Montes*, Devt. 33, 15. Aff. הֲרָרֶיהָ *Montes ejus*, Devt. 8, 9.

הַר & הָר m. *Idem*, Ex. 3, 12. Gen. 10, 30. Cum ה locali הָהָרָה *versus montem*, Gen. 12, 8. & הָרָה Gen. 14, 10. Aff. הַרְרְכֶם *Mons vester*, Ps. 11, 1. Plur. הָרִים *Montes*, Gen. 7, 19. & הָרֵי Zach. 14, 5. cst. הָרֵי 2 Sam. 1, 21.

הַרְאֵל m. *Mons Dei;* comp. ex הַר & אֵל i. e. Ara Dei, Ez. 43, 15. Idem quod אֲרִיאֵל. Vide etiam sub אָרָה.

הַשְּׁפוֹת Neh. 3, 13. dicitur pro הָאַשְׁפּוֹת. Hinc vide אַשְׁפּוֹת.

הָתַל (aliis PIHEL qs. a Rad. KAL הָתַל, vid. Schroederi Instit. p. 36.) pertinet ceu HIPHIL partim ad חלל Ar. نَلَّ Probris affecit; id quod Dagesch in hoc verbo ejusque derivatis indicat; partim vero ad חתל Ar. خَتَلَ Fascinavit i. e. Decepit. Fortasse התל etiam esse possit Ar. خَتَلَ Decepit, circumvenit. Cæterum ה charact. in Fut. retinet. *Delusit*, *illusit*, *ludificavit*. Præt. הֵתֶל (retracto accentu) Gen. 31, 7. הֵתַלְתָּ *Delusisti*, Jud. 16, 10. Inf. הָתֵל *Illudere*, Job. 13, 9. Fut. וִיהַתֵּל *& illusit*, 1 Reg. 18, 27. Pl. תְּהָתֵלּוּ *Illudetis*, Job. 13, 9. יְהָתֵלּוּ *Illudunt*, Jer. 9, 4. Utrumque est in pausa. HOPH. הוּתַל *Ei illusum fuit*, Jes. 44, 20.

הָתוּל m. *Ludificatio*, *illusio.* Unde Pl. הֲתֻלִים *Illusiones*, Job. 17, 2.

מַהֲתַלָּה f. *Idem.* Pl. מַהֲתַלּוֹת *Illusiones*, Jes. 30, 10.

התת. Ar. هَتَّ Fregit, rupit; laceravit. Hinc PIHEL הוֹתֵת, unde Fut. תְּהוֹתְתוּ Quousque *lacerabitis* in homine, Ps. 62, 4.

ו

ו Vav Præfixum denotat 1) *Et, ac, atque.* 2) *Atque adeo, idque, & quidem*, Gen. 13, 3. 3) *Etiam*, Pf. 31, 12. 4) *Cum*, Gen. 4, 20. 5) *Aut*, Ex. 21, 17. 6) *Quia*, Gen. 26, 12. 7) *Tunc*, Jud. 15, 19. 8) *Ut*, Gen. 9, 27. 9) *Alioqui*, Pf. 51, 18. 10) *Quum, fi*, Prov. 3, 28. 11) *Qui, quæ, quod*, Gen. 11, 4. 12) וְלֹא *Multo minus, immo, nec*, Devt. 28, 39. 13) *Sed*, Gen. 42, 10. 14) Interdum πλεονάζει, Zach. 9, 9. 15) Interdum *eft comparativum*, Job. 5, 7. Vid. Noldii Concord. Partic. Hebr. ad Partic. ו.

וָהֵב Nomen proprium urbis, fcil. a Vaheb in Supha, & a vallibus Arnon, Num. 21, 14. Michaëlis temere Ventus, legens אֶתוֹ הַב בְּסוּפָה.

וָו m. *Uncus, paxillus*, qf. in fe contractus; (fcil. ultima rad. ב in ו converfa, & א exclufo, pro וְאָב, a Rad. وأب In fe contractus fuit.) Plur. וָוִים *Uncini*, Ex. 38, 28. cft. וָוֵי *Uncini*, Ex. 26, 32. Aff. וָוֵיהֶם *Uncini eorum*, ib. c. 27, 10. Al. Capitellum.

וָלָד & וְלַד vid. in ילד.

וְנִיָּה vid. in נאה.

וְשֵׁנִי vid. in ישן.

ז

זאב. Ar. ذأب Terruit. Hinc

זְאֵב m. (Ar. ذئب) *Lupus*, qf. terrens. Gen. 49, 27. Pl. זְאֵבִים *Lupi*, Ez. 22, 27. cft. זְאֵבֵי Zeph. 3, 3.

זֹאת f. Pron. *Hæc; hoc*, vid. זֶה.

זבב. Ar. ذبّ Haud uno loco fubftitit. Hinc ذباب Collect. Hebraice

זְבוּב m. *Mufca*, Jef. 7, 18. Pl. cft. זְבוּבֵי *Mufcæ*, Eccl. 10, 1. Hinc בַּעַל זְבוּב Deus mufcarum, nom. propr. Idoli Philifthæorum, quod incolæ urbis Ekronæ pro Deo colebant, quodque mufcas regioni fuæ infeftas abigere poffe credebant; non fecus atque etiam Græci Jovi aut Herculi fuo ἀπομυίῳ, μυιάγρῳ vel μυιοκτόνῳ honorem divinum habebant, Selden. de Diis Syris p. 301.

זָבַר

זָבַד *Dotavit, donavit.* Cum Aff. זְבָדַנִי *Dotavit me*, Gen. 30, 20. Conv. Ar. زبد Parum i. e. partem, non omnes fuas opes, de opibus fuis dedit alteri. Hinc

זֶבֶד m. *Dos, donum, donatio*, Gen. 30, 20. Ar. زبد Donum.

זָבַח *Mactavit, immolavit, facrificavit; jugulavit, occidit*, fc. pecudem ad convivium f. facrificium. Præt. זָבַחְתִּי *Sacrificavi*, Ez. 39, 17. Part. זֹבֵחַ *Sacrificans*, Ex. 13, 15. Inf. cft. זְבֹחַ *Sacrificare*, Ex. 8, 25. Aff. זָבְחוֹ *Sacrificare ejus*, 2 Sam. 15, 12. Imp. זְבַח *Sacrifica*, Pf. 50, 14. Fut. תִּזְבַּח *Sacrificabis*, Ex. 23, 18. Fem. c. Aff. וַתִּזְבָּחִים *& mactasti eos*, Ez. 16, 20. 3 f. c. Aff. וַתִּזְבָּחֵהוּ *& mactavit eum*, 1 Sam. 28, 24. PIH. זִבַּח *Sacrificavit*, 2 Chr. 33, 22. Pl. זִבְּחוּ *Sacrificarunt*, Pf. 106, 38. in paufa זִבֵּחוּ (ab altera forma זִבֵּחַ) Hof. 12, 12. Part. מְזַבֵּחַ *Sacrificans*, 1 Reg. 3, 3. Inf. זַבֵּחַ *Sacrificare*, 1 Reg. 12, 32. Fut. אֲזַבֵּחַ *Sacrificabo*, 2 Chr. 28, 23. Conv. plane ذبح Jugulavit; facrificavit.

זֶבַח m. 1) *Sacrificium, victima; mactatio*, Gen. 31, 54. 2) Meton. *Convivium*, Prov. 17, 1. Aff. זִבְחִי *Sacrificium meum*, Ex. 23, 18. Plur. זְבָחִים *Sacrificia*, Gen. 46, 1. cft. זִבְחֵי Num. 25, 2. Aff. זְבָחֵינוּ *Sacrificia noftra*, Jof. 22, 27. Ar. ذبح Idem.

זִבְחָה f. *Idem.* Pl. זְבָחוֹת; c. Aff. זִבְחוֹתָם *Sacrificia eorum*, Hof. 4, 19.

מִזְבֵּחַ m. *Ara*, Gen. 8, 20. Cum ה locali in paufa, מִזְבֵּחָה *in aram*, Ex. 29, 13. cft. מִזְבַּח Ex. 20, 24. Aff. מִזְבְּחִי *Ara mea*, Ex. 20, 26. מִזְבַּחֲךָ *Ara tua*, Pf. 26, 6. in paufa מִזְבְּחֶךָ Devt. 33, 10.

מִזְבְּחָה f. *Idem.* Hinc Pl. מִזְבְּחוֹת *Aræ*, Num. 23, 1. Aff. מִזְבְּחוֹתָם *Aræ eorum*, Ex. 34, 13.

זָבַל *Habitavit, cohabitavit.* Fut. c. Aff. יִזְבְּלֵנִי *Cohabitabit mihi*, Gen. 30, 20. LXX. αἱρετίζω, eligo. Targ. יְהֵי. Convenire videtur Ar. زبل in IV. Conglutinavit; q. d. Conglutinabit me fecum, aut v. v. προσκολληθήσεταί μοι, adglutinabitur mihi, i. e. perpetuo mecum habitabit.

זְבֻל & זְבוּל m. *Habitaculum, domicilium fixum* aut *ftabile*, 1 Reg. 8, 13. Jef. 63, 15. Pf. 49, 15. Cum ה locali זְבֻלָה Hab. 3, 11.

זְבַן CHALD. *Emit, redemit.* Syr. ܙܒܢ Id. Ar. زبن in III. Conj. Sine numero & menfura vendidit. Hinc Part. Plur. זָבְנִין *Redimentes* (eftis), Dan. 2, 8.

זָג m. id. quod Ar. زَجّ, fcil. *Cortex*, *pellicula uvæ*, Num. 6, 4. a Rad. زَجّ Obduxit; quocum convenit etiam Nomen سحاج Cortex.

זָדָה (idem, quod זוד; de quo proinde vid. infra) *Superbivit*, *fuperbe*, *arroganter egit.* Hinc

זָדוֹן m. *Superbia*, *faftus*, *arrogantia*, Prov. 11, 2. cft. זְדוֹן Jer. 49, 16. Aff. זְדוֹנְךָ *Superbia tua*, 1 Sam. 17, 28. Sed Devt. 17, 12. 18, 22. *Procærefis*, ceu fuperbia adverfus Deum.

זֶה m. *Hic*; *ifte*. (Chald. דְּנָה; Ar. ذا Idem.) Gen. 5, 29. בָּזֶה *In hoc*, i. e. hic. מִזֶּה *Hinc*. זֶה זֶה *Hic*, *ille*, i. e. aliquis. מִזֶּה מִזֶּה *Hinc*, *inde*. עַל זֶה *Hic* vel *hac*. זֶה *Qui*, Job. 19, 19. כָּזֶה *Talis*, Dan. 10, 17.

זֹה f. *Hæc*, *hoc*; *ifta*, *iftud*. (Chald. דְּנָה, Ar. ذه & ذي Id.) Eccl. 2, 2. כָּזֹה וְכָזֶה *Hæc & alia* i. e. mihi fecit, Jud. 18, 4.

זֹאת f. *Idem*. כָּזֹאת וְכָזֹאת *Hæc & talia*, 2 Reg. 5, 4.

זוּ c. *Qui*, *quæ*, *quod*, Pf. 9, 16. Ar. ذُو Idem.

זהב. Conv. צהב Fulvum, fulgidum fuit. Unde Ar. صهب Rubedo fubflava. Hinc

זָהָב m. Ar. ذهب 1) *Aurum*, Gen. 24, 53. cft. זְהַב & זְהַב Pf. 72, 15. Gen. 2, 12. 2) *Numus* f. *ficlus aureus*, Gen. 24, 22. 3) *Serenitas*, Job. 37, 22. 4) *Liquor purus*, Jer. 51, 7. Aff. זְהָבִי *Aurum ejus*, Jef. 2, 20. Inde Ar. ذَهَّبَ Inauravit.

זהם. Ar. زَهِمَ Foetuit. Hinc PIH. זִהֵם *Faftidientem*, *abhorrentem fecit*. Præt. f. c. Aff. וְזִהֲמַתּוּ (pro וְזִהֲמַתְהוּ) *Faftidientem fecit eum*, Job. 33, 20.

זהר. Ar. زَهَرَ Luxit, fplenduit; Floruit. Nituit. IV. Floruit. Nituit. Splenduit. VIII. Cuftodivit rem; Commendavit aliquid. Hinc NIPH. נִזְהַר *Admonitus*, *edoctus*, i. e. illuminatus fuit. Part. נִזְהָר *Monitus*, *admonitus*, Pf. 19, 12. Inf. הִזָּהֵר *Admoneri*, Eccl. 4, 13. HIPH. הִזְהִיר 1) *Splenduit*, *fulfit*. 2) *Monuit*, *admonuit*, *commonefecit*, qf. commendavit aliquid. Ez. 33, 3. Aff. הִזְהִירוֹ *Commonefecit eum*, 2 Reg. 6, 10. Pl. וְהִזְהַרְתֶּם (pro וְהִזְהַרְתֶּם) &

& *admonebitis*, Lev. 15, 31. Inf. הַזְהִיר *Commonefacere*, Ez. 3, 17. Fut. pl. יַזְהִרוּן *Splendebunt*, Dan. 12, 3.

זֹהַר m. 1) Stella Veneris, i. e. *Lucifer*, Ez. 8, 2. ut Ar. زُهَرَة Idem. 2) *Nitor*, *candor*, i. e. cum quid illustratum est; ut idem Ar. زُهْرَة Candor. Dan. 12, 3. נֹגַה est splendor, qui ipse lucem affundit.

זְהִיר m. Chald. Part. Pehil; unde Pl. זְהִירִין *Moniti*, *cauti*, Esr. 4, 22.

זוּב *Fluere*, *effluere*, *profluere*. Ar. زَابَ Fluxit, v. g. aqua. Conven. etiam ذَابَ Colliquit: liquidum evasit. Part. זָב *Fluens*, *fluxu laborans*, Lev. 15, 2. Fem. זָבָה Lev. 15, 19. cst. זָבַת Ex. 3, 8. Fut. יָזוּב *Fluet*, Lev. 15, 25. Pl. יָזוּבוּ & יָזֻבוּ *Fluent*, Ps. 78, 20. Thr. 4, 9.

זוֹב m. *Fluxus*, *profluvium*, Lev. 15, 25.

I. זוּד (Ar. زَادَ Auxit. II. Ampliavit. V. Affinxit aliquid.) *Superbivit*, *superbe egit*; q. d. Existimationi suae aliquid affinxit. Praet. fem. זָדָה *Superbivit*, Jer. 50, 29. Plur. זָדוּ *Superbiverunt*, Ex. 18, 11. HIPH. הֵזִיד *Superbivit*. Plur. הֵזִידוּ *Superbiverunt*, Neh. 9, 10. Fut. יָזִיד *Superbiet*, Devt. 18, 20. Plur. cum ן parag. יְזִידוּן *Superbe agent*, Devt. 17, 13. Sed וַיָּזֶד & *coxit*, Gen. 25, 29. est a II. זוּד Paravit, praeparavit; coxit, pro וַיָּזֶד. Conv. etiam נָזִיד Coctum; Vid. quoque נזד Ar. نَضِجَ.

זוּד Chald. *Idem*. Hinc Inf. Aph. לַהֲזָדָה *ad superbe agendum*, Dan. 5, 20.

זֵד m. *Superbus*, *arrogans*, Prov. 21, 24. Pl. זֵדִים *Superbi*, Jes. 13, 11. Sed Ps. 119, 21. *Peccatores*, *proceretici*. Item Ps. 19, 14. Magna s. proceretica i. e. peccata; Michaëlis.

זֵידוֹן m. *Idem*. Pl. זֵידוֹנִים *Superbi*, Ps. 124, 5.

II. זוּד *Effervescere*, *ebullire*. Hinc HIPH. Fut. וַיָּזֶד pro וַיָּזֵיד & *effervescere fecit*, i. e. & *coxit*, Gen. 25, 29. Prope abest Ar. زَوَّدَ Prospexit sibi de viatico s. commeatu.

זוה. Ar. زَوَى Abdidit aliquid. II. Forma certa ornavit. VII. Pass. Recepit se in angulum. Hinc

זָוִית

זָוִיָּה (pro זָוִיָּה) f. Unde Pl. זָוִיּוֹת *Anguli; cellæ penariæ*, Zach. 9, 15. Ar. زاوية Idem. Sed Pf. 144, 12. *Imagines, formæ* v. g. fculptæ.

מְזָוִים pl. m. *Anguli*, i. e. penuaria, Pf. 144, 13. a Sing. מָזוּ LXX. ταμεῖα.

זִו aut זִיו m. *Sif*, nomen menfis fecundi, 1 Reg. 6, 1. alias Ijar dicti; maximam partem (non Aprili, fed) Majo noftro refpondentis. Derivatur a Chald. זִיו Nitor, fplendor, quia tum formofiffimus annus eft; aut ab Ar. زوي in II. Ornavit; unde زِيّ Forma.

זוז. Ar. زوزي Erecto dorfo inceffit. Hinc

זוּזִים m. pl. Zuzim, nomen Gigantum, ab altitudine & erectione corporis dictorum, Gen. 14, 5. LXX. ἔθνη ἰσχυρά.

מְזוּזָה f. *Poftis*, Jef. 57, 8. cft. מְזוּזַת 1 Sam. 1, 9. Aff. מְזוּזָתִי *Poftis meus*, Ez. 43, 8. Pl. מְזוּזוֹת & מְזוּזֹת *Poftes*, Devt. 6, 9. 11, 20. qf. Erecto dorfo adftantes. Conv. etiam Ar. مزمز Surrexit.

זִיז m. (quod a nonnullis huc refertur, videtur potius dici pro נִזִּיז, & derivari a נזז Ar. نضّ, mutato ز in ض, Præ nimia plenitudine ruptus f. fiffus eft; unde etiam نَضِيض & نضيضة Agmen, caterva: Aut dici pro זִאְז ab Ar. زأز Movit, commovit; it. Congregavit) *Plenitudo, copia*, e. g. beftiarum agri, in fpec. ovium. Aquila & Hieron. παντοδαπία, univerfitas; q. d. das Gewimmel. Pf. 50, 11. 80, 14. Sic etiam זִיז Ef. 66, 11. *Plenitudo*; die Fülle e. g. der Herrlichkeit. Syr. Sym. & Theodot. πλῆθος. Al. Superbia; Ubertas. Al. Fera.

זוח. Ar. زاح Circumivit, cinxit. Hinc

מֵזִיחַ m. *Cingulum, zona*, qf. ambiens, Job. 12, 21. Michaëlis: Situla, male!

מֵזַח m. *Idem*, Jef. 23. 10. Pf. 109, 19.

I. זול (Ar. زال Vilipenfa fuit res; humilis depreffusve fuit ftatus. IV. Vilem habuit rem.) Hinc pluribus Part. זֹלִים *Vilipendentes*,

dentes, profundentes, Jes. 46, 6. Sed rectius a II. זול Ar. زال הֵזִילוּ *Vilipendunt*, Thren. 1, 8. vid. sub זָלַל.

II. זול. Ar. زال Amovit, dimovit e loco. Inde KAL, Part. pl. m. זָלִים *Expromentes*, Jes. 46, 6. Michaëlis male: Cum joco perdentes, ab Ar. هزل.

זולת Part. *Præter*, *nisi*, *excepto*; qs. Prætermissio. Forma constructa ab absoluta זוּלָה, 2 Reg. 24, 14. Dicitur etiam cum י parag. זוּלָתִי Devt. 1, 36. Aff. זוּלָתְךָ *Præter te*, Jes. 64, 4.

תְּזֵלִי *Deflectis*, *abis*, quod est pro תֵּאזְלִי Jer. 2, 36. vid. sub אזל.

זוללה f. *Vilis*, *abjecta*, Thren. 1, 11. vid. in זלל. Sic etiam זֻלּוּת *Vilitas*, Ps. 12, 9. ibid.

זון. Syr. ܙܳܢ Aluit, cibavit. Sic etiam זן CHALD. *Aluit*. Unde Fut. ITHPEH. יִתְּזִין *Aletur*, Dan. 4, 9.

זן m. *Species*, Ps. 144, 13. vid. זנן.

זַן m. CHALD. *Species*. Hinc Pl. cst. זְנֵי *Species*, Dan. 3, 5. Rad. est زان Ornavit.

מָזוֹן m. *Alimentum*, *commeatus*, Gen. 45, 23. 2 Par. 11, 23.

מָזוֹן m. CHALD. *Idem*, Dan. 4, 9.

זונות f. plur. sec. nonnullos Arma, instrumenta, 1 Reg. 22, 38. Rad. Chald. זֵין, Syr. ܙܰܝܶܢ Armavit; Ar. vero زان Ornavit; Sed rectius *Scorta*.

זוֹנָה f. secundum nonnullos, *Edulium*; sec. alios, quod rectius videtur *Scortum*, Joël. 3, 8.

מוּזָנִים m. pl. *Juncti*, Jer. 5, 8. Vid. in יזן.

זוע *Movit*, *commovit se*. Part. זָע *Movens se*, Esth. 5, 9. Fut. pl. יָזֻעוּ *Movebunt se*, Eccl. 12, 3. PIH. זַעְזַע *Commovit*. Part. pl. c. Aff. מְזַעְזְעֶיךָ *Commoventes te*, Hab. 2, 7. Ar. زاع Movit v. g. habenam; inflexit. Conven. Lat. Cieo; Germ. Ziehen.

זָאֲעִין m. pl. Part. CHALD. (Chethibh) *Trementes*; (Keri) זָיְעִין *Idem*, Dan. 5, 19. 6, 27.

זַעֲוָה f. *Commotio*, i. e. Timor, terror. Dicitur etiam זְוָעָה *Idem*; Devt. 28, 25. Jer. 15, 4. 24, 9. Jes. 28, 19. Syr. ܙܘܥܐ Idem.

I. זור *Alienavit*, *abalienavit*; it. *Alienatus fuit*, *alienavit se*.

ſe. Ar. زَارَ pro زَوَرَ in VI. Conj. Declinavit, deflexit a re; unde زَائِر Peregrinus. Sic etiam Syr. ܐܘܙܪ Aph. Idem. Præt. f. זָרָה *Alienatus eſt* (ſc. halitus meus) Job. 19, 17. Pl. זָרוּ *Alienati ſunt*, ib. v. 13. & cum Cholem זֹרוּ qſ. a זרר Pſ. 58, 4. Sed זֹרוּ Eſ. 1, 6. *Repurgata ſunt*, vid. זוּרָה. זורה *Diſperſum*, Jeſ. 59, 5. item eſt Part. Pyhal a זָרָה. NIPH. נָזוֹר *Alienatus fuit; alienavit ſe.* Præt. pl. נָזֹרוּ *Alienaverunt ſe*, Jeſ. 1, 4. & Ez. 14, 5. PIH. זוֹרֵר. Fut. יְזוֹרֵר 2 Reg. 4, 35. pertinet ad זרר. HOPH. הוּזַר; unde Part. מוּזָר *Alienus factus ſum*, Pſ. 69, 9.

זָר m. I. in genere *Alius*, Jeſ. 61, 5. II. in ſpecie, 1) *Alienæ gentis*, Pſ. 81, 10. 2) *Alienæ familiæ*, Job. 19, 15. 3) *Alieni tori*, Prov. 2, 16. 4) *Alieni averſique animi*, Pſ. 54, 5. Pl. זָרִים *Alieni*, Jer. 2, 25. Fem. זָרָה *Aliena*, Prov. 5, 20. Pl. זָרוֹת *Alienæ*, Prov. 22, 14.

II. זור. Ar. نَارَ pro نَوَرَ Faſtidivit, abhorruit. Hinc

זָרָא pro זָרָה f. *Nauſea, faſtidium*, Num. 11, 20.

מָזוֹר m. *Idem; Faſtidium, tædium, dolor animi*, Obad. 7. Aff. מְזוֹרוֹ *Dolor ejus*, Hoſ. 5, 13. Sed Jer. 30, 13. vid. זרר.

III. זור *Premere;* hinc *Exprimere, deplere;* Ar. زَارَ pro زَيَرَ Compreſſit. Hujus verbi quod alias cenſetur eſſe Præt. plur. זֹרוּ *Repurgata ſunt*, Eſ. 1, 6. vid. potius ſub זָרָה. Fut. וַיָּזַר & *compreſſit*, Jud. 6, 38. Fem. cum Aff. תְּזוּרֶהָ *Comprimat illud*, Job. 39, 15.

זחח. Ar. زَحَّ Removit, dimovit ſuo loco. Hinc NIPH. יִזַּח Non *dimovebitur* pectorale, Ex. 28, 28. 39, 21.

זָחַל. Ar. زَحَلَ Declinavit, receſſit, ſeceſſit; it. Tardo gradu inceſſit. Hoc cum بَحَلَ Recepit, continuit ſe ad latus tentorii, velut abditum locum; it. Fugit (timore perculſus), collatum fundit ſignificatum *Pone alios reptare*, Germ. ſich hinter andere hin verkriechen; & in genere *Repere, ſerpere.* Præt. זָחַלְתִּי *Pone vos reptavi*, Job, 32, 6. Part. pl. cſtr. זֹחֲלֵי *Serpentes, reptantes*, Devt. 32, 24. Mich. 7, 17. אֶבֶן זֹחֶלֶת *Lapis ſerpentis*, i. e. erucarum ſ. limacum, 1 Reg. 1, 9. Boch. Hieroz. L. I. 9. p. 59.

זִיו vid. in זָוָה.

זיז vid in זוז.

זִיק vid. in זקק.

זַיִת m. *Olea*, *oliva*, *olivetum*, Gen. 8, 11. cft. זֵית Devt. 8, 8. Aff. זֵיתְךָ *Olea tua*, Devt. 24, 20. Pl. זֵיתִים *Oleæ*, Devt. 28, 40. Ar. زَيْت Id. Hinc زَان Oleo condivit.

זָכָה (Ar. زَكَا Purus, pius juftusve fuit. II. Purificavit, fanctificavit; juftificavit.) *Purus*, *mundus fuit*, *purum habuit* f. *pronuntiavit*. Metaph. *Dignus fuit*. KAL, Fut. תִּזְכֶּה *Purus eris*, Pf. 51, 6. PIH. זִכָּה *Purificavit*. Præt. זִכִּיתִי *Purificavi*, Pf. 73, 13. Fut. יְזַכֶּה *Purificabit*, Pf. 119, 9. HITHP. Imp. pl. הִזַּכּוּ *Purificamini*, Jef. 1, 16. At vid. etiam זָכַךְ.

זָכוּ f. CHALD. *Puritas*, Dan. 6, 23. pro זָכוּת.

זָכַךְ (Affine verbo זָכָה) *Purus*, *mundus fuit*. Præt. pl. זַכּוּ *Mundi fuerunt*, Job. 15, 15. NIPH. Imp. pl. הִזַּכּוּ *Purgamini*, Jef. 1, 16. HIPH. הֵזֵךְ *Mundavit*. Præt. וַהֲזִכּוֹתִי & *mundabo*, *purificavero*, Job. 9, 30.

זַךְ & זָךְ m. *Purus*, *mundus*, Lev. 24, 2. Prov. 16, 2. Fem. זַכָּה *Pura*, Ex. 30, 34.

זְכוּכִית f. *Adamas*; qf. gemma puriffima & pretiofiffima, Job. 28, 17. Alii, ut LXX. Targ. & Ar. Vitrum. Al. Cryftallus. Al. Succinum; at nullum horum, ne Jobi quidem aevo tanti effe pretii potuit, ut cum auro componendum effe vifum fuerit.

זָכַר *Meminit*, *memor*, *recordatus fuit*; *mentionem fecit*, *nominavit*, Jef. 26, 13. it. de facrificiis ufurpatum *Odoratus fuit*. Conftr. cum Acc. Ar. ذَكَرَ Idem. Præt. c. Aff. זְכָרָנוּ *Recordatus eft noftri*, Pf. 115, 12. Fem. 2 p. זָכַרְתְּ & זָכַרְתִּי *Recordata es*, Jef. 17, 10. Ez. 16, 22. 43. Part. Ben. pl. זֹכְרֵי *Recordantes*, Pf. 103, 18. Pah. זָכוּר *Recordatus*; memor factus, Hillerus; Pf. 103, 14. Inf. abf. זָכוֹר *Recordando*, Devt. 7, 18. cft. זְכֹר *Recordari*, Gen. 9, 16. זְכָר־אֲנִי מֶה־חָלֶד *Recordari me*, i. e. cum recorder ego, *quid vita fit* &c. Pf. 89, 48. Aff. זָכְרֵנוּ *Recordari noftrum*, Pf. 137, 1. Imp. זְכֹר *Recordare*, Pf. 25, 7. Plur. זִכְרוּ *Recordamini*, Pf. 105, 5. in paufa זְכֹרוּ Neh. 4, 8. Fut. אֶזְכֹּר, cum ה parag. אֶזְכְּרָה *Recordabor*, Pf. 77, 12. Aff. אֶזְכְּרֵכִי (pro אֶזְכְּרֵךְ, more CHALD.) *Recordabor tui*, Pf. 137, 6. NIPH. נִזְכַּר *Memoratus*, *commemoratus fuit*, *in memoria fuit*; it. fignificatione a nomine petita *Mafculus natus fuit*. Præt. pl. וְנִזְכַּרְתֶּם &

se. Ar. زار pro زور in VI. Conj. Declinavit, deflexit a re; unde زائر Peregrinus. Sic etiam Syr. ܐܙܝܼܐ Aph. Idem. Præt. f. זָרָה *Alienatus est* (sc. halitus meus) Job. 19, 17. Pl. זָרוּ *Alienati sunt*, ib. v. 13. & cum Cholem זֹרוּ qſ. a זרר Pſ. 58, 4. Sed זֹרוּ Eſ. 1, 6. *Repurgata sunt*, vid. זָרָה. זוּרֶה *Dispersum*, Jeſ. 59, 5. item eſt Part. Pyhal a זָרָה. NIPH. נָזוֹר *Alienatus fuit; alienavit se.* Præt. pl. נָזוֹרוּ *Alienaverunt se*, Jeſ. 1, 4. & Ez. 14, 5. PIH. זוֹרֵר. Fut. יְזוֹרֵר 2 Reg. 4, 35. pertinet ad זרר. HOPH. הוּזַר; unde Part. מוּזָר *Alienus factus sum*, Pſ. 69, 9.

זָר m. I. in genere *Alius*, Jeſ. 61, 5. II. in ſpecie, 1) *Alienæ gentis*, Pſ. 81, 10. 2) *Alienæ familiæ*, Job. 19, 15. 3) *Alieni tori*, Prov. 2, 16. 4) *Alieni averſique animi*, Pſ. 54, 5. Pl. זָרִים *Alieni*, Jer. 2, 25. Fem. זָרָה *Aliena*, Prov. 5, 20. Pl. זָרוֹת *Alienæ*, Prov. 22, 14.

II. זור. Ar. ذار pro ذور Faſtidivit, abhorruit. Hinc

זָרָא pro זָרָה f. *Nauſea*, *faſtidium*, Num. 11, 20.

מָזוֹר m. *Idem; Faſtidium, tædium, dolor animi*, Obad. 7. Aff. מְזוֹרוֹ *Dolor ejus*, Hoſ. 5, 13. Sed Jer. 30, 13. vid. זרר.

III. זור *Premere;* hinc *Exprimere, deplere;* Ar. زار pro زير Compreſſit. Hujus verbi quod alias cenſetur eſſe Præt. plur. זֹרוּ *Repurgata sunt*, Eſ. 1, 6. vid. potius ſub זָרָה. Fut. וַיָּזַר & *compreſſit*, Jud. 6, 38. Fem. cum Aff. תְּזוּרֶהָ *Comprimat illud*, Job. 39, 15.

זחח. Ar. زحّ Removit, dimovit ſuo loco. Hinc NIPH. יִזַּח Non *dimovebitur* pectorale, Ex. 28, 28. 39, 21.

זָחַל. Ar. زحل Declinavit, receſſit, ſeceſſit; it. Tardo gradu inceſſit. Hoc cum زحل Recepit, continuit ſe ad latus tentorii, velut abditum locum; it. Fugit (timore perculſus), collatum fundit ſignificatum *Pone alios reptare*, Germ. ſich hinter andere hin verkriechen; & in genere *Repere, ſerpere.* Præt. זָחַלְתִּי *Pone vos reptavi*, Job, 32, 6. Part. pl. cſtr. זֹחֲלֵי *Serpentes*, *reptantes*, Devt. 32, 24. Mich. 7, 17. אֶבֶן זֹחֶלֶת *Lapis ſerpentis*, i. e. erucarum ſ. limacum, 1 Reg. 1, 9. Boch. Hieroz. L. I. 9. p. 59.

זִיו vid. in זִוָּה.

זִז vid in זוז.

זיק

זיק vid. in זקק.

זַיִת m. *Olea*, *oliva*, *olivetum*, Gen. 8, 11. cft. זֵית Devt. 8, 8. Aff. זֵיתְךָ *Olea tua*, Devt. 24, 20. Pl. זֵיתִים *Oleæ*, Devt. 28, 40. Ar. زَيْتٌ Id. Hinc زَانَ Oleo condivit.

זָכָה (Ar. زَكَا Purus, pius juſtusve fuit. II. Purificavit, ſanctificavit; juſtificavit.) *Purus*, *mundus fuit*, *purum habuit* ſ. *pronuntiavit*. Metaph. *Dignus fuit*. KAL, Fut. תִזְכֶּה *Purus eris*, Pſ. 51, 6. PIH. זִכָּה *Purificavit*. Præt. זִכִּיתִי *Purificavi*, Pſ. 73, 13. Fut. יְזַכֶּה *Purificabit*, Pſ. 119, 9. HITHP. Imp. pl. הִזַּכּוּ *Purificamini*, Jeſ. 1, 16. At vid. etiam זָכַךְ.

זָכוּ f. Chald. *Puritas*, Dan. 6, 23. pro זָכוּת.

זָכַךְ (Affine verbo זָכָה) *Purus*, *mundus fuit*. Præt. pl. זַכּוּ *Mundi fuerunt*, Job. 15, 15. NIPH. Imp. pl. הִזַּכּוּ *Purgamini*, Jeſ. 1, 16. HIPH. הֵזַךְ *Mundavit*. Præt. וַהֲזִכּוֹתִי & *mundabo*, *purificavero*, Job. 9, 30.

זַךְ & זָךְ m. *Purus*, *mundus*, Lev. 24, 2. Prov. 16, 2. Fem. זַכָּה *Pura*, Ex. 30, 34.

זְכוּכִית f. *Adamas*; qſ. gemma puriſſima & pretioſiſſima, Job. 28, 17. Alii, ut LXX. Targ. & Ar. Vitrum. Al. Cryſtallus. Al. Succinum; at nullum horum, ne Jobi quidem aevo tanti eſſe pretii potuit, ut cum auro componendum eſſe viſum fuerit.

זָכַר *Meminit*, *memor*, *recordatus fuit*; *mentionem fecit*, *nominavit*, Jeſ. 26, 13. it. de ſacrificiis uſurpatum *Odoratus fuit*. Conſtr. cum Acc. Ar. ذَكَرَ Idem. Præt. c. Aff. זְכָרָנוּ *Recordatus eſt noſtri*, Pſ. 115, 12. Fem. 2 p. זָכַרְתְּ & זָכַרְתִּי *Recordata es*, Jeſ. 17, 10. Ez. 16, 22. 43. Part. Ben. pl. זֹכְרֵי *Recordantes*, Pſ. 103, 18. Pah. זָכוּר *Recordatus*; memor factus, Hillerus; Pſ. 103, 14. Inf. abſ. זָכֹר *Recordando*, Devt. 7, 18. cft. זְכֹר *Recordari*, Gen. 9, 16. זְכָר־אֲנִי מֶה־חָלֶד *Recordari me*, i. e. cum recorder ego, *quid vita ſit* &c. Pſ. 89, 48. Aff. זָכְרֵנוּ *Recordari noſtrum*, Pſ. 137, 1. Imp. זְכֹר *Recordare*, Pſ. 25, 7. Plur. זִכְרוּ *Recordamini*, Pſ. 105, 5. in pauſa זְכֹרוּ Neh. 4, 8. Fut. אֶזְכֹּר, cum ה parag. אֶזְכְּרָה *Recordabor*, Pſ. 77, 12. Aff. אֶזְכְּרֵכִי (pro אֶזְכְּרֵךְ, more Chald.) *Recordabor tui*, Pſ. 137, 6. NIPH. נִזְכַּר *Memoratus*, *commemoratus fuit*, *in memoria fuit*; it. ſignificatione a nomine petita *Maſculus natus fuit*. Præt. pl. וְנִזְכַּרְתֶּם

& *recordabimini*, Num. 10, 9. Part. pl. נִזְכָּרִים *Commemorati*, Esth. 9, 28. Inf. c. Aff. הִזָּכֶרְכֶם *In memoriam revocari vos*, Ez. 21, 29. Fut. יִזָּכֵר *Commemorabitur*, Pf. 83, 5. fed תִּזָּכֵר (in paufa, pro תִּזָּכֵר) *Mafculum nafcetur*, Ex. 34, 19. HIPH. הִזְכִּיר *Recordari fecit; memoravit, commemoravit, memoriam celebravit.* it. ad facrificia relatum *Adolevit, facrificavit* fc. in memoriam Dei, Jef. 66, 3. Præt. c. Aff. וְהִזְכַּרְתַּנִי & *commemorabis me*, Gen. 40, 14. Part. מַזְכִּיר *Adolens*, Jef. 66, 3. it. *In memoriam revocans*, Gen. 41, 9. unde מַזְכִּיר qf. *Commemorator, Secretarius*, 2 Sam. 8, 16. Pl. מַזְכִּירִים *Commemorantes*, Jef. 62, 6. Fem. מַזְכֶּרֶת Num. 5, 15. Inf. הַזְכִּיר *Commemorare*, 2 Sam. 18, 18. Aff. הַזְכִּירוֹ *Mentionem facere ejus*, 1 Sam. 4, 18. הַזְכִּרְכֶם (qf. ab הַזְכַּר) *Commemorare veftrum*, Ez. 21, 29. Imp. c. Aff. הַזְכִּירֵנִי *Fac me recordari*, Jef. 43, 26. Fut. אַזְכִּיר *Commemorabo*, Ex. 20, 24.

זָכָר m. Ar. ذَكَر, *Mafculus, mas*; ita dictus, quia memoriam familiæ confervat, Gen. 1, 27. Pl. זְכָרִים *Mares*, Ex. 13, 12.

זָכוּר m. *Idem*. Aff. זְכוּרְךָ *Mafculus tuus*, Ex. 23, 17.

זֵכֶר & זֶכֶר m. *Memoria, memoriale, odor*, Pf. 30, 5. Ex. 17, 14. Aff. זִכְרוֹ *Memoria ejus*, Job. 18, 17. it. *Odor ejus*, Hof. 14, 8. Ar. تَذْكار Id. It. *Mentio, nominatio*, Ex. 3, 15. Hof. 12, 6.

זִכָּרוֹן m. *Memoria*, Eccl. 1, 11. Aff. זִכְרוֹנְךָ *Memoria tua*, Jef. 57, 8. Pl. c. Aff. זִכְרוֹנֵיכֶם *Memoriæ veftræ*, Job. 13, 12.

זִכְרוֹנָה f. *Idem*. Unde pl. זִכְרֹנוֹת *Memoriæ*, Esth. 6, 1.

זִכְרֹן m. *Memoria, monimentum*, Ex. 39, 7.

אַזְכָּרָה f. 1) *Monimentum, recordatio*, Lev. 24, 7. 2) *Suffimentum, odoramentum*. Aff. אַזְכָּרָתָהּ *Suffimentum ejus*, Num. 5, 26.

זלג. Ar. زلق Acutum fuit. II. Margine vel ora acuminatum reddidit; unde etiam زُولَق Mucro cujusque rei. Hinc

מַזְלֵג m. *Fufcina*, 1 Sam. 2, 14.

מִזְלָגָה f. *Idem*; unde Pl. מִזְלָגוֹת *Fufcinæ*, Ex. 38, 3. Aff. מִזְלְגֹתָיו *Fufcinæ ejus*, Ex. 27, 3.

I. זלל. Ar. زلّ Cæfpitavit, nutavit; it. Peccavit, deliquit; unde

unde Verbum quadratum زلزل Tremere fecit, commovit. Hinc Part. זֹלֵל *Flagitiosus*, Devt. 21, 20. Prov. 23, 21. In Specie cum בָּשָׂר *Scortator*, Prov. 23, 20. Pl. זוֹלְלִים *Flagitiosi*, Prov. 28, 7. NIPH. Præt. pl. נָזֹלּוּ pro נָזֹלוּ (ut נָגֹלּוּ Jes. 34, 4.) *Commoti, nutantes facti essent*, Jes. 63, 19. LXX. τρέμας τήξεται ἀπὸ σοῦ ὄρη. Al. male Fluxerunt, diffluxerunt, a נָזַל. חַזְלִי Jer. 11, 36. vid. in אָזַל.

II. זָלַל. Ar. ذل Abjectus, vilis fuit. Enervatus fuit. II. Pass. Deorsum pependit v. g. racemus dactylorum. It. تذلذل Mollis fuit. Hinc

זוֹלֵל m. *Vilis*, Jer. 15, 19. Fem. זוֹלֵלָה Thr. 1, 11. Plur. m. זוֹלְלִים *Viles*, Prov. 28, 7.

זֻלּוּת f. *Vilitas, res vilis*. Plur. זֻלּוֹת *Vilitates*, Pf. 12, 9. In aliis editionibus legitur Singulariter זֻלּוּת Vilitas.

זַלְזַלִּים m. pl. *Surculi, stolones*, Jes. 18, 5. dicti a dependentia.

זִלְעָפָה f. זַלְעָפָה f. *Ventus lethifer*; (fortasse, qui alio nomine apud Arabes سموم appellatur, vid. Büschingii Asia p. 163.) vocabulo quippe composito ex زل Extulit se f. ortus est ignis, & عف Interemit subito, scil. Æstus pestifer; perinde ut سموم quoque ignis pestifer dicitur. Pf. 119, 53. Pl. זַלְעָפוֹת *Venti lethiferi*, Pf. 11, 6. Thr. 5, 10. Al. Procella; fortasse, qui etiam Arab. ازلعي nominatur, & est Zephyrus vehementiori flatu flans.

I. זָמַם *Cogitavit, induxit in animum, decrevit, constituit*. Ar. سم Proposuit sibi, intendit. Præt. זָמַם Devt. 19, 19. זָמַמְתִּי & זַמּוֹתִי *Cogitavi*, Zach. 8, 14. Pf. 17, 3. Pl. זָמָמוּ (in pausa) *Cogitaverunt*, Pf. 31, 14. Part. זֹמֵם *Cogitans*, Pf. 37, 12. Conv. Lat. Sumo, præsumo.

זִמָּה f. *Cogitatio, propositum*. Pl. cum Aff. זִמֹּתַי *Cogitationes, consilia mea*, Job. 17, 11.

מְזִמָּה f. *Propositum, cogitatio*, Prov. 1, 4. 3, 21. Aff. מְזִמָּתוֹ *Propositum ejus*, Jer. 51, 11. Pl. מְזִמּוֹת *Cogitationes*, Jer. 23, 20. Aff. מְזִמּוֹתָיו *Cogitationes ejus*, Pf. 10, 4.

II. זמם. Ar. زم Vituperavit. IV. Egit f. fecit, quod vituperio dignum esset. Hinc

זִמָּה f. *Deliberatum scelus, flagitium, vituperium*, Lev. 18, 17. cst. זִמַּת Ez. 23, 21. Aff. זִמָּתֵךְ *Scelus tuum*, Ez. 16, 58. זִמָּתְכֶנָה, cum ה parag. *Scelus vestrum*, Ez. 23, 48.

זָמָם m. *Scelerata cogitatio, scelus*. Aff. זְמָמוֹ *Scelus ejus*, Pf. 140, 9.

מְזִמָּה f. *Scelus*, Pf. 21, 12. Cum ה parag. מְזִמָּתָה Jer. 11, 15. quæ verba sic expono: Quid dilecto meo domi meæ, quod faciunt eam scelus multi? Carnem sacram auferunt a te; quandoquidem malo tuo aliquando exultabis tu. Pl. מְזִמּוֹת *Scelera*, Pf. 37, 7. Ar. مذمة Res vituperio digna.

זְמַן m. *Tempus*, propr. determinatum, præfinitum; in pausa זְמָן Eccl. 3, 1. Aff. זְמַנָּם *Tempus statutum eorum*, Esth. 9, 27. Plur. c. Aff. זְמַנֵּיהֶם *Tempora statuta eorum*, Esth. 9, 31. Ar. زمن Idem.

זְמַן & זִמְן m. Chald. *Idem*, Dan. 2, 16. 7, 12. Emph. זִמְנָא Dan. 3, 7. Plur. זִמְנִין *Tempora determinata*, Dan. 6, 11. Emph. זִמְנַיָּא Dan. 2, 21.

זָמַן PYH. Part. pl. m. מְזֻמָּנִים *Constituta, præfinita, designata* v. g. tempora, Neh. 10, 35. Plur. f. מְזֻמָּנוֹת ib. 13, 31. Ar. زمن III. Præfinivit tempus.

הִזְדַּמַּן ITHP. Chald. unde הִזְדַּמִּנְתּוּן *Tempus præfinitis*, Dan. 2, 9. & Keri הִזְמִנְתּוּן ex Aph.

I. זָמַר *Putavit, præcidit.* (Ar. زبر mutato מ in ב, Idem. Unde vel زبور Psalterium Davidis.) Fut. תִזְמֹר *Præcides*, Lev. 25, 3. NIPH. נִזְמַר *Putatum, amputatum fuit*. Fut. יִזָּמֵר *Amputabitur*, Jes. 5, 6.

זְמוֹר m. *Palmes, surculus, propago*. Pl. c. Aff. זְמֹרֵיהֶם *Palmites eorum*, Nah. 2, 3.

זְמוֹרָה f. *Idem, ramus, virga*, Num. 13, 23. Ez. 8, 17. scil. *Et ecce prætendentes sunt virgam vultui suo;* nimirum adorantes solem f. ignem. Cft. זְמֹרַת Jes. 17, 10.

מְזַמְּרָה

מַזְמֵרָה f. δρέπανον. Unde Pl. מַזְמֵרוֹת *Falces putatoriæ, vinitoriæ, cultri*, Jef. 18, 5. Aff. מַזְמְרוֹתֵיכֶם *Falces veſtræ*, Joël. 4, 10.

II. זָמַר. Ar. زمر Cecinit voce vel inſtrumento, pec. fiſtula. Hinc PIH. זִמֵּר *Pſallit, cecinit*. Inf. זַמֵּר *Pſallere*, Pſ. 92, 2. & זַמְּרָה Pſ. 147, 1. Imp. pl. זַמְּרוּ *Pſallite*, Pſ. 9, 12. in pauſa זַמֵּרוּ Pſ. 33, 2. Fut. אֲזַמֵּר *Pſallam*, Jud. 5, 3. cum ה parag. אֲזַמְּרָה Pſ. 9, 3. in pauſa אֲזַמֵּרָה Pſ. 18, 50. Aff. אֲזַמֶּרְךָ *Pſallam tibi*, Pſ. 57, 10. in pauſa & cum ‍ֶ parag. אֲזַמְּרֶךָּ Pſ. 138, 1.

זָמִיר m. *Cantus, cantillatio*, ut avium, Cant. 2, 12. cſt. זְמִיר Jef. 25, 5.

זְמִירָה f. *Cantatio, cantus*. Pl. זְמִירוֹת *Cantationes*, Job. 35, 10.

זִמְרָה f. 1) *Pſalmodia, cantus, carmen*, Pſ. 98, 5. cſt. זִמְרַת Am. 5, 23. 2) *Præfecti*, i. e. Laudatiſſimi, die Auserleſenſte, Gen. 43, 11.

זִמְרָת pro זִמְרָאת f. *Pſalmodia, cantus, carmen*, Jef. 12, 2. Ex. 15, 2.

מִזְמוֹר m. *Pſalmus, carmen*, Pſ. 3, 1. Ar. مزمور Idem.

מְזַמְּרָה f. Unde Pl. מְזַמְּרוֹת (Pſalteria, inſtrumenta muſica, 2 Reg. 12, 14. 2 Chr. 4, 22. Jer. 52, 18. 1 Reg. 7, 50. ſecundum nonnullos; ſed potius) *Forcipes*, utpote quibus de ellychnio igni exuſtum amputatur & præciditur, quibusque rectius cum iſtis miniſterii in templo ſacri ſupellectilibus convenit, quam cum inſtrumentis quibuscunque aliis. Proinde etiam Chaldæo eſt מְזַמְּרִין aut מְזַמְּרַיָּא h. e. Amputantes, a זְמַר Putavit, amputavit, vid. Buxtorfii Lexicon Chaldaico-Thalmud. ad hanc vocem; verum quoque LXX. interpretibus λυχνίαι, ceu ſupellectilia, quæ ad candelabra pertinent.

זַמָּר m. Chald. *Cantor, muſicus*. Pl. emph. זַמָּרַיָּא *Cantores*, Eſr. 7, 24.

זְמָרָא f. Chald. *Muſica*, Dan. 3, 5. 7. 10. 15.

III. זֶמֶר m. Vulg. Camelopardalis; Ar. زرافة, Hiſpan. Giraffa, Devt. 14, 5. Rectius vero *Rupicapra*, ab Ar. زمر Evaſit, fugit. Camelopardalis enim in ſola Æthiopia invenitur, aut in media Africæ parte. Al. Alce.

זַן Chald. vid. זוּן.

זנב. Ar. ذنب Pone secutus fuit. Hinc

זָנָב m. *Cauda*, Jud. 15, 4. Aff. זְנָבוֹ *Cauda ejus*, Job. 40, 17 Ar. ذنب Idem.

זְנָבָה f. *Idem*; unde Pl. זְנָבוֹת *Caudæ*, Jud. 15, 4. cst. זַנְבוֹת Jes. 7, 4. Hinc

זִנֵּב PIH. *Cauda truncavit*. Præt. pl. וְזִנַּבְתֶּם & *cauda truncabitis*, Jos. 10, 19. Fut. וַיְזַנֵּב & *cauda truncavit*, Devt. 25, 18

I. זָנָה *Scortatus est*. (Ar. زنى Id.) Constr. cum על, מן, אל, את, ב, אחרי. Præt. fem. זָנְתָה *Scortata est*, Gen. 38, 24 Part. זוֹנָה *Scortans*, Ps. 73, 27. Plur. זוֹנִים *Scortantes*, Lev. 17, 7 Fem. pl. זוֹנוֹת Ez. 6, 9. Inf. abs. זְנֹה *Scortando*, Hos. 1, 2. cst זְנוֹת *Scortari*, Lev. 20, 5. Aff. זְנוּתֵךְ *Scortari tuum*, Ez. 23, 30 Fut. cum Aff. וַתִּזְנִים & *scortata es cum illis*, Ez. 16, 28. תִּזְנֶה *Scortatur*, Lev. 19, 29. apoc. וַתִּזֶן & *scortata est*, Jer. 3, 8 & cum י parag. וַתִּזְנִי ib. v. 6. PYH. זוּנָּה (pro זֻנְּתָה) *Scortatio peracta est*, Ez. 16, 34. HIPH. הִזְנָה *Scortatus est*; it. *Scortari fecit*. Præt. הִזְנֵית *Scortatus es*, Hos. 5, 3. Inf. הַזְנוֹת *Scortari* 2 Chr. 21, 13. & הַזְנֵה Hos. 4, 18. Fut. apoc. וַיֶּזֶן & *scortari fecit* 2 Chr. 21, 11. fem. וַתַּזְנֶה *Idem*, ib. v. 13.

זוֹנָה f. *Scortum, meretrix*, Lev. 21, 7. Jos. 2, 1. coll. Eb 11, 31. Pl. זוֹנוֹת *Meretrices*, 1 Reg. 3, 16.

זְנוּת f. *Scortatio*, Hos. 4, 11. Aff. זְנוּתָם *Scortatio eorum* Ez. 43, 7. Pl. c. Aff. זְנוּתַיִךְ *Scortationes tuæ*, Jer. 3, 2.

תַּזְנוּת f. *Idem*. Aff. תַּזְנוּתָם *Scortatio eorum*, Ez. 23, 8. Pl. Aff. תַּזְנוּתֶיהָ *Scortationes ejus*, Ez. 23, 7.

II. זנה. Aethiop. *Zanawa*, Odorem spiravit. Hinc

זָנִים Pl. m. (a Sing. זָנֶה) *Odoramenta*, 2 Chr. 16, 14. A Species.

זָנַח *Abjecit, rejecit, repulit; deseruit*. (Ar. زنخ Pepulit. زنخ Corruptum, rancidum fuit, foetuit. Hinc fortasse illa significatio, scil. Rejecit s. repulit ut corruptum.) Præt. זָנַח Hos. 8, Fut. יִזְנַח *Rejiciet*, Thr. 3, 31. HIPH. Præt. הִזְנִיחַ *Abjecit*, 2 Chr. 29, 19. Aff. הִזְנִיחָם *Abjecit eos*, 2 Chr. 11, 14. Pl. הֶאֶזְנִיחוּ p. הִזְנִיחוּ *Repulerunt*, i. e. *interceperunt*, Jes. 19, 6. Fut. cum A יַזְנִיחֲךָ *Rejiciet te*, 1 Chr. 28, 9.

I.

I. זָנַן (conv. cum זָנָה) *Scortatus est.* Hinc זְנֻנִים m. Pl. זְנוּנִים *Scortationes*, Hos. 1, 2. cft. זְנוּנֶי 2 Reg. 9, 22. Aff. זְנוּנַיִךְ *Scortationes tuæ*, Ez. 23, 29.

II. זנן. Ar. ضنّ Putavit; unde etiam ضِنّ Similis proprietate, i. e. ejusdem Speciei. Sic etiam Syr. ܙܢܐ Species. Hinc זַן (in pausa זָן) m. *Species*, Ps. 144, 13. Sed זַנִּים Odoramenta, 2 Chr. 16, 14. vid. in זָנָה. Al. Cibus, alimentum.

זנק. Ar. سنق Gravatus fuit lacte. IV. Ut exultaret, ac protervum fecerunt bona. Sic etiam Chald. סנק Implevit. Hinc PIH. זִנֵּק *Exultavit præ satietate* v. g. cibi, prædæ, bonorum &c. Fut. יְזַנֵּק Devt. 33, 22. LXX. ἐκπηδᾶν, Exultare; ut sensus sit: Dan instar leonis *exultabit* (exsatiatus præda) de Basan. cf. Jud. 18, 1. 2 sqq. Alii, ut Bochartus, quod eodem tendit, deducunt ab Ar. زنق Assiliit, f. نزق Ad summum impletus fuit. Aliis perperam, Effluet; erumpet; rapiet &c.

זָעַךְ, unde sine dubio in Arabica dialecto adhuc superstes زعكوك Brevis, qs. succisus. Hinc NIPH. נִזְעַךְ *Abbreviatus est.* Præt. pl. נִזְעָכוּ (in pausa) *Abbreviati sunt*, Job. 17, 1. Conv. Chald. דְּעַךְ Exstinctus est; it. Succidit.

I. זָעַם *Indignatus fuit; execratus, detestatus est.* (Ar. زغم Iratus in sermone fuit, cum ira locutus est.) Constr. cum Acc. & part. עַל. Præt. זָעַמְתָּה *Indignatus es*, Zach. 1, 12. Part. Ben. זֹעֵם *Indignans*, Ps. 7, 12. Pah. cft. זְעוּם *Exosus, perosus*, Prov. 22, 14. Fem. זְעוּמָה *Exosa, perosa*, Mich. 6, 10. Imp. cum ה parag. זֹעֲמָה *Detestare*, Num. 23, 7. Fut. אֶזְעֹם *Detestabor*, Num. 23, 8. Plur. c. Aff. יִזְעָמוּהוּ *Detestabuntur eum*, Prov. 24, 24. NIPH. Part. pl. נִזְעָמִים *Indignabundi*, Prov. 25, 23.

זַעַם m. *Indignatio, ira*, Jes. 10, 25. Aff. זַעְמִי *Indignatio mea*, Jes. 10, 5. זַעְמֶךָ *Indignatio tua*, Ps. 102, 11.

II. זעם. Ar. زعم Dixit, pec. ex opinione. Hinc V. Falso dixit, mentitus est.

זַעַם m. *Falsitas* v. g. linguæ, *perfidia*, Hos. 7, 16.

זָעַף *Indignatus, perturbatus fuit.* Conv. Syr. ܙܥܦ, nec non Ar. زعف in II. Iratus fuit. Part. pl. פָּנִים זֹעֲפִים *Vultus perturbatus*,

batus, *tetricus*, Dan. 1, 10. Inf. constr. cum Aff. זַעְפּוֹ *Indignari ejus*, 2 Chr. 26, 19. Fut. יִזְעַף *Indignabitur*, Prov. 19, 3.

זָעֵף m. *Indignabundus*, 1 Reg. 20, 43.

זַעַף m. *Indignatio*, *animi conturbatio*, *ira*, Mich. 7, 9. Aff. זַעְפּוֹ *Indignatio ejus*, Jon. 1, 15.

זעק *Clamavit*. (Conv. cum צעק; conveniunt etiam Ar. زعق & صعق Exclamavit præ terrore.) Præt. זָעַקְתִּי *Clamavi*, Pf. 142, 6. Pl. זָעֲקוּ *Clamaverunt*, Pf. 22, 6. Inf. cft. זְעֹק *Clamare*, 1 Sam. 7, 8. Imp. זְעַק *Clama*. Ez. 21, 12. Pl. זַעֲקוּ *Clamate*, Jud. 10, 14. in paufa זְעָקִי (fec. Keri) Jer. 48, 20. Fut. אֶזְעַק *Clamabo*, Jer. 20, 8. Pl. c. Aff. וַיִּזְעָקוּךָ & *inclamarunt te*, Neh. 9, 28. NIPH. נִזְעַק *Clamans factus eft*. Præt. נִזְעָקְתָּ (in paufa) *Clamans factus es*, Jud. 18, 23. Pl. נִזְעֲקוּ *Clamantes facti funt*, ib. v. 22. Fut. וַיִּזָּעֵק & *clamans factus eft*, 1 Sam. 14, 20. HIPH. הִזְעִיק *Conclamavit*, *convocavit*, *claßicum cecinit*. Inf. הַזְעִיק *Convocare*, 2 Sam. 20, 5. Imp. הַזְעֵק *Convoca*, ib. v. 4. Fut. וַיַּזְעֵק & *convocavit*, Jud. 4, 10.

זְעַק Chald. *Idem*. Peh. זָעִק *Clamans*, Dan. 6, 21.

זְעַק Inf. KAL, *Clamare* f. *Clamor*. Aff. זַעֲקֵךְ (in paufa) *Clamor tuus*, Jef. 30, 19.

זְעָקָה f. *Clamor*, Efth. 4, 1. cft. זַעֲקַת Gen. 18, 20. Aff. זַעֲקָתָם *Clamor eorum*, Neh. 5, 6.

זער. Syr. ܙܥܪ Minutus, diminutus fuit. Sic etiam Ar. زعر Pauci, rari fuere. Paucos f. pauca habuit.

זְעֵיר m. *Modicum*, *pufillum*, *parumper*, *paulifper*, Jef. 28, 10. Job. 36, 2.

זְעֵירָה f. Chald. *Parvum*, Dan. 7, 8.

מִזְעָר m. *Res parva*; *parvum tempus*, Jef. 10, 25. 24, 6.

זֶפֶת m. *Pix*; (quemadmodum Ar. زفت unde زفت Picavit.) Ex. 2, 3. Jef. 34, 9.

זקן. Ar. ذقن Mentum; unde ذقن Qui habet mentum pendulum, decrepitus, fenex; ut & Chald. דְּקַן m. Barba; it. Senex. Hine etiam

זָקֵן m. *Senex, ſenior;* πρεσβύτης, Thr. 2, 21. cſt. זְקַן Gen. 24, 2. Pl. זְקֵנִים *Senes*, Job. 32, 9. cſt. זִקְנֵי Ex. 3, 16. Aff. זְקֵנֵינוּ *Senes noſtri*, Joſ. 9, 11. Fem. pl. זְקֵנוֹת *Vetulæ*, Zach. 8, 4.

זָקֵן *Senuit, conſenuit.* Præt. זָקֵן Gen. 27, 1. Fem. זָקְנָה Prov. 23, 22. Fut. וַיִּזְקַן *& ſenuit*, 2 Chr. 24, 15. HIPH. הִזְקִין *Idem.* Fut. יַזְקִין *Seneſcet*, Job. 14, 8.

זָקָן m. *Barba*, Jeſ. 15, 2. cſt. זְקַן 2 Sam. 20, 9. Aff. זְקָנִי *Barba mea*, Eſr. 9, 3.

זֹקֶן m. *Senium, ſenectus*, Gen. 48, 10.

זְקֻנִים m. pl. *Senectus*, Gen. 37, 3. Aff. זְקֻנָיו *Senectus ejus*, Gen. 21, 2.

זִקְנָה f. *Idem*, Pſ. 71, 9. cſt. זִקְנַת 1 Reg. 11, 4. Aff. זִקְנָתָהּ *Senectus ejus*, Gen. 24, 36.

זָקַף *Erexit.* (Syr. ܙܩܦ Erexit inclinatum, proſtratum.) Part. זֹקֵף *Erigens*, Pſ. 146, 8. Peh. CHALD. יִזְדְקִף *& erigetur*, Eſr. 6, 11.

I. זָקַק (ab Ar. زِقّ Uter ad vinum ſ. lac recondendum, immo & butyrum faciendum; ſaccus; unde זקק Hebr. qſ. ſaccare, colare, percolare, vid. Schultenſius ad Gramm. Erpen. p. 322.) 1) *Fudit, infudit in utrem.* 2) Hinc *Percolavit, defæcavit, purgavit.* Fut. pl. יָזֹקּוּ *Liquant*, Job. 28, 1. It. *Jactavit ſ. agitavit utrem ad butyrum faciendum.* PIH. זִקֵּק *Liquavit, liquando purgavit.* Præt. וְזִקַּק *& liquabit*, Mal. 3, 3. PYH. זֻקַּק *Defæcatum, percolatum fuit.* Part. מְזֻקָּק *Defæcatum*, Pſ. 12, 7. Plur. שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים *Grumæ lactis*, i. e. butyrum qſ. utrificatum, Jeſ. 25, 6.

II. זִיק m. (pro נְזִיק, ad formam נָשִׂיא, ab Ar. نزق Efferbuit) unde Pl. fem. זִיקוֹת *Tela incendiaria*, Jeſ. 50, 11. LXX. φλόξ. Conv. Syr. ܙܝܩܐ Lanceæ igneæ, Sap. 5, 22.

זֵק m. unde Pl. זִקִּים *Idem*, Prov. 26, 18.

III. זקק. Ar. ضاق pro ضقّ Anguſtus, arctus fuit; it. Arctavit, arcte habuit quem, conſtrinxit; unde etiam Chald. זקק Vinxit, ligavit. Hinc

זֵק m. unde Pl. זִקִּים *Catenæ, manicæ ferreæ, vincula manuum;*

nuum; a coarctatione dicta, Job. 36, 8. Vel זִקִּים est pro אֲזִקִּים ab Ar. أزق Coarctatus fuit, Jer. 40, 1. 4. quod vide s. l.

זֶרַא vid. זור.

זרב. Ar. ذرب Fluxit, diffluxit, vide l. ut nix aut glacies. Hinc PYH. זֹרַב *Diffluere facta est* v. g. nix. Fut. pl. יְזֹרְבוּ *Diffluent*, Job. 6, 17. LXX. recte τακεῖσα, a τήκω, liquefacio. Metaph. Calamitatibus franguntur. Alii male deducunt a Syr. ܙܪܒ Coarctavit, continuit, verba Jobi exponentes Coarctantur.

זרד. Syr. ܙܪܕ Seminavit. Hinc

זֶרֶד m. *Sarmentum;* נַחַל זֶרֶד *Vallis sarmentorum;* Targ. quæ multas produxit salices & mandragoras, Num. 21, 12. Devt. 2, 13.

זָרָה *Ventilavit, sparsit, dispersit;* Hinc etiam *Repurgavit.* Conv. Ar. ذرى Ventilavit; ventilando repurgavit. KAL, Part. זֹרֶה *Ventilans*, Ruth. 3, 2. Inf. cst. זְרוֹת *Ventilare*, Jer. 4, 11. Imp. זְרֵה *Disperge*, Num. 17, 2. Fut. c. Aff. וְאֶזְרֵם *& dispersi eos*, Jer. 15, 7. Apoc. וַיִּזֶר *& dispersit*, Ex. 32, 20. NIPH. נִזְרָה *Dispersus fuit.* Inf. c. Aff. בְּהִזָּרוֹתֵיכֶם (pro בְּהִזָּרוֹתְכֶם) *Dispergi vos*, Ez. 6, 8. Fut. pl. וַיִּזָּרוּ *& dispersi sunt*, Ez. 36, 19. PIH. זֵרָה *Dispersit.* Præt. c. Aff. זֵרָם *Dispersit eos*, 1 Reg. 14, 15. זֵרִיתָנוּ *Dispersisti nos*, Ps. 44, 12. Sed זֵרִיתָ Cingis, vid. in זר sub נזר. Part. מְזָרֶה *Dispergens*, Jer. 31, 10. Pl. m. מְזָרִים *Sidera spargentia*, intell. ventos cientia, Job. 37, 9. Inf. זָרוֹת *Dispergere*, Ez. 20, 23. Fut. אזרה (pro אֲזָרֶה) *Dispergam*, Lev. 26, 33. PYH. Præt. pl. זֹרוּ *Distracti sunt*, Ps. 58, 4. Part. זורה pro מְזוֹרָה *Ventilatum*, Jes. 30, 24. Sed זֹרֶה est pro זוֹרֶה *Dispergens*, Jes. 59, 5. nimirum Part. Benoni. Fem. מְזֹרָה *Expansum*, Prov. 1, 17. Fut. יְזֹרֶה *Spargetur*, Job. 18, 15. תְּזָרֵנִי 2 Sam. 22, 40. vid. in אזר.

זָר m. unde Plur. זָרִים *Ventilatores*, Jer. 51, 2.

מִזְרֶה m. *Ventilabrum*, Jer. 15, 7. Jes. 30, 24.

זֶרֶת f. *Spithama;* a sparsione digitorum dicta, Es. 40, 12. Mensura 3 palmorum minorum.

זַרְזִיר m. *Gallus gallinaceus;* ab Ar. زرزر Cecinit voce sua, Prov. 30, 31. זַרְזִיר מָתְנַיִם *Gallus lumborum*, i. e. non elumbis s. non castratus; (nam Ar. متن dixit Exsectis testiculis castravit; & متن Firmus & solidus fuit.) LXX. ἀλέκτωρ; it. Chald. אַבְבָּא Gal-

Gallus gallinaceus. Sermo enim eft 1) de Animali, 2) de animali ftrenue incedente. Al. Accinctus lumbis vel homo vel equus; Al. Canis venaticus; Al. Apis; Al. Pardus f. leopardus; Al. Sturnus f. turdus; Al. Zebra.

זָרַח *Ortus, exortus fuit; apparuit.* Ar. زرح Movit de loco in locum, i. e. Prodiit. Syr. ܙܪܚ Id. quod Hebr. Exortus eft. Præt. זָרַח (in paufa) Jef. 60, 1. Part. זֹרֵחַ *Oriens*, Eccl. 1, 5. Inf. cft. זְרֹחַ *Oriri*; Jud. 9, 33. Fut. יִזְרַח *Orietur*, 2 Sam. 23, 4.

זֶרַח m. *Ortus, adparitio orientis folis*, Jef. 60, 3.

מִזְרָח m. *Ortus, oriens; pars mundi folis orientis*, Neh. 3, 26. cft. מִזְרַח Jof. 1, 15. Cum ה locali מִזְרָחָה & מִזְרָחָה *Orientem verfus*, Ex. 27, 13. Devt. 4, 41.

אֶזְרָח m. *Indigena;* in genere Quidquid in fua terra eft, ubi ortum fuit, v. g. homo, arbor &c. Pf. 37, 35. cft. אֶזְרַח Ex. 12, 19.

זָרַם *Abripuit.* Sic Ar. زرم ut & صرم Abripuit; it. Abruptus fuit. Præt. c. Aff. זְרַמְתָּם *Abripuifti eos*, Pf. 90, 5. PYH. Præt. pl. זֹרְמוּ *Abruptæ funt* (in aquas), Pf. 77, 18. Al. Exundarunt.

זֶרֶם m. propr. Ruptura aquarum v. g. e nubibus, ftagno &c. *Cataracta;* it. *Inundatio*, Hab. 3, 10. ein Wolkenbruch, Ausbruch des Waffers.

זָרִים m. *Extranei*, Jef. 1, 7. LXX. ἀλλότριοι. Vulg. Hoftes. vid. זוּר.

זִרְמָה f. *Fluxus*, fc. feminalis. Cft. זִרְמַת Ez. 23, 20. Aff. זִרְמָתָם *Fluxus eorum*, ib.

I. זָרַע *Seminavit, fparfit femen; confevit.* Ar. زرع Id. It. *Infevit.* Præt. וְזָרַעְתִּי *& conferam*, Jer. 31, 27. Aff. וּזְרַעְתִּיהָ *& conferam eam*, Hof. 2, 25. Part. זֹרֵעַ *Seminans*, Prov. 22, 8. Pah. זֹרֵעַ *Sparfa* v. g. lux, Pf. 97, 11. Fem. זְרוּעָה *Confita*, Jer. 2, 2. Inf. cft. זְרֹעַ *Seminare*, Jef. 28, 24. Imp. זְרַע *Semina*, Eccl. 11, 6. Fut. cum ה parag. אֶזְרְעָה *Seram*, Job. 31, 8. Aff. תִּזְרָעֶנּוּ *Inferes eum*, Jef. 17, 10. NIPH. נִזְרַע *Seminatum fuit.* Fem. וְנִזְרְעָה *& conferetur*, Num. 5, 28. Pl. וְנִזְרַעְתֶּם *& conferemini*, Ez. 36, 9. Fut. יִזָּרֵעַ & יִזָּרַע *Seminabitur*, Lev. 11, 37. Nah. 1, 14. PYH. זֹרַע *Satus eft.* Præt. pl. in paufa זֹרָעוּ *Sati funt*, Jef. 40, 24. HIPH. הִזְרִיעַ *Semen-*

Sementavit, feminificavit. Part. מַזְרִיעַ *Sementans*, Gen. 1, 11. Fut. תַּזְרִיעַ *Sementabit*, Lev. 12, 2.

זֶרַע m. *Semen.* Cft. זֵרַע Num. 11, 7.

זֶרַע m. *Semen; fementis; ftirps, pofteritas.* Aff. זַרְעוֹ *Semen fuum*, Gen. 1, 11. זַרְעֲךָ (in paufa זַרְעֶךָ Gen. 15, 5.) *Semen tuum*, Gen. 3, 15. Pl. c. Aff. זַרְעֵיכֶם *Semina veftra*, 1 Sam. 8, 15.

זְרַע m. Chald. *Semen*, Dan. 2, 43.

זֵרוּעַ m. *Satum, fativum*, Lev. 11, 37. Pl. c. Aff. זֵרוּעֶיהָ *Sata fua*, Jef. 61, 11.

מִזְרָע m. *Sementis.* cft. מִזְרַע Jef. 19, 7.

זֵרְעוֹן m. *Legumen.* Pl. זֵרְעֹנִים *Legumina*, Dan. 1, 16.

זֵרוּעַ m. *Legumen.* Pl. זֵרֹעִים *Legumina*, Dan. 1, 12.

זְרוֹעַ f. (hinc Ar. ذرع Cubito menfus fuit; Manum expandit) *Brachium, lacertus, armus*, Devt. 33, 20. it. *Auxilium*, Pf. 83, 9. it. *Exercitus*, Dan. 11, 15. 31. it. *Alveus fluvii*, ib. v. 22. Aff. זְרוֹעוֹ *Brachium ejus*, Jef. 30, 30. Pl. זְרֹעִים *Brachia*, Dan. 11, 31. cft. זְרֹעֵי Gen. 49, 24.

זְרוֹעָה f. *Idem.* Pl. זְרֹעוֹת *Brachia*, Devt. 33, 27. Aff. זְרוֹעֹתֵיכֶם *Brachia veftra*, Ez. 13, 20.

אֶזְרוֹעַ f. *Idem*, Jer. 32, 21. Aff. אֶזְרֹעִי *Brachium meum*, Job. 31, 22.

דְּרוֹעַ f. דְּרָע f. Chald. *Idem.* Pl. דְּרָעִין *Brachia*, Dan. 2, 32.

אֶדְרָע f. *Idem*, Chald. Efr. 4, 23.

זָרַף. Ar. ذرف Deftillavit; it. Effudit. Hinc

זַרְזִיף m. (quippe compofitum ex ذرف & صيف Æftas) *Effufio* i. e. pluvia *aeftiva*, Pf. 72, 6. Al. Fecundatio terræ; Al. Herba excifa; Al. Pluvia aliena; Al. Sciffura.

זָרַק *Sparfit, adfperfit, infperfit, confperfit.* Præt. זָרַק Ex. 24, 6. Part. זֹרֵק *Spargens*, Lev. 7, 14. Inf. cft. זְרֹק *Spargere*, Ez. 43, 18. Imp. זְרֹק *Sparge*, Ez. 10, 2. Fut. תִּזְרֹק *Sparges*, Num. 18, 17. PYH. Præt. זֹרַק *Sparfus eft*, Num. 19, 13. Ar. زرق Effudit, infudit. Injecit v. g. medicamentum per fyringam.

מִזְרָק m. *Crater, pelvis, phiala*, Num. 7, 13. Pl. מִזְרָקִים *Crateres*, Zach. 14, 20. cft. מִזְרְקֵי Am. 6, 6.

מִזְרָקָה f. *Idem.* Pl. מִזְרָקוֹת *Crateras*, 1 Reg. 7, 40. Aff. מִזְרְקֹתָיו *Crateres ejus*, Ex. 27, 3.

I. זרר

I. זרר *Obligavit.* Ar. زر Nodo aut fibula adſtrinxit. Hinc מְזוֹר m. *Obligatio*, Jer. 30, 13.

II. זרר. Ar. زر Arcte compreſſit oculos. Hinc PIH. Fut. יְזוֹרֵר *Compreſſit oculos & labia*, 2 Reg. 4, 35. Al. Sternutavit.

זֵר m. *Limbus*, ut Ar. زر qſ. qui comprimit menſam. Ex. 25, 11. 24.

ח

חבא. Ar. خبأ Occultavit. II. Clam habuit. Hinc NIPH. נֶחְבָּא *Occultavit ſe, latuit*, 2 Sam. 17, 9. etiam per Patach נַחְבֵּיתָ *Occultaſti te*, Gen. 31, 27. Pl. נֶחְבְּאוּ *Occultarunt ſe*, Jof. 10, 27. in pauſa נֶחְבָּאוּ Job. 29, 8. וְנַחְבֵּתֶם *& occultabitis vos*, Joſ. 2, 16. Part. pl. נֶחְבָּאִים *Abſconditi*, Joſ. 10, 17. Inf. הֵחָבֵא & הֵחָבֵה *Abſcondere ſe*, Dan. 10, 7. 1 Reg. 22, 25. Fut. וָאֵחָבֵא *& abſcondidi me*, Gen. 3, 10. PYH. Præt. pl. חֻבָּאוּ *Occultati ſunt*, Job. 24, 4. HIPH. הֶחְבִּיא *Occultavit*. Præt. cum Aff. הֶחְבִּיאָנִי *Occultavit me*, Jeſ. 49, 2. הֶחְבִּאַתָה (pro הֶחְבִּיאָה Joſ. 6, 25.) *Occultavit*, ib. v. 17. Fut. וַתַּחְבִּא *& occultavit*, 2 Reg. 6, 29. HOPH. Præt. pl. in pauſa הָחְבָּאוּ *Occultati ſunt*, Eſ. 42, 22. HITHP. הִתְחַבֵּא *Abſcondit ſe*. Præt. pl. הִתְחַבְּאוּ *Abſconderunt ſe*, 1 Sam. 14, 11. Part. מִתְחַבֵּא *Abſcondens ſe*, 2 Reg. 11, 3. Fut. יִתְחַבֵּא *Abſcondet ſe*, 1 Sam. 23, 23.

מַחֲבָא m. *Abſconſio*. cſt. מַחֲבֵא Jeſ. 32, 2.

מַחֲבֹאִים pl. m. *Latebræ*, 1 Sam. 23, 23.

חֶבְיוֹן vid. in חָבָה.

חבב חָבַב *Dilexit.* (Ar. حب Amavit; it. Carus fuit. Part. חֹבֵב *Diligens*, Devt. 33, 3. Inf. c. Aff. & Præf. בְּחֻבִּי *Præ dilectione mei*, Job. 31, 33. Al. In occulto meo.

חָבָה *Latitavit, abſcondit ſe.* (Affine verbo חָבָא, ut & Ar. خبا Abſcondit.) Imp. חֲבִי *Latita*, Jeſ. 26, 20.

חֹב m. *Latibulum*, Job. 31, 33. Al. a חבב, ubi vid.

חֶבְיוֹן m. *Abſconſio*, Hab. 3, 4.

חֲבַצֶּלֶת f. Syr. ܚܒܨܠܬܐ quod Barbablulo eſt Hermodactylus, ſ. Ephemerum Colchicum; die Chineſiſche Zeitloſe, Jeſ. 35, 1. Al. Lilium convallium; LXX. κρίνον, Cant. 2, 1. Vox compoſita eſt

est ex חָבָה Latitavit, & בְּצֶלֶת Bulbus. Bulbum enim altissime abscondit. Hilleri Instit. linguæ sanctæ p. 466.

חֲבָתִּים vid. in חבת.

חָבַט (Ar. خبط Percussit fuste v. g. arborem. Excussit v. g. oleas.) *Excussit*, *decussit fructus* de arboribus, etiam *frumenta*, Jud. 6, 11. Ruth. 2, 17. Part. חֹבֵט *Excutiens*, Jud. 6, 11. Fut. תַּחְבֹּט *Decuties*, Devt. 24, 20. NIPH. Fut. יֵחָבֶט־ *Excutietur*, Jes. 28, 27. LXX. ἐκβοίζειν.

I. חבל In genere involvit notionem Capiendi, ligandi, alligandi, adstringendi, v. g. fune, laqueo, reti, utero, foedere &c. it. Dolor cepit eum. Ar. igitur حَبْل Funis; unde حبل Fune adstrinxit. Foedus iniit. Hinc

1) חֶבֶל m. *Funis*, Zach. 2, 1. Aff. חַבְלוֹ *Funis ejus*, Job. 18, 10. Pl. חֲבָלִים *Funes*, 1 Reg. 20, 31. cst. חַבְלֵי Esth. 1, 6. It. חֶבְלֵי Ps. 18, 6. Aff. חֲבָלָיו *Funes ejus*, Jes. 33, 20. 2) Metaph. *Sors*, Ps. 78, 55. 3) *Hæreditas*, Ps. 16, 6. 4) *Tractus terræ*, Zeph. 2, 5. 5) *Caterva*, *series hominum*, 1 Sam. 10, 5. 10.

חֹבֵל m. *Nauclerus*, *nauta*, qs. ligator funis, Jon. 1, 6. Pl. cst. חֹבְלֵי *Nautæ*, Ez. 27, 29. Aff. חֹבְלַיִךְ *Nautæ tui*, ib. v. 28.

חִבֵּל m. *Malus navis*; a fune dictus, Prov. 23, 34.

תַּחְבֻּלוֹת f. *Solertia & prudentia gubernandi*, *consilia*; a nauta, Prov. 1, 5.

2) חבל. Ar. حبل Concepit dolorem (ac potius Captus est dolore.) Hinc KAL, Part. pl. m. חֹבְלִים *Concipientes dolorem*, i. e. *pro dolentibus*, Zach. 11, 7.

חֵבֶל m. *Dolor*, Jes. 66, 7. Pl. חֲבָלִים *Dolores*, Job. 21, 17. Cst. חֶבְלֵי 2 Sam. 22, 6. Aff. חֲבָלֶיהָ *Dolores ejus*, Jes. 26, 17.

חִבֵּל PIH. 1) *Concepit utero*, Ps. 7, 15. 2) *Parturivit*, qs. captus est dolore uteri. Præt. חִבְּלָה *Parturivit*, Cant. 8, 5. Aff. חִבְּלַתְךָ *Parturivit te*, ib. Fut. תְּחַבֵּל *Parturiet*, Mich. 2, 10.

II. 1) חָבַל (Ar. خبل) Usu rei destituit. Hinc *Corrupit*, *perdidit*. Præt. pl. חָבַלְנוּ *Corrupimus*, Neh. 1, 7. Inf. חֲבֹל *Perdendo*, ib. Fut. אֶחְבֹּל *Perdo*, Job. 34, 31. NIPH. נֶחְבַּל *Corruptus fuit*, *noxam accepit*. Fut. יֵחָבֵל *Corrumpetur*, Prov. 13, 13. PIH. חִבֵּל *Corrupit*, *perdidit*. Præt. וְחִבֵּל *& perdet*, Eccl. 5, 5. Part. plur. מְחַבְּלִים

מְחַבְּלִים *Perdentes*, Cant. 2, 15. Inf. חַבֵּל *Perdere*, Jef. 54, 16. PYH. חֻבַּל *Corruptus fuit*, *ufo fuo deftitutus fuit*. וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי שָׁמֶן *Et corrumpetur jugum præ obefitate*, Jef. 10, 27. רוּחִי חֻבָּלָה *Spiritus meus corruptus eft*, Job. 17, 1.

חֲבַל Chald. *Idem*. Præt. pl. c. Aff. חַבְּלוּנִי *Corruperunt me*, Dan. 6, 23. Inf. חַבָּלָה *Corrumpere*, Efr. 6, 12. Imp. c. Aff. חַבְּלוּהִי *Perdite eam*, Dan. 4, 20. HITHP. Fut. תִּתְחַבַּל *Perdetur*. Dan. 2, 44.

חֲבָל m. *Læfio*, *corruptio*, *noxa*, Mich. 2, 10.

חֲבָל m. Chald. *Corruptio*, *ruina*, *perditio*, Dan. 3, 25.

חֲבָלָא m. *Damnum*, *perditio*, Efr. 4, 22.

חֲבוּלָה f. *Perditio*, *corruptum*, *læfio*, Dan. 6, 23.

2) חָבַל præcipue *Oppignoratus eft*, *in pignus accepit*, qf. Ufu rei oppignoratæ deftituit. Conv. Ar. خبل in IV. Mutuo dedit. Præt. in paufa חָבָל Ez. 18, 16. Part. Ben. חֹבֵל *In pignus accipiens*, Devt. 24, 6. Pah. pl. חֲבֻלִים *In pignus acceptæ*, v. g. *veftes*, Am. 2, 8. Inf. abf. חָבֹל *Oppignorando*, Ex. 22, 25. Imp. c. Aff. חַבְלֵהוּ *Pignorare eum*, Prov. 20, 16. Fut. תַּחְבֹּל *Oppignoraberis*, Ex. 22, 25. יַחֲבֹל *Oppignorabitur*, Devt. 24, 6. Pl. יַחְבֹּלוּ *In pignus accipient*, Job. 24, 3. NIPH. Fut. יֵחָבֶל- *Perdetur*, Prov. 13, 13. Vid. II. 1. חבל.

חֲבֹל m. *Pignus*, Ez. 18, 12.

חֲבֹלָה f. *Idem*. Cum Aff. חֲבֹלָתוֹ *Pignus fuum*, Ez. 18, 7.

חֲבַצֶּלֶת vid in חָבָה.

חָבַק *Amplexus*, *amplexatus fuit*. Conv. Ar. حبق Congeffit fimul; Syr. ܡܚܒܩܐ Amplexus. Part. חֹבֶקֶת *Complicans* (manus fuas) Eccl. 4, 5. חֹבֶקֶת בֵּן *Amplexatura filium*, 2 Reg. 4, 16. Inf. cft. חֲבוֹק *Amplexari*, Eccl. 3, 5. PIH. Præt. pl. חִבְּקוּ *Amplexati funt*, Job. 24, 8. Inf. חַבֵּק *Amplexari*, Eccl. 3, 5. Fut. תְּחַבֵּק *Amplexaberis*, Prov. 5, 20.

חִבֻּק m. *Amplexus*, *complicatio*, Prov. 6, 10.

I. חָבַר *Sociatus*, *affociatus*, *confociatus*, *conjunctus fuit*. Hinc Ar. حابر Confeffus improborum. Syr. ܚܒܪ Sociavit, affociavit. Præt. pl. חָבְרוּ *Conjunxerunt fe*, Gen. 14, 3. Part. Ben. fem. pl. חֹבְרֹת *Conjunctæ*, Ex. 26, 3. Pah. חָבוּר *Conjunctus*; cft. חֲבוּר Hof. 4, 17. PIH. חִבֵּר *Sociavit*, *confociavit*, Ex. 36, 10. וְחִבַּרְתָּ *& confociabis*, Ex. 26, 6. Inf. חַבֵּר *Confociare*, Ex. 36, 18. Fut.

Fut. וַיְחַבֵּר & *consociavit*, Ex. 36, 10. PYH. חֻבַּר *Consociatus fuit*, Ex. 39, 4. Fut. c. Aff. יְחָבְרְךָ pro יְחֻבָּרְךָ *Consociabitur tibi*, Pf. 94, 20. יְבֻחַר (Chethibh) Eligetur; יְחֻבַּר (Keri) Adjungetur Eccl. 9, 4. Senfus verborum eft: Quisquis fit, quod eligetur ad omnem vitam, eft fpes f. fiducia. HIPH. הַחְבִּיר *Communicavit*. Fut. אַחְבִּירָה *Communicarem*, Job. 16, 4. HITHP. אֶתְחַבַּר, ex CHALDAISMO pro הִתְחַבֵּר, *Confociavit fe*, 2 Chr. 20, 35. Inf. c. Aff. בְּהִתְחַבֶּרְךָ *quia te confociafti*, 2 Chr. 20, 37. Fut. pl. יִתְחַבְּרוּ (in paufa) *Confociabunt fe*, Dan. 11, 6.

חָבֵר m. *Socius, fodalis, confors, conjunctus*, Prov. 28, 24. Aff. חֲבֵרוֹ *Socius ejus*, Eccl. 4, 10. Pl. חֲבֵרִים *Socii*, Jud. 20, 11. Cant. 8, 13. cft. חַבְרֵי Jef. 1, 23. Aff. חֲבֵרֶיךָ *Socii tui*, Cant. 1, 7.

חַבַר m. CHALD. *Idem*. Pl. c. Aff. חַבְרוֹהִי *Socii ejus*, Dan. 2, 17. Fem. חַבְרָתַהּ *Sociæ ejus*, Dan. 7, 20.

חוֹבֶרֶת f. *Junctura, commiffura*, Ex. 26, 4.

חֶבֶר m. *Societas*, Prov. 21, 9.

חֶבְרָה f. *Idem, fodalitium*, Job. 34, 8.

חֲבֶרֶת f. *Socia*. Aff. חֲבֶרְתְּךָ *Socia tua*, Mal. 2, 14.

חַבָּר m. *Socius*. Hinc Pl. חַבָּרִים *Socii*, Job. 40, 25.

הִתְחַבְּרוּת f. *Confociatio*, Dan. 11, 23.

מַחְבֶּרֶת f. *Junctura, commiffura*, Ex. 26, 4. Aff. מַחְבַּרְתּוֹ *Junctura ejus*, Ex. 28, 28.

מְחַבְּרָה f. מַחְבֶּרֶת f. Hinc Pl. מַחְבְּרוֹת *Juncturæ, commiffuræ* 1 Chr. 22, 3.

II. חָבַר *Incantavit*. Fortaffe ab Ar. خبر Scivit, nunciavit dixit v. g. carmen incantatorium. Part. חֹבֵר *Incantans*, Devt 18, 11.

חֶבֶר m. *Incantatio*, Devt. 18, 11. Pl. חֲבָרִים *Incantationes* Pf. 58, 6. Aff. חֲבָרַיִךְ *Incantationes tuæ*, Jef. 47, 9.

III. חבר. Ar. حبر Recruduit vulnus; Hinc

חַבּוּרָה f. *Plaga, vibex, tumor liveus*, Ex. 21, 25. Aff. חַבֻּרָתִי *Vibex mea*, Gen. 4, 23. Pl. חַבֻּרוֹת *Vibices*, Prov. 20, 30. Aff. חַבּוּרֹתָי *Vibices meæ*, Pf. 38, 6.

IV. חבר. Ar. حبر Pulchrum fecit; unde حبر Color variegatus. Hinc

חֲבַרְבֻּרֹת

Digitized by Google

חֲבַרְבֻּרֹת f. pl. *Maculæ* v. g. Pardi, Jer. 13, 23.

חָבַשׁ *Ligavit, alligavit, obligavit; ſtravit, inſtravit, accinxit*, v. g. vulnus, jumentum, faſces, tiaras. Ar. حبس Adſtrinxit, concluſit, coarctavit. Præt. pl. חֲבַשְׁתֶּם *Ligaviſtis*, Ez. 34, 4. Part. Ben. חֹבֵשׁ *Obligans*, Jeſ. 3, 7. Pah. חָבוּשׁ *Alligatus*, Jon. 2, 6. Inf. cſt. חֲבוֹשׁ *Obligare*, Jeſ. 30, 26. Imp. חֲבוֹשׁ *Alliga*, Ez. 24, 17. Fut. אֶחְבּוֹשׁ *Obligabo*, Ez. 34, 16. cum ה paragog. אֶחְבְּשָׁה *Sternam*, 2 Sam. 19, 27. יַחְבּוֹשׁ *Obligabit*, Job. 34, 17. & יֶחְבָּשׁ Job. 5, 18. PIH. חִבֵּשׁ *Obligavit*, Job. 28, 11. Part. מְחַבֵּשׁ *Obligans*, Pſ. 147, 3. PYH. חֻבַּשׁ *Obligatus eſt*. Præt. fem. חֻבָּשָׁה *Obligatum eſt*, Ez. 30, 21.

חֵשֶׁב m. *Cingulum* Ephodis, Ex. 28, 8.

חבת Radix obſoleta, Planus, applanatus fuit; unde Ar. خَبْت Terra plana. Hinc

חֲבַת m. unde Pl. חֲבִתִּים *Sartagines*, ſcil. tantum non planæ, nimirum ad placentas coquendas, 1 Chr. 9, 31. Al. Cacabi; Al. Craticulæ.

מַחֲבַת f. pro מַחֲבַתְת, *Sartago, patella*, præc. plana, Lev. 2, 5.

חָגָא vid. in חגג.

חגב. Ar. حجب Texit, velavit, abſcondit. Hinc

חָגָב m. *Cicada; locuſta*, Lev. 11, 22. Pl. חֲגָבִים *Locuſtæ*, Num. 13, 34.

I. חָגַג *Celebravit feſtum, feriatus eſt; it. Tripudiavit, circumgyratus eſt*; Ar. حجّ Sacra obivit; celebravit feſtum; Conv. etiam cum חוג. Præt. pl. וְחַגֹּתֶם *& celebrabitis* (feſtum) Ex. 12, 14. Part. חוֹגֲגִים *Ferians*, Pſ. 42, 5. Inf. חֹג *Celebrare*, Zach. 14, 16. Imp. fem. חָגִּי *Celebra*, Nah. 1, 15. (al. c. 2, 1.) Fut. תָּחֹג *Feriaberis*, Ex. 23, 14. Pl. תְּחָגֻּהוּ *Celebrabitis*, Lev. 23, 39. Aff. תְּחָגֻּהוּ *Celebrabitis eum*, Ex. 12, 14. יָחֹגּוּ *Celebrabunt*, Ex. 5, 1. Sed יָחוֹגּוּ Pſ. 107, 27. vid. II. חגג.

חַג & חָג m. *Feſtum, feſtivitas*, Neh. 8, 18. Ex. 12, 14. Meton. *Sacrificium feſti*, Ex. 23, 15. Præf. בֶּחָג *In feſto*, 1 Reg. 8, 2. it. בַּחַג, Devt. 16, 16. כֶּחָג *Sicut feſtum*, 1 Reg. 12, 32. Aff. חַגֵּנוּ *Feſtum noſtrum*, Pſ. 81, 4. Pl. חַגִּים *Feſta*; it. *Victimæ*, Eſ. 29, 1. Aff. חַגֵּיכֶם *Feſta veſtra*, Am. 8, 10.

II. חָגַג *Cespitavit.* Fut. pl. יָחוֹגּוּ *Cespitabunt*, Ps. 107, 27. Conv. Ar. خَجَّ Flexuosus fuit, terræ impegit pedem.

חָגָא f. pro חָגָּה *Titubatio*, *cespitatio.* Meton. *Trepidatio*, Jes. 19, 17. Al. Asylum, aliene!

חגה Ar. حجا pro حجا Confugit. Hinc

חָגוּ m. unde Pl. חֲגָוִים *Refugia;* it. *Fissuræ*, vel & *Arces* petrarum. Cst. חַגְוֵי Jer. 49, 16. Cant. 2, 14. Obad. v. 3.

I. חָגַר (Ar. حجز in genere Cinxit, circumdedit. II. Circumdatus fuit, v. g. oculus circumcirca cauterio, luna tenui circulo; unde etiam حجز Amplexus, gremium, sinus) *Cinxit, accinxit; accinctus fuit.* Præt. וְחָגַרְתָּ *& accinges*, Ex. 29, 9. Part. חֹגֵר *Accingens*, 2 Reg. 3, 21. Pah. חָגוּר *Accinctus*, 2 Sam. 21, 16. Inf. cst. חֲגֹר *Accingere*, Jes. 22, 12. Imp. pl. חִגְרוּ *Accingimini*, Joël 1, 13. Fut. יַחְגֹּר *Accinget*, Lev. 16, 4.

חָגוּר m. *Accinctus*, v. g. gladio. Hinc Pl. cst. חֲגוֹרֵי *Accincti*, Ez. 23, 15.

חֲגוֹר m. *Cingulum*, *zona*, Prov. 31, 24. Aff. חֲגוֹרוֹ *Cingulum ejus*, 1 Sam. 18, 4.

חֲגוֹרָה f. *Idem*, Jes. 3, 24. Aff. חֲגוֹרָתוֹ *Cingulum suum*, 1 Reg. 2, 5. Pl. חֲגֹרֹת *Cingula*, Gen. 3, 7.

מַחֲגֹרֶת f. *Cinctus*, *cinctura*, Jes. 3, 24.

II. חָגַר Ar. حجر Vetuit, prohibuit, s. passive Prohibitus i. e. exclusus fuit. KAL, Fut. pl. וְיַחְגְּרוּ *& excludentur*, 2 Sam. 22, 46.

חדד *Acuit*; *acutus*, *præacutus fuit.* Sic etiam Ar. حدّ Acutus fuit; acuit v. g. linguam, gladium. Præt. pl. חַדּוּ *Acuti sunt*, Hab. 1, 8. Fut. יָחַד (pro יָחוּד) *Acuitur*, Prov. 27, 17. HOPH. Præt. fem. הוּחַדָּה *Exacutus est* (gladius) Ez. 21, 9.

חַדָּה f. (a חַד m.) *Acutum*, Jes. 49, 2.

חַדּוּד m. (formæ שַׁבּוּל) *Exacutum.* Unde Pl. cst. חַדּוּדֵי *Exacuta* v. g. חֶרֶשׂ ferri, i. e. ferramenta, Job. 41, 22.

חדה *Lætatus est.* Ar. خدى Celeriter & cum succussione pedum incessit; h. e. exsultavit, & qs. vitulatus est. Fut. apoc. וַיִּחַדְּ *& lætatus est*, Ex. 18, 9. אַל־יִחַדְּ *ne lætetur*, Job. 3, 6. Sed Michaë-

Michaëlis: ne adhæreat diebus &c. ab Ar. حدى Adhæsit. PIH. חִדָּה *Exhilaravit.* Fut. c. Aff. תְּחַדֵּהוּ *Exhilares eum*, Pf. 21, 7.

חֶדְוָה f. *Gaudium, lætitia*, 1 Chr. 16, 27. cft. חֶדְוַת Neh. 8, 10.

חֶדְוָה f. CHALD. *Idem*, Efr. 6, 16.

חֲדִי, חֲדָיא m. CHALD. *Pectus.* Aff. חֲדוֹהִי *Pectus ejus*, Dan. 2, 32. Hebr. חָזֶה Idem.

I. חָדַל & חָדֵל *Ceſſavit, deſiit, deſtitit, abſtinuit.* Ar. خذل & خذل Omiſit, intermiſit, ceſſavit; it. Deſeruit v. g. Deus eum. Conſtr. ſequente verbo cum לְ aut מִ; ſequente nomine vero cum מִ. Præt. pl. חָדְלוּ *Ceſſarunt*, Jud. 5, 6. 7. in pauſa חָדֵלּוּ 1 Sam. 2, 5. Inf. cſt. חֲדֹל *Ceſſare*, 1 Sam. 12, 23. Imp. חֲדַל *Deſine*, Ex. 14, 12. Pl. חִדְלוּ *Deſiſtite*, Jeſ. 1, 16. in pauſa חֲדָלוּ Zach. 11, 12. Fut. אֶחְדַּל *Deſiſtam*, Jud. 15, 7. cum ה parag. אֶחְדְּלָה Job. 16, 6. Pl. יֶחְדְּלוּ *Ceſſent*, in pauſa יֶחְדָּלוּ Ez. 3, 11. cum ו Conv. וַיַּחְדְּלוּ *& deſierunt*, Gen. 11, 8. HOPH. Præt. הָחֳדַלְתִּי pro הֶהֳחֳדַלְתִּי *An deſinam*, ſeu *An deſtituar?* Jud. 9, 9.

חֲדַל m. (Keri) *Ceſſatio;* (Chethibh) יֶחְדָּל *Ceſſabit*, Job. 10, 20.

חָדֵל m. 1) *Omittens*, Ez. 3, 27. 2) *Ceſſans*, Pſ. 39, 5. 3) *Deſertus;* cſt. חֲדַל Jeſ. 53, 3. Ar. مخذول Derelictus.

חֶדֶל m. *Ceſſatio, deſinentia*, pro חֶלֶד per paronomaſiam, *Caducitas rerum* ſ. *mundi.* יֹשְׁבֵי חָדֶל *Habitantes in hac rerum caducitate* ſ. *ceſſatione*, Eſ. 38, 11. De חֶלֶד vid. חלד.

II. חדל idem, quod Ar. حدل Declinavit. Pſ. 49, 9. וְחָדַל לְעוֹלָם *& declinabit* (mortem) *in aeternum.*

חדק. Ar. حدق Acutus fuit, pupugit. Hinc

חֵדֶק & חֶדֶק m. (Ar. حدق Melongena) *Spina*, Mich. 7, 4. in pauſa חֵדֶק Prov. 15, 19.

I. חדר. Ar. خدر Poſt velamentum latuit. Hinc خِدْر Penetrale; cortina, velamen; latibulum; verum etiam

חֶדֶר m. *Penetrale, conclave; intima alicujus rei pars.* Cſt. חֲדַר 2 Reg. 6, 12. Pl. חֲדָרִים *Penetralia*, Prov. 24, 4. cſt. חַדְרֵי Prov. 7, 27. Aff. חֲדָרֶיךָ *Conclavia tua*, Jeſ. 26, 20.

חֶדֶר & חֲדַר m. *Idem*, 1 Reg. 20, 30. Aff. חַדְרוֹ *Cubiculum ſuum*, Joël.

Joël. 2, 16. Cum ה loc. חֲדְרָה *in cubiculum*, Gen. 43, 30. In pausa חֲדָרָה Jud. 15, 1.

II. חָדַר (Ar. حدر Descendit, demissus fuit. Hinc) Part. act. fem. הַחֹדֶרֶת *Descendens* sc. gladius ad eos, Ez. 21, 19.

חדש. Ar. حدث Recens effecta est res. Hinc

חָדָשׁ m. חֲדָשָׁה f. Plur. חֲדָשִׁים m. חֲדָשׁוֹת f. 1) *Novus, recens*, Lev. 26, 10. Job. 29, 20. 2) *Alius*, Ex. 1, 8. 3) *Cui nihil simile*, Eccl. 1, 9. Ar. حدث & حديث Idem.

חִדֵּשׁ PIHEL, *Renovavit, innovavit, instauravit* v. g. urbem, *reparavit*. Præt. pl. וְחִדְּשׁוּ *& renovabunt*, Jes. 61, 4. Inf. חַדֵּשׁ *Instaurare*, 2 Chr. 24, 4. Imp. חַדֵּשׁ *Instaura*, Ps. 51, 12. Fut. תְּחַדֵּשׁ *Renovas*, Ps. 104, 30. HITHP. הִתְחַדֵּשׁ *Renovatum se exhibuit*. Fut. תִּתְחַדֵּשׁ *Renovat se*, Ps. 103, 5.

חֹדֶשׁ m. 1) *Novilunium*, Num. 29, 6. 2) *Mensis*, Gen. 29, 14. Aff. חָדְשׁוֹ *Mensis suus*, 1 Reg. 5, 7. Pl. חֳדָשִׁים *Novilunia, menses*, Neh. 10, 34. Gen. 38, 24. cst. חָדְשֵׁי Ex. 12, 2. Aff. חֳדָשָׁיו *Menses ejus*, Job. 14, 5. חָדְשֵׁיכֶם *Novilunia vestra*, Num. 28, 11.

חֲדָשִׁי m. *Novus*, v. g. populus, 2 Sam. 24, 6.

חֲדַת m. CHALD. *Novus*, Esr. 6, 4.

חוב. Ar. حاب Deliquit, reus factus est. Hinc

חוֹב m. *Debitum*, Ez. 18, 7. Ar. حوب Idem.

חִיֵּב PIHEL, *Reum fecit*. Præt. pl. וְחִיַּבְתֶּם *& reum facietis*, Dan. 1, 10.

חוג *Circinavit, circumduxit, rotundavit*, v. g. modum, limites. Præt. חָג Job. 26, 10. Conv. Syr. ܚܳܓ Circumivit; nec non Ar. حاج Detorsit v. g. a via; magis tamen حاق Cinxit, circumdedit.

חוּג m. *Circulus, ambitus, orbis*, Prov. 8, 27.

מְחוּגָה f. *Circinus*, Es. 44, 13.

חוד (Ar. حاد Declinavit, deflexit. II. Nodum confecit; unde etiam حيد Similitudo, comparatio.) Semper conjungitur cum conjugato חוּד חִידָה *Aenigma dicere*, Jud. 14, 12. 13. 16. Ez. 17, 2. Præt. חַדְתָּה *Dixisti* (aenigma), Jud. 14, 16. Imp. חוּד *Dic*, Ez. 17,

17, 2. cum ה parag. חוּדָה Jud. 14, 13. Fut. cum ה parag. אָחוּדָה *Dicam*, ib. v. 12.

חִידָה f. 1) *Aenigma*, Jud. 14, 12. Aff. חִידָתִי *Aenigma meum*, Jud. 14, 18. Pl. חִידוֹת *Aenigmata*, Num. 12, 8. Aff. חִידֹתָם *Aenigmata eorum*, Prov. 1, 6. 2) *Dolus, fraus*. Pl. חִידוֹת *Doli*, Dan. 8, 23.

אֲחִידָן f. pl. Chald. *Aenigmata*, Dan. 5, 12.

I. חָוָה PIHEL, *Indicavit; annunciavit*. Inf. חַוֹּת *Indicare*, Job. 32, 6. Fut. אֲחַוֶּה *Indicabo*, ib. v. 10. Aff. אֲחַוְךָ *Indicabo tibi*, Job. 15, 17. LXX. ἀναγγέλλειν &c.

חֲוָא & חֲוִי Chald. *Idem*. Sic etiam Syr. ܚܘܐ Idem. Fut. אֲחַוֵּא *Indicabo*, Dan. 2, 34. יְחַוִּנַּנִי *Indicabit mihi*, Dan. 5, 7. APH. Inf. הַחֲוָיָה *Indicare*, Dan. 2, 10. Imp. pl. c. Aff. הַחֲוֹנִי *Indicate mihi*, Dan. 2, 6. Fut. יְהַחֲוֵה *Indicabit*, Dan. 5, 12. Pl. c. Aff. תְּהַחֲוֻנַּנִי *Indicabitis mihi*, Dan. 2, 9.

אַחֲוָה f. *Indicatio, explicatio*. Aff. אַחֲוָתִי *Indicatio mea*, Job. 13, 17.

אַחֲוָיָה f. Chald. *Idem*. cft. אַחֲוָיַת Dan. 5, 12.

II. חוה. Ar. حوى Complexus fuit, circumdedit. Hinc

חַוָּה f. unde Pl. חַוֹּת *Villæ*, Devt. 3, 14. Aff. חַוֹּתֵיהֶם *Villæ eorum*, Num. 32, 41. Vide etiam חיה.

חוז. Ar. حاز Obtinuit, v. g. terram; unde حوز Poſſeſſio terræ; ora regionis, margo; provincia. Hinc

מָחוֹז m. *Ora, littus; provincia, regio*. cft. מְחוֹז Pf. 107, 30.

חוֹחַ m. (pro נָחוֹחַ a Rad. نخ Incitavit, ſtimulavit; aut نخ Vehementer propulit) 1) *Spina, ſpinetum*, ſpecialiter Prunus Perſica; Ar. خوخ, nec non Syr. ܚܘܚܐ Id. Propr. Stimulus f. aculeus. LXX. ἄκαν, ἄκανθα, Job. 31, 40. 2) Metaph. *Annulus domitorius* ſcil. beſtiarum, per nares trajectus, forſan & aculeo ferreo inſtructus, ad domandas beſtias; unde fortaſſe Ar. أخى Paravit jumento annulum. LXX. ψέλλιον, circulus. Symmachus κρίκος, idem. Job. 40, 26. Pl. חוֹחִים & חֲוָחִים *Spineta*, Cant. 2, 2. 1 Sam. 13, 6. it. *Laquei aculeati*, 2 Chr. 33, 11.

חַח & חָח m. (pro נַחַח, ab aculeo dicta) 1) *Fibula*, ornatus muliebris, Ex. 35, 22. 2) *Annulus domitorius*, aculeo instructus, Ez. 19, 4. 3) *Annulus per nares trajectitius*, Jes. 37, 29. Aff. חַחִי *Annulus meus*, 2 Reg. 19, 28. Pl. חַחִים *Annuli per maxillas trajectitii*, Ez. 29, 4. 19, 4. Hinc fortasse Germ. Haken.

חוּט m. *Filum, funis, funiculus tenuior*, Gen. 14, 23. Ar. خَيْط Idem; unde خاط Suit, consuit, conjunxit. Sic etiam

חוּט Chald. *Conjungere*. APH. Fut. pl. יְחִיטוּ *Conjungunt*, Esr. 4, 12.

I. חוּל *Morari, commorari; remanere, permanere; subsistere.* Sic etiam Ar. حال Retinuit, detinuit. IV. Constitit, substitit alicubi; resedit. Præt. pl. חָלוּ *Manserunt*, Thr. 4, 6. sed rectius *Potentes fuerunt*, a VI. חוּל, quod vide s. l. HIPH. הֵחִיל *Remanere fecit*, i. e. retinuit. Fut. יָחִיל *Retinebit*, Job. 20, 21. Al. a خال Conservavit; videl. Conservabit.

חוֹל m. *Sabulum, arena*; qs. sedimentum, i. e. gravitate sua remanens; Gen. 22, 17. Prov. 27, 3.

II. חוּל *Irruere.* Sic Ar. حال Insilivit; incubuit. KAL, Præt. 3 f. s. חָלָה *Irruat s. cadat*, Hos. 11, 6. Fut. יָחוּל *Irruet*, Jer. 30, 23. 23, 19. יָחֻלוּ *Irruant s. cadant*, 2 Sam. 3, 29.

III. חוּל *Præstolari, exspectare, sperare.* Ar. حال II. Convertit faciem ad aliquid. Præt. fem. חָלָה *Præstolata est*, Mich. 1, 12. HIPH. הֵחִיל *Idem.* Fut. וַיָּחֶל *& præstolatus est*, Gen. 8, 10. Pl. וַיָּחִילוּ *& exspectarunt*, Jud. 3, 25. PIH. חוֹלֵל *Idem.* Fut. וּתְחוֹלֵל *& præstoleris*, Job. 35, 14. HITHP. הִתְחוֹלֵל *Idem.* Imp. הִתְחוֹלֵל *Exspecta*; rectius Converte te ad illum, Ps. 37, 7. Part. מִתְחוֹלֵל *Imminens*; rectius Convertens se in gyrum, Jer. 23, 19.

IV. חוּל *Tremere, terrefieri, exhorrescere, timere; dolere.* Ar. حال Commotus fuit; aut هال Terruit, terrore perculit; it. Timuit. Hinc per Synecd. etiam חוּל *Parturire, parere*, q. d. tremere s. timere ad partum. Præt. חָלָה *Parturivit*, Jes. 54, 1. חַלְתִּי *Parturivi*, Jes. 23, 4. Pl. וְחָלוּ *& trement*, Devt. 2, 25. Inf. חוּל *Tremendo*, Ez. 30, 16. Imp. fem. חוּלִי *Parturi*, Mich. 4, 10. Fut. וַיָּחֹל *& tremuit*, Jer. 51, 29. PIH. חוֹלֵל *Peperit, enixa est; parere fecit*; hinc etiam *Dolore affecit*. Inf. חוֹלֵל *Parturire, parere*, Job. 39, 1. Part. מְחֹלֵל *Dolore afficiens*, Prov. 26, 10. intell.

tell. Multum offendit omnes, & qui conducit ſtultum, & qui conducit transgreſſores. Fut. תְּחוֹלֵל *Parit*, Prov. 25, 23. Aff. תְּחוֹלֶלְכֶם *Pariebat vos*, Jeſ. 51, 2. PYH. חוֹלַל *Editus, genitus fuit.* It. *Terrefactus eſt.* Præt. חוֹלָלְתִּי *Genitus ſum*, Pſ. 51, 7. Fut. יְחוֹלָלוּ *Terreſiunt*, Job. 26, 5. HIPH. הֵחִיל *Timere, contremiſcere, parturire fecit; dolore affecit*; it. *Timuit, contremuit.* Imp. plur. הִילוּ (pro הָחִילוּ) *Contremiſcite*, Pſ. 96, 9. Sed aliis eſt Imper. Kal a verbo חיל ע״י *Tremere.* Fut. וַיָּחֶל *& contremuit*, 1 Sam. 31, 3. יָחִיל *Contremiſcet* (Chethibh); ſed תָּחוּל *Dolebit* (Keri) Ez. 30, 16. וַתָּחֵל *& contremuit*, Pſ. 97, 4. Pl. יָחִילוּ *Dolore afficiunt*, Pſ. 10, 5. al. Doloſæ ſunt, videl. viæ ejus, ut Ar. حُوَّل Verſutus. HOPH. הוּחַל *Genitus fuit.* Fut. יוּחַל *Gignetur*, Jeſ. 66, 8. HITHP. הִתְחוֹלֵל *Trepidavit, anxius fuit.* Part. מִתְחוֹלֵל *Trepidans*, Job. 15, 20. it. הִתְחַלְחַל *Tremore affectus fuit* ſ. *affecit ſe.* Hinc Fut. וַתִּתְחַלְחַל *& tremore affecta fuit*, Eſth. 4, 4.

חִיל m. *Tremor*, Ex. 15, 14. it. *Dolor*, Pſ. 48, 7.

חִילָה f. *Idem*, Job. 6, 10.

חוֹלָה f. 1) *Parturiens*, Jer. 4, 31. 2) *Dolorificum*, Eccl. 5, 12.

V. חול *Saltare, chorum ducere*; ut Ar. حال In gyrum ſe convertit, in orbem ivit; ſaliit. Inf. חוּל *Saltare*, Jud. 21, 21. Vide etiam חלל.

מָחוֹל m. *Chorus, chorea*, Pſ. 149, 3. cſt. מְחוֹל Jer. 31, 4. Aff. מְחֹלֵנוּ *Chorea noſtra*, Thr. 5, 15.

מְחוֹלָה f. *Idem.* cſt. מְחֹלַת Cant. 7, 1. (al. 6, 12.) Pl. מְחֹלוֹת *Choreæ*, Ex. 32, 19.

VI. חול. Ar. حال Vi polluit, potens, validus fuit; unde Æthiop. *Hajala*, Prævaluit; atque hinc *Hajyly*, Virtus, potentia, vis; it Ar. حَيْلٌ Idem. Hinc KAL, Præt. חָלוּ *Potentes fuerunt*, i. e. cui deſtruendæ non vim adhibuerunt manus, Thr. 4, 6. PIH. Præt. חוֹלְלָה *Effecit, formavit*, Job. 26, 13. Part. cum Aff. מְחוֹלֶלְךָ *Formans* ſ. *effector tuus*, Devt. 32, 18.

חֵל & חֵיל m. 1) *Exercitus*, 2 Reg. 18, 17. Obad. v. 20. Sic etiam Syr. ܚܝܠܐ & ܚܝܠܐ Exercitus. 2) *Propugnaculum, antemurale*, 1 Reg. 21, 23. Ar. حَوْلٌ Id. Al. Foſſa; ſuburbanum.

חַיִל m. in gen. *Virtus*; hinc *Integritas animi; fortitudo;*

 robur,

robur, *vires*; *potentia*; *opes*, *divitiæ*; *acies*, *exercitus*, *copia*. Hinc forsan Germ. Heil. cst. חֵיל Ex. 14, 28. Aff. חֵילִי *Opes mea*, Job. 31, 25. Plur. חֲיָלִים *Vires*, Eccl. 10, 10. *Exercitus*, 1 Reg. 15, 20. Aff. חֵילֵיהֶם *Opes suas*, Jes. 30, 6.

חֵיל m. Chald. *Idem*. cst. חֵיל Dan. 4, 32. Aff. חֵילֵהּ *Exercitus ejus*, Dan. 3, 20.

VII. חול. Ar. حال Intercessit inter duo. Hinc

חֵיל & חֵל m. 1) *Vallis*, Jes. 26, 1. 2) *Fossa*, Nah. 3, 8. Al. Antemurale.

VIII. חול secundum nonnullos pro Ar. خال Conservavit, recte administravit. HIPH. Fut. יָחִיל *Conservabit*, Job. 20, 21. Vide tamen etiam I. חול.

חום. Conv. cum חמם; Ar. حمّ Fervefecit; accendit. It. حمم Carbo evasit; Niger fuit. Hinc

חוּם m. *Nigrum*, *fuscum*, qf. igne adustum, Gen. 30, 32.

חוֹמָה *Murus*; vid. חמה.

חון. Ar. خون Decipere. Hinc

חִין m. *Fraus*, Job. 41, 4. חִין עֶרְכּוֹ *Fraus* (i. e. ad fraudem) *dispositio ejus*. Al. Gratia.

חוס *Misereri*, *parcere ex commiseratione*. Ar. حسّ Fut. I. Amore, sympathia, misericordia affectus fuit. Syr. ܚܣ Id. quod Hebr. Rom. 11, 21. Præt. חַסְתָּ *Misertus es*, Jon. 4, 10. Imp. cum ה parag. חוּסָה *Parce*, Joël. 2, 17. Fut. יָחֹס & יָחוֹס *Parcet*, Pf. 72, 13. Jer. 21, 7. תָּחוֹס *Parces*, Ez. 9, 5. וַיָּחָס & *pepercit*, 1 Sam. 24, 10.

חוף f. חִיף; Ar. حاق II. In latere s. ora cepit rem, scil. significatione a nomine petita. Hinc

חוֹף m. *Littus*, Jos. 9, 1. Ar. حوف Ora; ripa.

חוץ. Significatione a verbo Ar. حصّ petita, Divulsit alterum ab altero. Hinc

חוּץ m. *Pars exterior*; *exterius*, Gen. 19, 16. Inde *Platea*, *vicus*, Jer. 37, 21. *Foris*, Lev. 18, 9. *Præter*, seq. מִן, Eccl. 2, 25. unde fortasse Aussen, ausser. *Ultra*, *magis quam*, Eccl. 2, 25. עַל־פְּנֵי חוּץ *In publico*. אֶל־הַחוּץ, הַחוּצָה, חוּצָה, לַחוּץ *Foras*. בַּחוּץ

בחוץ *Foris.* מחוץ *Extra*, *extrinsecus*. Pl. חוצות & חֻצוֹת 1) *Plateæ*, *vici*, *limites*, Jes. 51, 20. 1 Reg. 20, 34. 2) *Pascua nomadum*, Ps. 144, 13.

חיצון m. *Exterior*, *exterius*, Ez. 41, 17. cum ה locali חִיצוֹנָה 2 Chr. 33, 14.

חַיִץ m. *Paries exterior*, Ez. 13, 10. Ar. حائط Idem.

I. חוק Inf. *Statuere*, Prov. 8, 27. 29. dicitur pro חוק a חקק, quod vid. s. l. Sed

II. חוק. Ar. حاق Cinxit, circumdedit; Descendit in eum; it. Immisit. Hinc

חֵיק & חֵק m. 1) *Sinus*, *gremium*, i. e. quivis amiculi aut lecti sinus, quo quis ab altero proxime ad ejus pectus excipitur, Exod. 4, 7. 1 Reg. 3, 20. Aff. חֵיקִי *Sinus meus*, 1 Reg. 3, 20. 2) *Pectus* s. *cor*, Ps. 35, 13. 3) *Quivis sinus rei*, 1 Reg. 22, 35.

חָוַר *Palluit.* Fut. pl. in pausa יֶחֱוָרוּ *Pallescent*, Jer. 29, 22. Ar. حار Albus, candidus fuit. Hinc

חִוָּר m. Chald. *Album*, *candidum*, Dan. 7, 9.

חור m. *Candidum linum* s. *carbasum*. Scribitur etiam חֻר, Esth. 1, 6. 8, 15. Al. perperam Foraminosum. Aliud חֹר vid. חרר III.

חֹרִי m. Gen. 40, 16. secundum nonnullos Candor, albedo; aliis contra Tostum s. pistum, a Rad. חרר quod vid. s. l. At certe denotat *Foraminosum* i. e. foraminosi operis, a חרר III. quod vid. s. l. non secus atque חֹרִי Jes. 19, 9. dicit Retia; & חֹרִי Troglodytam.

I. חוש 1) *Festinavit.* (Ar. حاش & خاش pro حيش & خيش Properavit eundo. Accelerare curavit aliquem. It. pro حوش (i. e. cum quiescente ו) Concitavit, in retia egit prædam, propulit camelos. V. Erubuit. VII. Territus fugit.) 2) *Expavit*, *exterritus fuit*, ut & Ar. حيش. Præt. חַשְׁתִּי *Festinavi*, Ps. 119, 60. Part. חָשׁ *Festinans*, Devt. 32, 35. Imp. cum ה parag. חוּשָׁה *Festina*, Ps. 38, 23. Altera forma חִישָׁה sec. Chethibh Ps. 71, 12. est a rad. חִישׁ pro חוש. Fut. וַתָּחַשׁ pro וַתָּחָשׁ *& festinavit*, Job. 31, 5. HIPH. הֵחִישׁ *Idem*; nec non *Acceleravit*, *maturavit*. Præt. pl. הֵחִישׁוּ *Festinarunt*, Jud. 20, 37. Fut. cum ה parag. אָחִישָׁה *Accelerabo*, Ps. 55, 9. Aff. אֲחִישֶׁנָּה *Accelerabo illud*, Jes. 60,

60, 22. יָחִישׁ (non) *Expavescet, erubescet* (a حوش) Jes. 28, 16. Al. Fugiet.

חִישׁ Imp. *Cito, festine, celeriter*, Ps. 90, 10.

חוּשׁ m. 1) *Celer, festinus*; unde Pl. חָשִׁים *Celeres*, Num. 32, 17. 2) Inf. Job. 20, 2. וּבַעֲבוּר חוּשִׁי בִי *& propter concitare* (impulsum) *meum in me*. Alii alia.

II. חוּשׁ, Ar. خوث Repletus f. Magno ventre f. Hinc Fut. יָחוּשׁ *Quis repletur* (magis) *excepto me*, Eccl. 2, 25.

חַשְׁמַל m. LXX. ἤλεκτρον, electrum, Ez. 1, 4. 27. 8, 2. quod nonnulli huc referunt, qs. compositum esset ex חַשׁ Festina, & חֲמַל parce sc. Deus, i. e. Fulmen ardens, vid. Hilleri Onomast. p. 31. pertinet potius ad Ar. حشّ Accendit, & ملّ Pruna ignis, i. e. *Candens pruna ignis*. Al. Aes candens.

חות (Ar. خات In prædam se demisit collapsusque fuit, v. g. accipiter. Rapuit.) *Irruere, illabi*. Fut. cum ן parag. יְהִיתֻן *Irruet*, Hab. 2, 17.

I. חָזָה *Vidit, intuitus est; providit, prospexit, respexit, contemplatus est*. (Unde videtur esse Ar. حذى Sedit ex adverso rei.) Constr. cum Acc. & Part. מִן & בְּ. Præt. חָזִיתִי *Vidi*, Job. 15, 17. Aff. חֲזִיתִיךָ *Vidi te*, Ps. 63, 3. Inf. cst. חֲזוֹת *Videre*, Ez. 21, 34. Imp. חֲזֵה *Vide*, Jes. 33, 20. Pl. חֲזוּ *Videte*, Jes. 30, 10. Fut. אֶחֱזֶה *Videbo*, Ps. 17, 15. per Apoc. in pausa אֶחַז Job. 23, 9. וְיֶחֱזֶה *& videbit*, Mich. 4, 11. Pl. יֶחֱזוּ, & in pausa cum ן parag. יֶחֱזָיוּן *Videbunt*, Ps. 11, 4. Jes. 26, 11.

חֲזָה & חֲזָא Chald. *Idem*, Dan. 7, 1. 4, 20. Part. חָזֵה *Videns*, Dan. 2, 31. Peh. חֲזֵה *Visum fuit*, Dan. 3, 19. Inf. מֶחֱזָא *Videre*, Esr. 4, 14. Conv. fortasse etiam Ar. حصى Intellectu ac mente valuit; it. Scivit, novit; Schindlerus, Vidit.

חֹזֶה m. *Videns, Propheta*, Ez. 12, 27. 1 Chr. 29, 29. cst. חֹזֵה 1 Chr. 21, 9. Pl. חֹזִים *Videntes, Prophetæ*, Jes. 30, 10. 47, 13. it. חוֹזָי 2 Chr. 33, 19.

חֵזוּ, חֶזְוָא m. Chald. *Visio, adspectus, species*, Dan. 2, 19. Aff. חֶזְוֵהּ *Adspectus ejus*, Dan. 2, 19. Pl. cst. חֶזְוֵי *Visiones*, Dan. 7, 2.

חָזוֹן m. *Visio*, Ez. 7, 26. cst. חֲזוֹן Jes. 1, 1.

חִזָּיוֹן

חָזוֹן m. *Idem*, Job. 33, 15. Aff. חֶזְיֹנוֹ *Viſio ejus*, Zach. 13, 4.

חֶזְיֹנָה f. *Idem*. Pl. חֶזְיֹנוֹת *Viſiones*, Joël. 3, 1.

חִזָּיוֹן m. *Idem*, Jeſ. 22, 1. ſcil. ubi vallis Moria ſ. Hieroſolymorum dicitur Vallis viſionis, quia olim Deus ibi Abrahamo & Davidi apparuit Gen. 22, 1. 2 Chr. 3, 1. ſimul vero etiam alluſione ad verbum Ar. خزي Pudore affecit, facta, das Schandthal; quia ibi idola humanis ſacrificiis culta fuerunt, Michaëlis Suppl. nr. 702.

חָזוּת f. *Viſio*, 2 Chr. 9, 29.

חֲזוֹת f. Chald. *Idem*. Aff. חֲזוֹתֵהּ *Viſio ejus*, Dan. 4, 8.

מַחֲזֶה m. *Viſio*, *adſpectus*, Gen. 15, 1. cſt. מַחֲזֵה Num. 24, 4.

מֶחֱזָה f. *Feneſtra*, *proſpectus*, 1 Reg. 7, 5.

חזה. Ar. حذا (fortaſſe a Vidit dictum) Sedit ex adverſo rei. II. E regione fuit, reſponditve; unde etiam حذا & حُذُو Ex adverſo. Hinc

חָזֶה m. (Chald. חֲדִי, Syr. ܚܕܝܐ Id.) *Pectus*, h. e. pars adverſa. Opp. Tergum, pars averſa; Ex. 29, 26. cſt. חֲזֵי ib. v. 27.

חָזָה f. unde Pl. חָזוֹת *Pectora*, Lev. 9, 20. 21.

חָזוּת f. *Conſpectus*, Jeſ. 21, 2. Dan. 8, 5. 8. ſcil. omiſſo בְּ, in conſpectu, Angeſichts, vor mir. Al. Viſionis ſ. conſpicuum. Al. Magnum. Arab. per modum Partic. حذوة In conſpectu, e regione.

II. חזה ſignificatione forſan a خاى petita, unde III. خاوى Conſenſit, concordavit. VI. Pactum foedusve inivit; ſeu a Proſpexit, i. e. cavit ſibi; Pactum ſ. foedus iniit; ſtipulatione cavit ſibi. Unde

חָזֶה m. *Pactum*, *fœdus*, *ſtipulatio*, Jeſ. 28, 15.

חָזוּת f. pro חָזוּת, *Idem*. Aff. חָזוּתְכֶם *Fœdus veſtrum*, Jeſ. 28, 18. LXX. διαθήκη. Chald. שְׁלָם.

מָחוֹז m. *Terminus*, *portus*, *provincia*, Pſ. 107, 30. quod nonnulli huc referunt, pertinet ad חוז, quod vid. ſ. l.

חזו. Ar. هز Movit, agitavit, quaſſit. Hinc

חֲזִיז m. Idem, quod Arab. هزيز *Fragor* ſ. *murmur tonitru*. Cſt. חֲזִיז Job. 28, 26. Pl. חֲזִיזִים *Murmura tonitru*, Zach. 10, 1. LXX. φάντασμα, concuſſio; κυδοιμός, tumultus. Symm. κτύπος, it. ψόφος, fragor. Vid. etiam Job. 38, 25. Al. Fulgur.

חָזִיק

חָזַק (Ar. حزق Constrinxit, compressit; hinc Firmavit, corroboravit) 1) *Adstrinxit, constrinxit; obstrinxit se*, Jes. 22, 21. 28, 22. Hinc 2) *Invaluit, prævaluit. Validus, fortis, roboratus, confirmatus, obfirmatus fuit*, Gen. 41, 57. 3) *Apprehendit*, qs. constrinxit manu, Gen. 21, 18. KAL, Præt. וְחָזַקְתָּ *& confirmaberis*, 1 Reg. 2, 2. Aff. חֲזַקְתַּנִי *Prævaluisti mihi*, Jer. 20, 7. Inf. c. Aff. חָזְקָהּ (ut) *Confirmetur illud*, Ez. 30, 21. & sine Mappik 2 Reg. 12, 14. Imp. duplex חֲזַק וַחֲזָק *Confirma, confirma, inquam, te*, Dan. 10, 19. Fut. וַיֶּחֱזַק *& prævaluit*, Dan. 11, 5. Pl. תֶּחֶזְקוּ *Confirmemini*, Devt. 11, 5. PIH. חִזֵּק *Firmavit, confirmavit, obfirmavit, obduravit; fortificavit, roboravit; restauravit*, 2 Chr. 29, 3. Præt. וְחִזַּקְתִּי *& roborabo*, Ez. 30, 24. Part. מְחַזֵּק *Obfirmans*, Ex. 14, 17. Inf. חַזֵּק *Roborare*, Esr. 6, 22. Imp. חַזֵּק *Confirma*, Devt. 1, 38. Fut. אֲחַזֵּק *Obfirmabo*, Ex. 4, 21. HIPH. הֶחֱזִיק 1) *Invaluit, confirmavit se*, 2 Chr. 26, 8. 2) cum בְּ *Tenuit, apprehendit, comprehendit, retinuit*, Job. 27, 6. 3) *Instauravit*, Neh. 3, 31. Præt. fem. הֶחֱזִיקָה *Prehendit*, Devt. 25, 11. Aff. הֶחֱזִיקַתְהוּ *Prehendit eum*, Jer. 50, 43. וְהֶחֱזַקְתָּ *& apprehendes*, i. e. subvenies, Lev. 25, 35. הֶחֱזַקְתִּי & הֶחֱזַקְתִּי *Instauravi*, Neh. 5, 16. *Confirmavi*, Ez. 30, 25. Part. מַחֲזִיק *Retinens*, Job. 2, 3. Inf. הַחֲזִיק *Confirmare*, 2 Reg. 15, 19. Aff. הַחֲזִיקִי *Cum ego prehenderem*, Jer. 31, 32. Imp. הַחֲזֵק *Prehende*, Prov. 4, 13. Fem. הַחֲזִיקִי Gen. 21, 18. Fut. וְאַחֲזֵק *& apprehendi*, Jes. 42, 6. יַחֲזֵק & יַחֲזִיק *Apprehendet*, Job. 8, 20. Jes. 27, 5. HITHP. הִתְחַזֵּק *Confirmavit, fortificavit se*, 2 Chr. 13, 7. Part. מִתְחַזֵּק *Confirmans se*, 2 Sam. 3, 6. Inf. הִתְחַזֵּק *Confirmare se*, 2 Chr. 13, 8. Imp. הִתְחַזֵּק *Confirma te*, 1 Reg. 20, 22. Fut. יִתְחַזֵּק & יִתְחַזַּק *Confirmabit se*, Gen. 48, 2. 2 Chr. 21, 4.

חָזָק m. *Validus, valens; fortis, robustus; vehemens*, Num. 13, 31. Pl. חֲזָקִים *Validi*, Jud. 18, 26. cst. חִזְקֵי Ez. 3, 7. Fem. חֲזָקָה *Valida; fortis, robusta; vehemens*, Ez. 20, 33.

חָזֵק m. *Invalescens*, 2 Sam. 3, 1.

חֵזֶק m. *Firmitas*. Aff. חִזְקִי *Firmitas mea*, Pf. 18, 2.

חֶזְקָה f. *Robur*. cst. חֶזְקַת Jes. 8, 11. Aff. חֶזְקָתוֹ *Robur ejus*, 2 Chr. 26, 16.

חֹזֶק m. *Robur*, Hagg. 2, 22. Aff. חָזְקֵנוּ *Robur noſtrum*, Am. 6, 13.

חָזְקָה f. *Idem*. בְּחָזְקָה *Vehementer, fortiter, valide, violente*, Jud. 8, 1.

חזר. Ar. خزر Anguſtis oculis fuit. Unde

חֲזִיר m. Ar. خنزير *Porcus, ſus*, Pſ. 80, 14.

חָטָא (Ar. خطئ Peccavit, deliquit, crimine; unde etiam خطاء Peccatum) *Peccavit;* propr. Aberravit a ſcopo ſ. via a vero. Conſtr. cum ב & ל. Præt. fem. חָטְאָה *Peccavit*, Thr. 1, 8. in pauſa חָטָאָה Jer. 50, 14. Part. חֹטֵא *Peccans*, Prov. 11, 31. & חֹטֶא Eccl. 8, 12. Pl. חֹטאִים (pro חֹטְאִים) *Peccantes*, 1 Sam. 14, 33. Fem. חֹטֵאת (pro חֹטֵאת) Ez. 18, 4. Inf. חֲטוֹא *Peccare*, Lev. 5, 22. & ſine א, חֲטוֹ Gen. 20, 6. Aff. חֲטֹאתוֹ *Peccare ejus*, Ez. 33, 12. Fut. תֶּחֱטָא *Peccabis*, Job. 5, 24. PIH. חִטֵּא *Peccatum abſtulit; mundavit, purgavit a peccato, expiavit, a reatu liberavit.* 2) *Luit*, Gen. 31, 39. 3) *Fecit peccatum ſ. victimam pro peccato*, Lev. 9, 15. Præt. c. Aff. וְחִטְּאוֹ *& expiabit eum*, Num. 19, 19. Part. מְחַטֵּא *Faciens victimam pro peccato*, Lev. 6, 19. Inf. חַטֵּא *Expiare*, Lev. 14, 49. Fut. c. Aff. אֲחַטֶּנָּה pro אֲחַטְּאֶנָּה *Luam illud*, Gen. 31, 39. תְּחַטְּאֵנִי *Expies me*, Pſ. 51, 9. HIPH. הֶחֱטִיא & הֶחֱטִי *Peccare fecit, ad peccandum induxit*, 2 Reg. 3, 3. c. 13, 6. Part. pl. cſt. מַחֲטִיאֵי *Peccare facientes*, Jeſ. 29, 21. Inf. הַחֲטִי & הַחֲטִיא *Ad peccandum inducere*, Eccl. 5, 5. Jer. 32, 35. Fut. תַּחֲטִיא *Peccare facies*, Devt. 24, 4. יַחֲטִיא & יַחֲטִא *Peccare faciet*, 2 Reg. 21, 11. Jud. 20, 16. HITHP. Fut. יִתְחַטָּא *Purificabit ſe a peccato*, Num. 19, 13.

חֵטְא pro חֵטְא m. *Peccatum*, Devt. 23, 22. Aff. בְּחֶטְאוֹ *In peccato ſuo*, Num. 27, 3. f. חֲטָאָה pro חֲטָאָה Num. 15, 28. Pl. חֲטָאִים *Peccata*, Eccl. 10, 4. cſt. חֲטָאֵי Ez. 23, 49. Aff. חֲטָאֵיכֶם *Peccata veſtra*, Jeſ. 1, 18.

חֲטָאָה f. *Idem*, Ex. 32, 31.

חַטָּא m. Pl. חַטָּאִים *Peccatores*, Num. 32, 14. cſt. חַטָּאֵי Am. 9, 10. Aff. חַטָּאֶיהָ *Peccatores ejus*, Jeſ. 13, 9. Fem. חַטָּאָה *Peccatrix*, Am. 9, 8.

חַטָּיָה f. *Peccatum*, Ex. 34, 7. *Reatus*, Jes. 5, 18. 2) Meton. *Sacrificium pro peccato*, Ez. 45, 23. Pl. חַטָּאוֹת *Peccata*, 2 Reg. 12, 17. cst. חַטֹּאת & חַטֹּאות (pro חַטָּאוֹת) 2 Reg. 13, 2. Mich. 1, 5. Aff. חַטֹּאתֵינוּ *Peccata nostra*, 1 Sam. 12, 19.

חֲטָא m. CHALD. unde Pl. חֲטָאִין *Peccata*. Aff. חֲטָיָךְ (abjecto א) *Peccata tua*, Dan. 4, 24.

חַטָּאָה vel חַטָּיָה f. CHALD. *Sacrificium pro peccato*, Esr. 6, 17.

חַטָּאת pro חַטָּאַת f. *Peccatum*, Num. 12, 11. *Poena peccati; sacrificium pro peccato*, spec. expiatorium, piamentum, Lev. V totum. Vid. etiam retro אָשָׁם. Semel legitur חַטָּת Num. 15, 24. Aff. חַטָּאתִי *Peccatum meum*, Gen. 31, 36.

חֲטָאת pro חַטָּאת f. *Peccatum*, *culpa*, *poena peccati*, Ex. 5, 16.

חַטֹּאת f. *Idem*, 1 Sam. 2, 17. Zach. 13, 1.

I. חָטַב (Ar. حطب Lignatus fuit, collegit ligna) *Cecidit*, *secuit*, *putavit ligna*. Part. חֹטֵב *Cædens*, Devt. 29, 10. Inf. cst. לַחְטֹב *ad cædendum*, Devt. 19, 5. Fut. pl. יַחְטְבוּ *Cædent*, Ez. 39, 10. PYH. חֻטַּב *Excisus fuit*. Part. pl. fem. מְחֻטָּבוֹת *Excisæ*, Ps. 144, 12.

II. חטב. Ar. خطب Colore rubro & flavo, cinericeo & terreo mixtis præditus fuit. IV. Flavum evasit, lineis viridibus præditum. Hinc

חֲטֻבוֹת Pl. f. (Part. Pah. a Sing. חָטוּב) Prov. 7, 16. *Stragula coloribus variis intertexta*, *& acu pictoris arte exornata*. Al. Ligna affabre ornata; male!

חִטָּה f. *Triticum*; vid. חנט.

חָטַם *Designavit*, *conspicuum reddidit*; convenienter cum Ar. خطم Lineis signavit; unde etiam خطام Signum. Fut. וּתְהִלָּתִי אֶחֱטָם־לָךְ *& laudem s. gloriam meam conspicuam reddam tibi*, Jes. 48, 9. Al. Obsignavit, s. obsignatam asservavit, ut Syr. & Ar. Al. Adduxit, ut LXX. & Ar. Londin. Al. continuit, cohibuit, refrænavit se, ut Vulg. Coccej. & alii. Michaëlis, Fræno tibi; incongrue!

חָטַף *Rapuit*, *diripuit*. Præt. pl. וַחֲטַפְתֶּם *& rapietis*, Jud. 21, 21. Inf. cst. חֲטוֹף *Rapere*, Ps. 10, 9. Fut. יַחְטֹף *Rapit*, ib. Syr. ܚܛܦ, ut & Ar. خطف Idem.

חטר.

חטר. Ar. خطر. In dextram & finistram jactavit; unde خطر Ramus. Hinc

חֹטֶר m. *Virga, baculus; virga censoria*, Prov. 14, 3. Jes. 11, 1. Syr. ܚܘܛܪܐ Virga, fustis, sceptrum, Hebr. 11, 21.

חָיָה (Ar. حيي Vixit, Rom. 1, 17.) *Vixit, revixit, revaluit.* Præt. וְחָיָה pro וְחָיְתָה *& vivat*, Ex. 1, 16. וְחָיִיתָ & וְחָיִתָה *& vives*, Devt. 30, 16. Jer. 38, 17. Pl. חָיוּ *Vixerunt*, Num. 4, 19. וִחְיִיתֶם *& vivetis*, Ez. 37, 5. Inf. abs. חָיֹה & חָיוֹ *Vivendo*, 2 Reg. 8, 10. Ez. 3, 21. constr. לִחְיוֹת *ad vivendum*, Ez. 33, 12. Aff. עַד־חֲיוֹתָם *donec viverent* i. e. convalescerent, Jos. 5, 8. Imp. וֶחְיֵה *& vive*, Gen. 20, 7. Fem. חֲיִי Ez. 16, 6. Pl. וִחְיוּ *& vivite*, Gen. 42, 18. Fut. אֶחְיֶה *Vivam*. 2 Reg. 1, 2. יִחְיֶה *Vivet*, Gen. 17, 18. apoc. יְחִי *Vivat*, 1 Sam. 10, 24. in pausa יֶחִי Jes. 38, 21. cum Præf. וַיְחִי *& vixit*, Gen. 5, 3. Pl. תִּחְיוּן *Vivetis*, Devt. 4, 1. PIH. חִיָּה *Viventem præbuit; vitæ restituit; in vita conservavit.* Metaph. *Restauravit*, 1 Chr. 11, 8. Præt. f. c. Aff. חִיָּתְנִי *Vivificavit me*, Ps. 119, 50. 2 p. m. c. Aff. חִיִּיתַנִי *Vivum servasti me*, Ps. 30, 4. Pl. חִיּוּ *In vita conservarunt*, Jud. 21, 14. Part. מְחַיֶּה *In vita conservans*, Neh. 9, 6. Inf. חַיּוֹת *In vita conservare*, Gen. 7, 3. Imp. c. Aff. חַיֵּנִי *Vivifica me*, Ps. 119, 25. חַיֵּיהוּ *Vivifica illum*, Hab. 3, 2. Fut. c. Aff. תְּחַיֵּינוּ *Vitæ restitues nos*, Ps. 85, 7. HIPH. הֶחֱיָה *Vitæ restituit; in vita conservavit.* Præt. הֶחֱיֵיתִי *In vita conservavi*, Num. 22, 33. הֶחֱיִתָנוּ *In vita conservasti nos*, Gen. 47, 25. Pl. הַחֲיִתֶם *In vita conservavissetis*, Jud. 8, 19. Inf. הַחֲיוֹת *In vita conservare*, Gen. 6, 19. & הַחֲיֵה Jos. 9, 20. Aff. הַחֲיֵנִי *In vita conservando me*, Jes. 38, 16. Imp. pl. הַחֲיוּ *Vivos conservate*, Num. 31, 18.

חֲיָא, חֲיָה Chald. *Idem.* Imp. חֱיִי *Vive*, Dan. 2, 4. APH. Part. מַחֵא pro מַחְיֵא *Vivificans*, Dan. 5, 19.

חָיֶה f. *Viva*. Pl. חָיוֹת (ad formam כָּלוֹת) *Vividæ*, Ex. 1, 19. Al. Obstetrices. Vid. etiam חַיָּה.

חַי m. (pro חָיֶה) 1) *Vivens, vivus*, Gen. 11, 14. 2) *Felix*, 1 Sam. 25, 6. Ez. 20, 11. Lev. 13, 10. sec. Michaëlis Rubens; sed præter rem! 3) *Tribus, familia*, (ut Ar. حي) Ps. 58, 10. חַי יְדוָּה *Deum*

Deum teſtor immortalem; formula jurantis, 1 Sam. 20, 3. cſt. חֵי Dan. 12, 7. Pl. חַיִּים 1) *Vivi, æ, a*, Gen. 26, 19. 2) *Vita*, Gen. 2, 7. Semel חַיִּין Job. 24, 22. cſt. חַיֵּי Dan. 12, 2. Aff. חַיֶּיךָ *Vita tua*, Gen. 3, 14. Fem. חַיָּיְכִי in pauſa (more Chaldaico) Pſ. 103, 4. חַיַּי *Vita mea*, Job. 9, 21.

חַי, חַיָּא m. *Vivens*, Dan. 4, 31. 6, 21. Pl. חַיִּין *Viventes*, Dan. 7, 12. Emph. חַיַּיָּא Dan. 2, 30. cſt. חַיֵּי Eſr. 6, 10.

חַיָּה f. 1) *Viva*, Lev. 14, 6. 2) *Vivax, vivida*, 2 Sam. 23, 11. 3) *Vita*, Pſ. 143, 3. Hinc עֵת חַיָּה *Tempus vitæ*, i. e. quo partus poſt conceptionem vivus naſci poteſt, Gen. 18, 10. 14. 2 Reg. 4, 16. 17. Michaëlis, Annus redivivus. 4) *Animal, animans*, Pſ. 104, 25. 5) *Fera, beſtia*, Pſ. 74, 19. 6) *Coetus, caterva; copiæ, caſtra*, 2 Sam. 23, 11. 13. coll. 1 Chr. 11, 15. Ar. حيّ Coetus ſimul habitantium; it. Vicus tuguriorum in orbem, ut caſtra, diſpoſitorum. 7) *Victus*, Ez. 7, 13. cſt. חַיַּת Gen. 18, 10. & pro eo חַיְתוֹ Pſ. 104, 11. Aff. חַיָּתוֹ *Beſtia ejus*, Jeſ. 40, 16. Pl. חַיּוֹת *Animantia*, Pſ. 104, 25. חַיּוֹת pro כַּחַיּוֹת *ſicut feræ*, Ex. 1, 19. Hillerus; ſed Michaëlis, Obſtetrices, qſ. Vivificantes. Vide etiam ſupra חיה.

חַיְוָה & חֵיוָא f. Chald. *Beſtia*, Dan. 7, 5. 4, 13. Emph. חֵיוְתָא Dan. 4, 11. cſt. חֵיוַת ib. v. 9. Pl. חֵיוָן *Beſtiæ*, Dan. 7, 3. Emph. חֵיוָתָא ib. v. 17.

חַיּוּת f. *Vita*, 2 Sam. 20, 3.

חַוָּה f. *Eva*, qſ. vivificans, Gen. 3, 20.

חַוּוֹת Pl. f. *Vicus tuguriorum*, a حوى Congregavit; unde etiam حِوَآء Pl. أَحْوِيَة Complura tuguria inter ſe propinqua; qualia Arabum campeſtrium eſſe ſolent. Num. 32, 41. Devt. 3, 14.

מִחְיָה f. *Victus, commeatus*, Eſr. 9, 8. Jud. 17, 10. *Color vitalis* f. locus colorem vitæ referens, Lev. 13, 10. cſt. מִחְיַת Lev. 13, 10. Aff. מִחְיָתֶךָ *Victus tuus*, Jud. 17, 10.

חַיִל m. *Robur*; vid. חול.

חין. Ar. حان pro حين Periit. Hinc HOPH. Fut. יֻחַן *Diſperdatur*, Jeſ. 26, 10. Vid. etiam חנן.

חַיִץ Paries exterior; vid. חוץ.

חִירָה Caverna; vid. חור.

חָכָה חכה *Exspectavit; præstolatus, moratus est.* LXX. μένειν, ἐμμένειν, ὑπομένειν; nec non ἱμείρεσθαι desiderare. Confine est Arab. حكى Res in pectore meo mansit stabilis. Firmius adhæsit cordi meo. Constr. c. ל. Part. pl. חֹכֵי *Exspectantes*, Jes. 30, 18. PIH. חִכָּה *Idem*, Job. 32, 4. Part. מְחַכֶּה *Præstolans*, Dan. 12, 12. cst. מְחַכֵּה Jes. 64, 3. Inf. כְּחַכֵּי (pro כְּחַכֵּה) *secundum exspectare*, i. e. sicut turmæ (prædonum) exspectant hominem, Hos. 6, 9. Alii, quod rectius videtur: Sicut murices; quod vid. mox. Imp. חַכֵּה *Exspecta*, Hab. 2, 3. Fut. יְחַכֶּה *Exspectabit*, Jes. 30, 18.

חכך. Chald. חֲכַךְ Fixit, infixit; unde significatione a verbo sequente parum abludente, scil. a verbo حكى Scalpsit, fricuit; unde etiam حكك Cum ungula vel calceus confrictus & ferme detritus est.

חַךְ m. (formæ דַּךְ) Pl. cst. חַכֵּי *Murices*; Germ. Fussangel, Hos. 6, 9.

חַכָּה f. (forte pro חֲנָכָה a حنك Palatum) *Hamus*, LXX. ἄγκιστρον Job. 40, 25.

חֵךְ m. (a Rad. Æthiop. *Hanaca*, Sapuit; unde etiam Arab. حنك Palatum; & Syr. ܚܢܟܐ Id.) 1) *Palatum*, Job. 12, 11. Aff. חִכִּי *Palatum meum*, Prov. 8, 7. 2) Synecd. *Os*, Hos. 8, 1.

חכל Ar. حكل Obscura fuit res; Confusus fuit. Quidni hinc חַכְלִילִי m. *Confusus* s. *suffusus* v. c. rubore oculorum a vino, Gen. 49, 12. Al. Lividus; tristis; male!

חַכְלִלוּת f. *Suffusio* v. g. oculorum rubens, sc. vitium oculorum, Prov. 23, 29.

חָכַם *Sapiens fuit, sapuit, sapienter egit.* It, *Judicavit*; nec non *Rexit*. Idem Ar. حكم Sapiens, doctus, spec. Philosophus fuit. Præt. fem. חָכְמָה Zach. 9, 2. Imp. חֲכַם *Sape*, Prov. 27, 11. Pl. in pausa חֲכָמוּ *Sapite*, Prov. 8, 33. Fut. cum ה parag. אֶחְכָּמָה *Sapiens ero*, Eccl. 7, 23. יֶחְכָּם (in pausa) *Sapiet*, Prov. 20, 1. c. 13, 20. Pl. in pausa יֶחְכָּמוּ *Sapient*, Job. 32, 9. PIH. חִכֵּם *Sapientem præbuit, reddidit; informavit*. Fut. יְחַכֵּם *Sapientes reddet*, Ps. 105, 22. PYH. Part. מְחֻכָּם *Sapiens factus; peritissimus, sapientissimus*, Ps. 58, 6. HIPH. Part. f. cst. מַחְכִּימַת *Sapientiam tribuens*, Ps. 19, 8. HITHP. Fut. תִּתְחַכַּם *Sapientem te*

præbebis, Eccl. 7, 16. Pl. cum ה parag. נִתְחַכְּמָה *Sapientes nos geremus*, Ex. 1, 10.

חָכָם m. 1) *Sapiens*, *peritus*, Prov. 3, 7. cft. חֲכַם Prov. 10, 8. Pl. חֲכָמִים *Sapientes*, Devt. 1, 13. cft. חַכְמֵי Job. 37, 24. Aff. חֲכָמָיו *Sapientes ejus*, Jes. 29, 14. 2) *Magus*, *incantator*. Cf. Ps. 58, 6. Ar. حكيم Id.

חַכִּימִין m. pl. Chald. *Sapientes*, Dan. 2, 21. cft. חַכִּימֵי ib. v. 12. Emph. חַכִּימַיָּא ib. v. 13.

חֲכָמָה f. *Sapiens*, 2 Sam. 20, 16. cft. חַכְמַת Ex. 35, 25. Pl. חֲכָמוֹת *Sapientes*, Jer. 9, 16. cft. חַכְמוֹת Prov. 14, 1.

חָכְמָה f. *Sapientia*, Prov. 3, 13. cft. חָכְמַת Jes. 33, 6. Plur. חָכְמוֹת *Sapientia summa*, Prov. 1, 20. it. *Judicia sapientum*, Prov. 24, 3.

חָכְמָה f. Chald. *Idem*, Dan. 5, 11. cft. חָכְמַת Esr. 7, 25. Emph. חָכְמְתָא Dan. 2, 23. Ar. حكمة Idem.

חלא. Ar. حلا Scalpsit, defricuit, decorticavit, derasit; unde etiam حل Crusta s. crustæ. Hinc

חֶלְאָה־ f. חֶלְאָתָה (cum ה augment.) f. (a masc. inusit. חֶלְא) qs. deradendum, defricandum, i. e. *Rubigo* (non aerugo) *cupri*, ollæ intus adhærescens, Ez. 24, 6. Aff. חֶלְאָתָהּ *Rubigo ejus*, Ez. 24, 6. 11. Recte LXX. Rubigo cupri, ἰός. Al. Spuma; al. Sordes.

חלב. Ar. حلب Mulsit. Hinc

חָלָב m. Ar. حلب *Lac recens*, Ex. 3, 8. Aff. חֲלָבֵךְ *Lac tuum*, Ez. 25, 4.

חָלָב m. Ar. حليب *Idem*. cft. חֲלֵב Prov. 27, 27.

חֵלֶב m. 1) *Adeps*, *pinguedo*. Ex. 23, 18. Dicitur etiam חֵלֶב Jes. 34, 6. Aff. חֶלְבָּמוֹ (סָגְרוּ) *Pinguedinem suam* (oppleverunt), Ps. 17, 10. (Ar. خلب Septum cordis & hepatis; hujusve pars, aut album quid iis adhærens.) 2) *Optimum*, *electum cujusque rei*, Num. 18, 12. 29. Pl. חֲלָבִים *Adipes*, Lev. 9, 19. cft. חֶלְבֵי Lev. 6, 5. Aff. חֶלְבְּהֶן (sine Jod multitudinis) *Adipes earum*, Gen. 4, 4.

חֶלְבְּנָה f. *Galbanum*; resina odoris mali & gravis; a حلب Ma-

Manavit. Ex. 30, 34. Videtur dici a lacte; quia lactis instar ex frutice galbanifera manat.

חלד. Ar. خلد Perennavit; Duravit. Hinc

חֶלֶד m. 1) *Aevum; Mundus*, Pf. 17, 14. 2) *Vita, duratio*, Job. 11, 17. Videl. *Præ meridie* (i. e. illustrior quam meridies) *furget* (i. e. crefcet) חֶלֶד *aetas*, (& cum) *obfcurior fueris, eris ficut mane*. Aff. חֶלְדִּי *Aetas mea*, Pf. 39, 6.

חֹלֶד m. *Muftela*, Lev. 11, 29. Ar. خُلْد Id. feu talpa.

III. חפש ab Ar. حفش Effudit se in cursum. IV. Festinavit. HITHP. הִתְחַפֵּשׂ *Festinanter proripuit se*, 2 Chr. 35, 22.

I. חָצַב *Cecidit, excidit, incidit, succidit;* it. *Stravit*, v. g. lapides, ligna, homines. Ar. de lignis dicitur حطب; unde محطب Securis, qua ligna s. arbores cæduntur. De lapidibus vero dicitur حصب. Præt. חָצַב Jes. 5, 2. חָצַבְתִּי *Exeidi*, Hos. 6, 5. Part. Ben. חֹצֵב *Cædens*, 2 Chr. 2, 1. cum י parag. חֹצְבִי Jes. 22, 16. Pl. חֹצְבִים *Cædentes*, Esr. 3, 7. Pah. pl. חֲצוּבִים *Excisi*, Devt. 6, 11. Inf. cst. לַחְצֹב *ad cædendum*, 1 Chr. 22, 2. Fut. תַּחְצֹב *Excides*, Devt. 8, 9. NIPH. נֶחְצַב *Excisus fuit.* Fut. pl. cum ן parag. יֵחָצְבוּן *Exoidantur, incidantur*, Job. 19, 24. PYH. Præt. pl. חֻצַּבְתֶּם *Excisi estis*, Jes. 51, 1. HIPH. Part. fem. מַחְצֶבֶת *Exscindens*, Jes. 51, 9.

מַחְצֵב m. *Excisio*, 2 Reg. 12, 13.

II. חָצַב Ar. حصب *Projecit.* Part. חֹצֵב *Projiciens*, v. g. flammas ignis i. e. fulgura, Ps. 29, 7. Al. Cædens.

חָצָה *Dimidiavit, divisit, distribuit, partitus est.* Ar. est خزا Fidit, v. g. linguam. Præt. וְחָצִיתָ *& divides*, Num. 31, 27. Fut. יֶחֱצֶה *Dividet*, Jes. 30, 28. Apoc. וַיַּחַץ *& divisit*, Gen. 32, 8. Plur. יֶחֱצוּ *Dimidiabunt* dies, i. e. dimidium tantum aetatis spatium explebunt, Ps. 55, 24. Inf. cst. חֲצוֹת *Dividere*, Ps. 119, 62. NIPH. נֶחֱצָה *Divisus fuit.* Fut. apoc. וַתֵּחָץ *& dividetur*, Dan. 11, 4. Pl. יֵחָצוּ *Dividentur*, Ez. 37, 22. Conv. etiam Ar. حص Partitus fuit.

חֲצִי m. *Dimidium, pars dimidiata*, 1 Reg. 10, 7. Aff. חֶצְיוֹ *Dimidium ejus*, Jos. 8, 33.

חֵצִי m. *Idem*, Jos. 10, 13.

חָצוֹת

חֲצוֹת f. *Idem*, Ex. 11, 4. vel est Inf. Vid. חָצָה verbum.

מֶחֱצָה f. *Dimidia pars*, Num. 31, 36. cst. מֶחֱצַת Num. 31, 43.

מַחֲצִית f. *Idem*, Ex. 30, 13. Aff. מַחֲצִיתוֹ *Dimidia pars ejus*, ib. v. 23.

חֹצֶן m. *Sinus, ulna*; LXX. κόλπος. Jes. 49, 22. Aff. חָצְנִי *Sinus meus*, Neh. 5, 13.

חֵצֶן m. *Idem*. Aff. חִצְנוֹ *Sinus suus*, Ps. 129, 7.

חֲצַף Chald. *Ursit, acceleravit*. Ar. حصف IV. Velociter transivit. It. خصف Celeriter incessit. Part. APH. fem. מְהַחְצְפָה & מְהַחְצְפָה *Festinans*, Dan. 2, 15. 3, 22.

חָצַץ *Discidit, dimidiavit, dispertivit; in frusta conscidit*. Ar. حص Divulsit, discidit. PIH. Part. pl. m. מְחַצְצִים *Dispertientes*, i. e. pastores inter haustra greges dispertientes, Jud. 5, 11. Al. Rixantes; al. Psallentes; alii aliud. PYH. חֻצַּץ *Dimidiatus fuit*. Praet. pl. חֻצָּצוּ (in pausa) *Dimidiati sunt*, Job. 21, 21. Videl. Et numerum mensium ejus quod spectat, dimidiati erunt. Al. Sorte definiti sunt; perperam! cf. Ps. 55, 24.

חֹצֵץ m. *Dimidians*, i. e. dispertita in cuneum aut phalangem, Prov. 30, 27. Al. Sortiens.

חָצָץ m. *Scrupus, scrupulus, lapillus*; qs. a saxo avulsus, Prov. 20, 17. Thr. 3, 16. Pl. חֲצָצִים *Sagittae*, vid. sub חֵץ.

חֵץ m. *Sagitta, spiculum*; a scindendo dictum, 2 Reg. 13, 17. Dicitur etiam ter חֵצִי 1 Sam. 20, 36. 37. 2 Reg. 9, 24. Aff. חִצִּי *Sagitta mea*, Job. 34, 6. Pl. חִצִּים *Sagittae*, Ps. 57, 5. & per resolutionem חֲצָצִים Ps. 77, 18. Cst. חִצֵּי Job. 6, 4. Aff. חִצָּיו Num. 24, 8. & *sagittis suis* transfiget. Michaëlis, & lumbos ejus percutiet; male!

I. חצר. Ar. حضر Praesens fuit. Venit. Incoluit v. g. locum. Accessit; unde etiam حضر Habitaculi anterior pars. Hinc

חָצֵר c. *Atrium*, 1 Reg. 7, 8. cst. חֲצַר Ex. 27, 9. Aff. חֲצֵרוֹ *Atrium ejus*, 2 Sam. 17, 18. Pl. חֲצֵרִים *Atria*; *Villae*, Neh. 12, 29. cst. חַצְרֵי Neh. 13, 7. Aff. חֲצֵרֶיךָ *Atria tua*, Ps. 65, 5.

חֲצֵרָה f. unde Pl. חֲצֵרוֹת *Atria*, Ex. 8, 13. cst. חַצְרוֹת 2 Reg. 21, 5. Aff. חַצְרֹתַי *Atria mea*, 1 Chr. 28, 6. חַצְרוֹתָיו & חֲצֵרֹתָיו *Atria ejus*, Ps. 100, 4. 96, 8.

חָצִיר m. *Habitaculum*; LXX. αὐλή. Jes. 34, 13. Al. Foenum.

II. חצר. Ar. حصر Arcte circumdedit; obsedit; unde etiam حصار Sepimentum, villa, Jos. 13, 28. Castellum, oppidum. Hinc

חֲצֵרִים m. pl. (a Sing. חָצֵר) 1) *Pagi campestres portatiles majores;* vulgo Horden. 2) *Suburbia, villae*, Lev. 25, 31. Jos. 19, 8. 21, 12.

III. חצר. Ar. خضر Viruit arvum. Hinc

חָצִיר m. *Gramen*, 1 Reg. 18, 5. Etiam *Porrum*, quod ut gramen est, Num. 11, 5. cst. חֲצִיר Jes. 37, 27. Ar. خضير Quodvis viride significat, v. g. a undinetum.

IV. חצר. Ar. حضر IV. Arcessivit. Congregavit. Adesse jussit. X. Advocavit. Hinc PIH. חִצֵּר f. resoluto Dagesch חִצְצֵר *Buccinavit*, i. e. buccina adesse jussit. Part. pl. מְחַצְצְרִים *Buccinantes*, 2 Chr. 5, 12. ubi altera lectio מַחְצְרִים pro מְחַצְצְרִים & hoc pro מְחַצְּרִים.

חֲצֹצְרָה f. pro חֲצֹרָה *Tuba, buccina*, i. e. qua convocari plebs ad concionem solebat, Hos. 5, 8. Pl. חֲצֹצְרוֹת *Buccinae*, Num. 10, 2.

חקה (Confine videtur Ar. حكى Imitatus, similis fuit; unde etiam مُحَاكَاةٌ Convenientia in forma & figura.) *Impressit, expressit, exsculpsit*. Inde PYH. Part. מְחֻקָּה *Sculptum, pictum;* f. *Sculptura* aut *pictura*, Ez. 23, 14. HITHP. תִּתְחַקֶּה *Exprimis te, notum te facis* ad radices pedum meorum, i. e. circa talos meos, scil. Elephantiasi designas severitatem tuam, Job. 13, 27. Conv. etiam cum חָקַק.

חָקַק *Delineavit, descripsit, expressit, depinxit; insculpsit, impressit effigiem* aut *imaginem*. It. *Statuit, decrevit, firmavit*. (Conv. Ar. حق Verificatum fuit. Conveniens fuit. Certo cognovit. Firmavit, ratum fecit.) Praet. וְחַקּוֹתָ *& insculpes*, Ez. 4, 1. Part. Ben. חֹקְקִי cum י parag. *Insculpens, incidens*, Jes. 22, 16. Pl. חֹקְקִים *Statuentes*, Jes. 10, 1. cst. חֹקְקֵי *Legislatores*, Jud. 5, 9. Pah. pl. חֲקֻקִים *Depictae*, Ez. 23, 14. Inf. חֹק, unde c. Aff. חֻקּוֹ *Statuere ejus*, Prov. 8, 27. & חוּקוֹ (qs. a חוּק) ib. v. 29. Imp. c. Aff. חֻקָּהּ *Inscribe illud*, Jes. 30, 8. PIH. Part. מְחוֹקֵק 1) *Decernens*,

nens, *legislator*, Devt. 33, 21. Aff. מְחוֹקְקִי *Legislator meus*, Pf. 60, 9. Pl. מְחוֹקְקִים *Legislatores*, Jud. 5, 14. 2) *Distributor*, Num. 21, 18. Fut. pl. יְחוֹקְקוּ *Decernunt*, Prov. 5, 15. PYH. Part. מְחֻקָּק *Statutum*, Prov. 31, 5. HOPH. Fut. pl. יֻחַקּוּ pro יֵחָקוּ *Exarentur*, Job. 19, 23.

חֵקֶק m. unde Pl. חִקְקִים; cft. חִקְקֵי *Delineationes*, Jud. 5, 15. Jef. 10, 1.

חֹק m. ante Makkaph חָק־ 1) *Delineatio*. 2) *Modus*, Jef. 5, 14. 3) *Demensum*, Prov. 30, 8. 4) *Statutum*, *decretum*, *definitum*, *quid agendum* vel *omittendum sit*, Devt. 4, 6. 5) *Promissum*, Pf. 105, 10. Aff. חֻקּוֹ *Statutum ejus*, Prov. 8, 29. חָקְךָ pro חֻקְּךָ *Demensum tuum*, Lev. 10, 14. Fem. חֻקֵּךְ Ez. 16, 27. חָקְכֶם *Demensum vestrum*, Ex 5, 14. Pl. חֻקִּים *Statuta*, Devt. 4, 5. cft. חֻקֵּי Ex. 18, 16. & חוּקֵּי Ez. 20, 18. Aff. חֻקֶּיךָ *Statuta tua*, Pf. 119, 5.

חֻקָּה f. *Idem*, Num. 9, 14. cft. חֻקַּת Ex. 12, 14. Pl. חֻקּוֹת *Statuta*, Lev. 20, 23. Aff. חֻקֹּתָיו *Statuta ejus*, Num. 9, 3.

I. חָקַר *Investigavit*, *perscrutatus est*, *exploravit*. (Hinc fortaffe eft حكر Affiduus rei inftitit, eique, quod meditabundi faciunt, remotis fociis operam navavit.) Præt. וְחָקַרְתָּ & *investigabis*, Devt. 13, 15. Part. חֹקֵר *Investigans*, Job. 28, 3. Inf. חֲקֹר *Investigare*, Prov. 23, 30. Aff. חֲקָרָהּ *Explorare eam*, Jud. 18, 2. Imp. חֲקוֹר; cum Aff. חָקְרֵנִי *Explora me*, Pf. 139, 23. Fut. אֶחְקֹר *Explorabo*, 1 Sam. 20, 12. Pl. cum ה parag. in paufa נַחְקֹרָה *Perscrutemur*, Thr. 3, 40. NIPH. נֶחְקַר *Pervestigatum est*, 1 Reg. 7, 47. Fut. יֵחָקֵר *Pervestigabitur*, Jer. 46, 23. PIH. חִקֵּר *Scrutatus est*, Eccl. 12, 9.

חֵקֶר m. 1) *Perscrutatio*, Job. 5, 9. וְחֵקֶר כְּבֹדָם כָּבוֹד *Sic etiam scrutatio celsitatis* (i. e. rerum arduarum) *est gravis*, Prov. 25, 27. 2) *Penitissimum rei*, *intimus recessus*, Job. 11, 7. Pl. cft. חִקְרֵי לֵב *Indagines animi*, Jud. 5, 16.

מֶחְקָר m. unde Pl. cft. מֶחְקְרֵי אֶרֶץ *Recessus terræ*, Pf. 95, 4.

II. חָקַר ut Ar. حقر *Contemsit*. Fut. c. Aff. יַחְקְרֵנוּ *Contemnet eum*, Prov. 28, 11.

חרא. Ar. خَرِئَ f. خَرَأَ Depofuit alvum, cacavit. Hinc

מַחֲרָאוֹת

מַחֲרָאוֹת f. pl. *Latrinae, cloacae.* Sic Ar. مخرأة Id. Vocabulo ſequiori aetate obſcoeno facto, alterum ſubſtitutum eſt מוֹצָאוֹת Excrementorum loca, 2 Reg. 10, 27.

חֲרִיוֹנִים m. pl. *Excrementa columbarum,* 2 Reg. 6, 25. Comp. ex יוֹנִים Columbae, quod vid. ſ. l. & חֲרֵי pl. cſtr. ab abſ. חֲרִים Stercora, Jeſ. 36, 12. Ar. خُرْءٌ ſonat Stercus, merda. Vocabulo poſtmodum obſcoeno facto, ſubſtitutum eſt alterum דִּבְיוֹנִים Fluxus columbarum. Itaque huc pertinet etiam

חֲרִים m. pl. *Excrementa.* Cum Aff. חֲרֵיהֶם *Excrementa eorum,* 2 Reg. 18, 27. & pro hoc ſubſtitutum eſt צוֹאָתָם.

חֲרָא m. unde Pl. c. Aff. חֲרָאֵיהֶם (Chethibh) *Excrementa ſua;* צֹאָתָם (Keri) *Egreſſiones ſuas,* Jeſ. 36, 12.

I. חָרֵב (Ar. خَرِبَ Deſertus, incultus, vaſtatus fuit; it. Deſtruxit. II. Longe lateque vaſtavit ſ. depopulatus fuit. IV. Vaſtavit, deſolavit.) *Vaſtatus, devaſtatus, deſolatus fuit.* Inf. abſ. חָרֹב *Deſolando,* Jeſ. 60, 12. Fut. תֶּחֱרַב *Devaſtabitur,* Jeſ. 34, 10. Pl. יֶחֱרָבוּ *Devaſtabuntur,* Ez. 6, 6. NIPH. נֶחֱרַב *Devaſtatus fuit.* Part. fem. נֶחֱרָבָה *Deſolata;* (unde Pl. נֶחֱרָבוֹת *Deſolatae,* Ez. 30, 7.) & נֶחֱרֶבֶת Ez. 26, 19. HIPH. הֶחֱרִיב *Devaſtavit,* Ez. 19, 7. Part. מַחֲרִיב *Devaſtans,* Jud. 16, 24. Fut. אַחֲרִיב *Devaſtabo,* Jeſ. 42, 15. HOPH. הָחֳרַב *Vaſtatus fuit.* Praet. fem. in pauſa הָחֳרָבָה *Vaſtata eſt,* Ez. 26, 2. Part. pl. fem. מָחֳרָבוֹת *Deſolatae,* Ez. 29, 12.

חֲרַב Chald. *Idem.* HOPH. Praet. fem. הָחָרְבַת *Devaſtata eſt,* Eſr. 4, 15. Hinc

חָרֵב (per Meton. conſeq.) *Siccatus, exſiccatus fuit;* propr. Incultus fuit. Praet. pl. חָרְבוּ *Exſiccatae ſunt,* Gen. 8, 13. Imp. fem. in pauſa חֳרָבִי *Exſiccator,* Jeſ. 44, 27. a forma חֹרֵב. Fut. יֶחֱרַב *Exſiccabitur,* Jeſ. 19, 5. PYH. חֹרַב *Exſiccatus fuit.* Praet. pl. in pauſa חֹרָבוּ *Exſiccati ſunt,* Jud. 16, 7. HIPH. הֶחֱרִיב *Exſiccavit.* Praet. וְהֶחֱרַבְתִּי *& exſiccabo,* Jer. 51, 36. Part. fem. מַחֲרֶבֶת *Exſiccans,* Jeſ. 51, 10. Fut. אַחֲרִיב *Exſiccabo,* 2 Reg. 19, 24.

חָרֵב m. *Deſolatus, vaſtus, ſiccus.* Fem. pl. חֲרֵבוֹת *Deſolatae,* Ez. 36, 35.

חָרֵב m. *Desolatus*, Jer. 33, 10. Fem. חֲרֵבָה *Desolata, sicca, arida*, Lev. 7, 10. Prov. 17, 1.

חֹרֶב m. 1) *Vastitas, desolatio*, Jes. 61, 4. 2) *Siccitas*, Jud. 6, 37. 39. 3) Meton. *Æstus*, Gen. 31, 40.

חֳרָבוֹת f. pl. *Loca desolata, ruinæ, rudera*; unde בְּחַרְבֹתֵיהֶם *In locis desolatis ejus*, 2 Chr. 34, 6. sec. Keri.

חָרָבָה f. (pro חֲרֵבָה) *Siccitas, locus siccus*, Gen. 7, 22.

חָרְבָה f. unde Pl. חֳרָבוֹת *Vastitates, loca vasta* (habitata) Ez. 38, 12. c. 13, 4. Job. 13, 4. videl. *Qui instaurarunt ruinas sibi.*

חָרְבָּה f. *Vastatio, desolatio*, Ez. 29, 9. Pl. חֳרָבוֹת *Desolationes*, Ez. 13, 4. cst. חָרְבוֹת Es. 52, 9. Aff. חָרְבוֹתֶיהָ *Desolationes ejus*, Jes. 44, 26.

חַרְבוֹן m. unde Pl. cst. חַרְבוֹנֵי *Siccitates*, Ps. 32, 4.

II. חָרַב per Metaph. *Stupuit, obstupuit*; qs. animo devastatus est. Unde etiam Ar. خرن X. Fractus fuit ob calamitatem & adversa. Imp. pl. חָרְבוּ *Stupete*, Jer. 2, 12.

III. חרב. Ar. حرب Acuit. II. Exacuit; unde etiam حَرْبَة Lancea; pugio; gesum. Hinc

חֶרֶב m. interdum etiam f. 1) *Gladius*, Ex. 5, 21. 2) *Bellum*, Ex. 5, 3. Lev. 26, 6. 3) *Culter*, Jos. 5, 2. 4) *Caelum* s. *scalprum*, Ex. 20, 25. 5) *Rutrum*, Ezech. 26, 9. Aff. חַרְבִּי *Gladius meus*, Ex. 15, 9. Pl. חֲרָבוֹת *Gladii, cultri*; it. *ferramenta mucronata*, Jes. 21, 15. cst. חַרְבוֹת Jos. 5, 2. Aff. חַרְבֹתֵיהֶם *Gladii eorum*, Neh. 4, 13. Hinc

חָרַב *Gladio cecidit*; ut Syr. ܚܪܒ Occidit. Imp. חֲרֹב *Cæde*, Jer. 50, 21. Pl. חִרְבוּ *Cædite*, ib. v. 27. NIPH. Præt. pl. נֶחֶרְבוּ *Occisi sunt*, 2 Reg. 3, 23. HOPH. Inf. הָחֳרֵב pro הָחֳרַב *Occidendo*, ibid.

. חָרַג *Vetitus, prohibitus*, i. e. exclusus fuit. KAL, Fut. pl. יַחְרְגוּ Ps. 18, 46. (scil. ab Ar. حرج) & quod idem significat, 2 Sam. 22, 46. quasi per Synthesin dictum, וַיַּחְגְּרוּ, scil. ab Arab. حجر Prohibuit, interdixit; quod etiam passive sonare possit Prohibitus i. e. exclusus fuit; ut proinde dicat: *Exclusi sunt* ex locis suis clausis, i. e. exturbati. Al. Contremuerunt.

חרגל

חרגל. Ar. حرجل Saltitavit cum quadam contumacia & alacritate. Hinc

חַרְגֹּל m. *Locustæ* nondum alatæ, longioris speciei & majoris, Lev. 11, 22. Ar. حرجل Idem. Animal Afris vescum, Diosc. II. 57.

I. חָרַד *Territus, perterritus, sollicitus fuit*; it. *Tremuit, contremuit, trepidavit*; it. *Verecundatus fuit*. Ar. خرد Verecundus fuit. Erubuit. Submisso sono protulit verba. Præt. fem. חָרְדַת *Verecundata, verita*, i. e. sollicita *fuisti* (per Meton. adj.) 2 Reg. 4, 13. Pl. חָרְדוּ *Trepidarunt*, 1 Sam. 13, 7. Imp. pl. חִרְדוּ *Trepidate*, Jes. 32, 11. Fut. יֶחֱרַד *Trepidat*, Job. 37, 1. Pl. וַיֶּחֶרְדוּ *& trepidarunt*, Gen. 42, 28. in pausa יֶחֱרָדוּ Am. 3, 6. HIPH. הֶחֱרִיד *Terruit, perterruit, terrefecit, perculit*. Præt. וְהַחֲרַדְתִּי *& terrebo*, 2 Sam. 17, 2. Part. מַחֲרִיד *Perterrens*, Lev. 26, 6. Inf. הַחֲרִיד *Terrefacere*, Ez. 30, 9.

חָרֵד m. *Trepidus, sollicitus*, 1 Sam. 4, 13. Pl. חֲרֵדִים *Trepidi*, Jes. 66, 5.

חֲרָדָה f. *Tremor, trepidatio; sollicitudo*, Gen. 27, 33. cst. חֶרְדַּת 1 Sam. 14, 15. Pl. חֲרָדוֹת *Tremores*, Ez. 26, 16.

II. חָרַד *Abiit, exiit, egressus est*. Ar. حرد Abiit a suis. Fut. וַיֶּחֱרַד pro וַיֶּחֶרְדוּ *& exierunt*, 1 Sam. 16, 4. Al. Trepidarunt.

חָרָה *Arsit, exarsit, accensus fuit ira; Commotus, perturbatus fuit; Efferbuit, aestuavit*. Congruit Syriacum ܐܬܚܪܝ Contendit, altercatus est. Ar. حروة dicitur Ardor in pectore ex ira. Verbo geminato autem حر Arabes dicunt Caluit, incaluit. Ferbuit. VIII. Aestuavit. Constr. cum ב objecti, & cum ל vel אַף subjecti. Præt. חָרָה Num. 11, 33. Inf. abs. חָרֹה *Exardescendo*, 1 Sam. 20, 7. cst. חֲרוֹת *Exardescere*, 2 Sam. 24, 1. Fut. יֶחֱרֶה *Exardescet*, Ex. 32, 11. Apoc. יִחַר Gen. 5, 5. & in 1 p. וְאִחַר *& excandescam*, Ez. 20, 39. NIPH. Præt. pl. נִחֲרוּ (pro נֶחֱרוּ) *Accensi sunt*, Cant. 1, 6. Part. pl. m. נֶחֱרִים *Accensi* v. g. in te, Jes. 41, 11. HIPH. הֶחֱרָה *Exarsit*, Neh. 3, 20. Fut. apoc. וַיִּחַר *& accendit*, Job. 19, 11. HITHP. הִתְחָרָה *Efferbuit ira*; it. *Contendit*. Fut. apoc. תִּתְחַר (Ne) *ira accendaris*, Prov. 24, 19. sed

sed תִּתְחָרֶה pro תִּתְחָרֶה *Contendes*, Germ. in die Wette lauffen, es ihnen zuvorthun wollen. Al. Loricaberis. Part. מְתַחְרֶה pro מִתְחָרֶה *Contendens*, i. e. antecellere volens scil. Patrem tuum, Jer. 22, 15. Al. Loricans s. muniens te.

חָרוֹן m. 1) *Fervor*, *aestus*, Neh. 13, 18. cft. חֲרוֹן Ps. 78, 49. 2) *Adustio* s. *adustum*, Ps. 58, 10. Scil. *Tam vivum* (i. e. recens) *germen, quam adustum* (quam quod sole marcidum factum est,) i. e. totum & universi omnes. Pl. c. Aff. חֲרוֹנֶיךָ *Exarsiones tuae*, Ps. 88, 17.

חֳרִי m. *Fervor*, *aestas*, Devt. 29, 23.

חרז. Ar. خَرَزَ Subula perforatum consuit, colligavit aliquid; unde etiam خَرَزٌ Monile ex variis baccis confertum. Hinc

חֲרוּזִים m. pl. *Monile*, i. e. baccae perforatae & confertae, Cant. 1, 10. LXX. ὁρμίσκοι, monilia.

חרט. 1) Ar. خَرَطَ propr. Plus minusve aliquid deradere, vel & excavare; hinc Dedolavit, pec. torno; verum etiam Decorticavit; it. Longum ac teres efformavit v. g. ferrum. Unde

חֶרֶט m. *Caelum*, *tornus*, *stilus*; i. e. instrumentum, quo quid vel exsculpendo concavum, vel caelando convexum redditur, Ex. 32, 4. Ar. خَرْطٌ Idem. Scil. hujusmodi instrumento Aaron figuram illius vituli in luto aut alia quapiam materia excavavit, cui deinde formae aurum colliquatum infudit, & sic vitulum illum aureum effigiavit. Verum hujusmodi caelo aut stilo veteres quoque notas suas hieroglyphicas, imo & literas in lignis & corticibus arborum insculpere & exarare solebant. Hinc postmodum χάρτης, charta denominata esse videtur. 2) חרט Ar. خَرَطَ Detraxit pellem; Hinc

חֲרִיטִים s. חֲרִטִים m. pl. *Sacculi coriacei*, 2 Reg. 5, 23. Jes. 3, 22. a Sing. fem. Ar. خَرِيطَةٌ Loculus ex corio, Devt. 25, 13. Al. Loculi ex auro vel argento facti.

חַרְטֹם m. *Magus*, *sapiens* (Dan. 2, 10.) Vox Persica pro خَرْتُمَنْد Sapiens, intelligens; scil. composita ex خَرْد Intellectus, sapientia, & مَنْد partic. illa in fine dictionum adhaerente, Praeditus. Pl. חַרְטֻמִּים *Magi*, Dan. 1, 20. cft. חַרְטֻמֵּי Gen. 41, 8.

חַרְטֹם

חַרְטֹם m. Chald. *Idem*, Dan. 2, 10. Pl. חַרְטֻמִּין *Magi*, Dan. 2, 27. Emph. חַרְטֻמַּיָּא Dan. 4, 4.

I. חָרַךְ *Confixit*, *trajecit*, v. g. feram. (Ar. خرق Penetravit, v. g. sagitta, jaculo.) Fut. לֹא יַחֲרֹךְ *Non penetrabit* i. e. configet venationem i. e. feram suam; q. d. non potietur cupito, Prov. 12, 27. LXX. ἐπιτεύξεται, consequetur. Vulg. Inueniet; ad sensum. Al. Aduret, assabit. Al. Irretiet.

חֲרַךְ vel חֲרָךְ m. Unde Pl. חֲרַכִּים *Clathri*, *cancelli*; Gall. Jalousie; q. d. Penetrati aut perforati, Cant. 2, 9. Unde forsan Gr. χάραξ Sepimentum; nec minus χαρακόω Vallis depactis communio. LXX. τὰ δίκτυα, retia s. reticulata. Hinc aliis verbum denominativum, ut Fullero Miscell. sacrorum Lib. VI. cap. 13. a clathris s. cancellis, sc. חָרַךְ *Circumsepsit*, *vallis depactis* aut *cancellis conclusit*. Fut. לֹא יַחֲרֹךְ *Non circumsepiet* venationem s. feram suam, i. e. non stabilem faciet s. non conservabit substantiam suam, Prov. 12, 27. Sed vide paulo ante.

II. חֲרַךְ Chald. Unde ITHP. לָא הִתְחָרַךְ *Non crispatus fuit* (scil. igne) pilus capitis eorum, Dan. 3, 27. Ar. enim حرى in II. Conj. dicit Crispavit. Al. Adustus s.

חָרוּל m. Urtica; vid. חָרַר.

I. חרם. Ar. حرم propr. Separare aliquem s. aliquid ab aliqua re, loco, communione, usu s. fructu alicujus rei; pro aliquo, ad usum alium, vel simpliciter. Hinc I. Prohibuit. II. Vetuit; it. Privavit aliquem aliqua re. Venerabile & sacrum aliquid reddidit. IV. Anathematizavit. Imprecatus est sibi. Unde

חֵרֶם (& חֵרֶם Zach. 14, 11.) m. I. *Devotio*, *anathema*: 1) cum aliquid a communi s. profano usu ad usum sacrum sejungitur Deoque consecratur, Num. 18, 14. 2) cum aliquid penitus qs. e conspectu Dei vel hominum tollitur, & vel sejungitur modo a communione sacrorum, Es. 43, 28. vel plane internecioni traditur & devastationi, Mal. 3, 24. II. *Devotum*, *res devota*, Zach. 14, 11. Aff. חֶרְמִי *Devotio mea*, 1 Reg. 20, 42. Hinc porro

הֶחֱרִים HIPH. 1) *Deo dedit*, *devovit*, *consecravit*; ἀναθεματίζειν, Lev. 27, 28. Mich. 4, 13. Præt. וְהַחֲרַמְתִּי *& consecravi*, Mich. 4, 13. Pl. וְהַחֲרַמְתֶּם *& devoveatis*, 1 Sam. 15, 3. Fut. יַחֲרִם *Devovebit*, Lev. 27, 28. 2) *Funditus exstirpavit*, *internecioni*

 tra-

tradidit, *delevit cum deteſtatione* aut *Dei ergo*. Præt. c. Aff. הֶחֱרִמָם *Internecioni tradidit eos*, Jeſ. 34, 2. הֶחֱרַמְתִּי *Internecioni tradidi*, 1 Sam. 15, 20. Pl. הֶחֱרַמְתֶּם *Exſtirpaviſtis*, Joſ. 2, 10. Inf. הַחֲרֵם *Exſtirpando*, Devt. 3, 6. Imp. pl. הַחֲרִימוּ *Delete*, Jer. 51, 3. Fut. וַיַּחֲרֵם *& delevit*, Joſ. 10, 37. cum Aff. וַיַּחֲרִימָהּ *& delevit eam*, Joſ. 10, 1. HOPH. הָחֳרַם *Ut anathemate perditus fuit*. Fut. יָחֳרָם *Perdetur*, Ex. 22, 19.

II. חרם. Ar. خرم Disrupit. Refecuit. Fidit iſthmum narium. Perforavit. Hinc

חֵרֶם m. *Sagena*, *rete*, Mich. 7, 2. Aff. חֶרְמִי *Rete meum*, Ez. 32, 3. חֶרְמוֹ *Rete ejus*, Hab. 1, 15. 16. 17. Pl. חֲרָמִים *Plagæ*, Eccl. 7, 26.

חָרוּם m. *Simus*, qui naſum habet nimis depreſſum, ſ. cui narium imbrex ſ. iſthmus reſciſſus eſt, Lev. 21, 18. Al. Curtus ſ. mutilus membris.

חֶרְמֵשׁ m. *Falx meſſoria*, Devt. 16, 9. 23, 26. Vox compoſita, ut videtur, ex חרם Ar. خرم Reſecuit, ſuccidit, & חרש Ar. حرث Ager, ſatum; i. e. quæ agrum reſecat.

I. **חרס**. Ar. حرس Gubernavit; unde حارس Gubernator.

חֶרֶס m. *Sol*, qſ. gubernator diei, Job. 9, 7. In pauſa & cum ה Emph. הֶחָרֶס Jud. 8, 13. cum ה parag. חַרְסָה Jud. 14, 18.

חַרְסִית f. *Solaris*, intell. Porta, h. e. meridionalis, Jer. 19, 2.

II. חרס. Ar. حرش Aſpera cute fuit. IV. Puſtulas excitavit. Hinc

חֶרֶס m. *Scabies aſpera*, Devt. 28, 27.

חרף (Ar. خرف Decerpſit, pec. fructus de arbore. Hinc Meton. خرف & خارف Tempus decerpendi fructus arborum, i. e. Auctumnus. Item خرف Delirum, inſipientem habuit; qſ. derogavit alteri laudem ſ. exiſtimationem ſenſus communis; unde porro Detrectavit, conviciatus eſt, contemtim locutus fuit. It. Auctumnum egit.) Hinc

חֹרֶף m. *Auctumnus*, Pſ. 74, 17. Metaph. *Ætas virilis*, i. e. fructibus exuberans; aut qſ. acumen ſ. ἀκμὴ aetatis, ab Ar. حرف II.

II. Acuit. Aff. חָרְפִּי *Ætas virilis mea*, Job. 29, 4. Al. Juventus mea. Inde porro

חָרַף I. *Per auctumnum cum aliquo fuit*; Ar. خارف. Est ἅπαξ λεγόμενον, in Fut. תֶּחֱרַף *Per auctumnum erit*, Jes. 18, 6. II. *Probo affecit, exprobravit, conviciatus est; contemtim, contumeliose in aliquem locutus est, probrose habuit.* Part. c. Aff. חוֹרְפִי *Probro afficiens me*, Ps. 119, 42. Pl. cum Aff. חוֹרְפֶיךָ *Probro afficientes te*, Ps. 69, 10. Fut. יֶחֱרַף *Decerpet* i. e. *criminabit*, Job. 27, 6. III. *Acquisivit, possedit*; ab Ar. حرف Commercium habuit, lucratus fuit. Hinc NIPH. Part. fem. שִׁפְחָה נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ *Ancilla acquisita, possessa viro*, Lev. 19, 20. ab Ar. حرف; coll. Ex. 21, 8-11. Chald. אֲחִידָה Idem. Al. Ancilla despecta viro, i. e. quo minus eam duceret. PIH. חֵרֵף *Exprobravit, insultavit, contemtim habuit*, 1 Sam. 17, 26. Præt. חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Contemtim habuit animam suam ad moriendum*, Jud. 5, 18. Pl. חֵרַפְתֶּם *Contemtim habuistis*, Jud. 8, 15. Part. מְחָרֵף *Insultans*, Ps. 44, 17. Inf. חָרֵף *Exprobrare*, Jes. 37, 4. Aff. בְּחָרְפָם *Quum exprobrarent illi*, 2 Sam. 23, 9. Fut. יְחָרֵף *Exprobrabit*, Ps. 74, 10.

חֶרְפָּה f. *Probrum, opprobrium*, Gen. 34, 14. cst. חֶרְפַּת Ps. 22, 7. Aff. חֶרְפָּתִי *Opprobrium meum*, Ps. 69, 20. Pl. חֲרָפוֹת *Probra, opprobria*, Ps. 69, 11. cst. חֶרְפּוֹת Ps. 69, 10.

I. חָרַץ (Ar. حرض Excitavit. II. Stimulavit, instigavit; cum quo conv. etiam حرص Promtus fuit. Diligenter curavit; operam dedit. It. Festinavit. II. Incitavit, sollicitavit.) *Movit, incitavit, acuit, exacuit.* Præt. חָרַץ Jos. 10, 21. Fut. יֶחֱרַץ *Acuet*, Ex. 11, 7. תֶּחֱרָץ *Promtus sis, festines*, 2 Sam. 5, 24.

חָרוּץ m. 1) *Diligens, sedulus*, Prov. 21, 5. Pl. חָרוּצִים (formæ אַלּוּפִים) *Diligentes, seduli*, Prov. 10, 4. 12, 24. it. חָרֻצִים Prov. 13, 4. 2) *Sedulitas*, Prov. 12, 27.

II. חָרַץ (Ar. حرص Avide cupivit. Fidit, discidit. Fregit.) 1) *Acuit, acuminavit*, scil. ad findendum s. frangendum. Hinc Part. Pah. חָרוּץ *Acuminatus*, Job. 41, 21. scil. Sternit acuminatum super lutum. Sic etiam Ar. خريص dicitur Cuspis hastæ. Al. Aurum. Es. 41, 15. 2) *Fregit, abrupit*; unde idem Part.

 חָרוּץ

חָרוּץ *Præcifus, mutilus, abruptus,* ἀπότομος; propr. Habens fciffuram, Lev. 22, 22. Ef. 10, 22. Ar. eft خارصة Sciffio. Pl. חֲרוּצִים *Præcifi*, Job. 14, 5. 3) Metaph. *Decidit, definivit, decrevit*, fpec. Quando & quamdiu aliquid fieri debeat; *diremit; præcidit, abrupit.* Præt. חָרָצְתָּ *Decidifti*, 1 Reg. 20, 40. NIPH. נֶחֱרַץ *Decifum, definitum, decretum fuit.* Part. fem. נֶחֱרָצָה *Definitum*, Jef. 28, 22. Dan. 9, 27. & נֶחֱרֶצֶת Dan. 9, 26. videl. *Bellum decretum vaftitatibus*, i. e. quando & quousque vaftationibus peragendum foret.

חָרוּץ m. 1) *Decifio judicii, fententia finalis*, Joël. 4, 14. Al. Vallis tribuli, i. e. ubi frumentum triturabatur. 2) *Tribula acuminata*, Jef. 28, 27. 3) *Foffa*, ἀκρότομος, qf. terra fiffa f. præcifa vel abrupta, Dan. 9, 25. Rectius Murus; vid. IV. חרץ 4) *Aurum*, fcil. avide quæfitum; ut Ar. محرّوص Avide quæfitæ v. g. opes, Prov. 8, 10. 19. 16, 16. Pf. 68, 14. Zach. 9, 3. Prov. 3, 14.

חֲרִיצָה f. unde Pl. חֲרִצוֹת *Tribulæ acuminatæ*, Am. 1, 3.

חָרִיץ m. unde Pl. cft. חָרִצֵי *Tribulæ acuminatæ*, 2 Sam. 12, 31.

III. חרץ. Ar. حرض Lac omne emulfit. Hinc

חָרִיץ m. unde Pl. cft. חֲרִיצֵי הֶחָלָב *Emulfa lactis coagulata in certas formas condenfata*, 1 Sam. 17, 18. Al. Cafei.

IV. חרץ pro Ar. حرز Munivit f. munitus fuit. Hinc

חָרוּץ m. *Propugnaculum, munimentum; murus*, Dan. 9, 25. LXX. τεῖχος. Al. Foffa; male!

חַרְצֻב m. unde Pl. fem. חַרְצֻבּוֹת *Vincula, ligamenta*, Jef. 58, 6. Solvere colligationes f. vincula impietatis. Pf. 73, 4. Nulla eft obligatio ad mortem eorum. Ab Ar. حضرب Valide torfit v. g. funem.

חַרְצָן m. unde Pl. חַרְצַנִּים *Retrimenta uvarum poft primam calcationem*, Num. 6, 4. Ab Ar. حصر Preffit; unde non multum abeft حصرمة Cibus omphacinus. Al. Alcini. Al. Uvæ paffæ.

חָרַק *Frenduit, ftriduit* fc. dentibus, Job. 16, 9. Part. חֹרֵק *Frendens*, Pf. 37, 12. Inf. abf. חָרֹק *Frendendo* fc. frendent, Pf. 35, 16. Fut. יַחֲרֹק *Frendet*, Pf. 112, 10. Pl. וַיַּחַרְקוּ *& frenduerunt*,

runt, Thr. 2, 16. Ar. حرق Collisit fricuitque dentes inter se cum stridore præ ira.

I. חָרַר *Exarsit, aestuavit; exustus, combustus fuit; Exaruit.* (Ar. حرّ Incaluit. Ferbuit. Pass. Exaruit, Matth. 13, 6. VIII. Æstuavit v. g. sol; hinc حرير calidus.) Præt. fem. חָרָה *Exaruit*, Job. 30, 30. Pl. חָרוּ *Exarescunt, consumuntur*, Jes. 24, 6. NIPH. נִחַר *Exaruit; combustus, accensus, incensus fuit*, Jer. 6, 29. in pausa נִחָר Ez. 15, 4. It. נָחַר (pro נִחַר) *Exaruit*, Ps. 69, 4. Pl. in pausa נִחָרוּ *Exarescunt*, Ps. 102, 4. Fut. וַיֵּחַר (in pausa) *& combustum est*, Ez. 15, 5. Pl. in pausa & ob exclusum Dagesch, יֵחָרוּ *Comburantur*, Ez. 24, 10. PIH. Inf. לְחַרְחַר *ad accendendum* (litem) Prov. 26, 21.

חָרֵר m. unde Pl. חֲרֵרִים *Loca aestuosa, torrida*, Jer. 17, 6.

חַרְחֻר m. *Inflammatio; Febris ardens*, Devt. 28, 22.

חָרוּל (dictum pro חָרוּר) m. *Urtica*, Zeph. 2, 9. Pl. חֲרֻלִּים *Urticæ*, Prov. 24, 31.

II. חרר. Ar. حرّ Liber fuit; evasit; unde etiam حُرّ Liber, non servus. Hinc

חֹרִים m. pl. *Liberi, ingenui*; it. *Nobiles, honorati, illustres, proceres*, 1 Reg. 21, 8. Eccl. 10, 17 (ubi plene scribitur). Aff. חֹרֶיהָ *Nobiles ejus*, Jes. 34, 12. Vel est a חָוַר Albuit, canduit; quia aulici & proceres olim candidis vestibus induti esse solebant.

III. חרר. Ar. خرّ Pervasit & scidit aqua terram; quod idem etiam خرخر denotat; unde etiam خرّ Scissio s. Fissura; nec non خُرّ Os s. foramen molæ, per quod delabitur frumentum. Hinc itaque

חֹר m. 1) *Caverna, foramen*; qs. fissura, 2 Reg. 12, 10. Pl. חֹרִים *Foramina*, 1 Sam. 14, 11. cst. חֹרֵי Job. 30, 6. Aff. חֹרָיו *Foramina sua*, Nah. 2, 13. 2) חוֹרַי pl. per Jod, præmisso Pathach, *Retia*; Targ. מְצָדִין Idem. Es. 19, 9. Sermo enim est de conturbatione rei piscatoriæ; q. d. Foraminosa. Al. Byssum, s. lintea albicantia; al. Holosericum; itidem male! 3) סַלֵּי חֹרִי *Canistra foraminosi operis*; aliis Similagineorum panum, ut LXX. κανᾶ

χονδριτῶν Id. Sed ut חֹר dicit Retia in Plurali, ita חֹרִי sing. eft Foraminofum opus, Gen. 40, 16. 4) חֹרִים & חֲרָאִים Stercora, vid. fub חרא.

חֲרִיוֹנִים m. pl. Stercora columbarum; vid. non minus in חרא.

חוֹר feu חֹר m. *Foramen, caverna*, Jef. 11, 8. Pl. חוֹרִים *Foramina*, Jef. 42, 22.

מַחְרָאוֹת pl. f. *Latrinæ, cloacæ*; vid. fub חרא.

I. חָרַשׁ *Aravit, fulcavit, coluit terram.* Ar. حرث, unde حرث Aratio, cultura agri. Præt. pl. חָרְשׁוּ *Ararunt*, Pf. 129, 3. Part. Ben. חוֹרֵשׁ *Arans*, Am. 9, 13. Pl. חֹרְשִׁים *Arantes*, Pf. 129, 3. Fem. pl. חֹרְשׁוֹת Job. 1, 14. Inf. cft. חֲרוֹשׁ *Arare*, 1 Sam. 8, 12. Fut. יַחֲרשׁ *Arabit*, Prov. 20, 4. NIPH. נֶחֱרַשׁ *Aratus fuit.* Fut. תֵּחָרֵשׁ *Arabitur*, Mich. 3, 12.

חָרִישׁ m. *Aratio*, Gen. 45, 6. Aff. חֲרִישׁוֹ *Aratio ejus, arvum ejus*, 1 Sam. 8, 12.

מַחֲרֶשֶׁת f. *Vomer.* Aff. מַחֲרַשְׁתּוֹ *Vomer ejus*, 1 Sam. 13, 20.

מַחֲרֵשָׁה f. 1) *Idem.* Aff. מַחֲרֵשָׁתוֹ *Vomer ejus*, 1 Sam. 13, 20. 2) *Omne inftrumentum fabrile.* Pl. מַחֲרֵשׁוֹת *Inftrumenta*, ib. v. 21.

II. חָרַשׁ *Exfculpfit, infculpfit, fabricavit omnem materiam*, v. g. lapidum, ferramentorum &c. Affine verbo חרת Exaravit, infculpfit; quod vid. infra. Ar. حرش & خرش Scalpfit, fcabit, fcarificavit, pec. ferro. Part. חֹרֵשׁ *Fabricans, faber ferrarius*, 1 Reg. 7, 14. Part. Pah. fem. חֲרוּשָׁה *Infculptum*, Jer. 17, 1.

חֶרֶשׁ m. unde Pl. חֲרָשִׁים *Artifices, fabri*, Jef. 3, 3. Al. Incantatores.

חָרָשׁ m. (formæ סַלָּח) *Artifex, faber*, Devt. 27, 15. cft. חָרַשׁ *Faber ferri*, Jef. 44, 12. *lignorum*, ib. v. 13. Pl. חָרָשִׁים *Fabri*, 2 Chr. 22, 6. cft. חָרָשֵׁי *Fabri* v. g. *lapidum*, i. e. latomi, 2 Sam. 5, 11.

חֲרֹשֶׁת f. *Sculptura, fabrefactura, artificium*, Ex. 31, 5. 35, 33.

III. חָרַשׁ Metaph. *Cogitavit, excogitavit, paravit, molitus, machinatus, fabricatus eft.* Part. חֹרֵשׁ *Excogitans*, Prov. 6, 18. Fut. תַּחֲרשׁ *Machinaberis*, Prov. 3, 29. HIPH. Part. מַחֲרִישׁ *Parans*, v. g. malum, 1 Sam. 23, 9. Sic Ar. حرث Aravit. Metaph. Movit, meditatus eft.

IV.

IV. חָרַשׁ *Surdum egit; tacuit, siluit; continuit se.* Ut Ar. خرس Obsurduit, obmutuit; cum Kesra vero خرس Mutus fuit. Fut. תַחֲרִשׁ *Silebis*, Pf. 83, 2. Pl. תַּחֲרַשְׁנָה *Silebunt*, Mich. 7, 16. HIPH. הֶחֱרִישׁ *Tacuit, continuit se*, Num. 30, 15. Part. מַחֲרִשׁ *Tacens*, Gen. 24, 21. *Surdus*, 1 Sam. 10, 27. Inf. הַחֲרֵשׁ *Tacendo*, Num. 30, 15. Imp. הַחֲרֵשׁ *Tace*, Jud. 18, 19. Fem. הַחֲרִישִׁי 2 Sam. 13, 20. Fut. אַחֲרִישׁ *Tacebo*, Jes. 42, 14. Pl. cum ן parag. תַּחֲרִשׁוּן *Silebitis*, Ex. 14, 14. HITHP. הִתְחָרֵשׁ *Tacentem se præbuit.* Fut. pl. וַיִּתְחָרְשׁוּ *& continuerunt se*, Jud. 16, 2.

חֵרֵשׁ m. *Surdus, auribus captus*, Pf. 38, 14. Pl. חֵרְשִׁים *Surdi*, Jes. 42, 18.

חֶרֶשׁ m. *Silentium*; cum ב Adverb. בַּחֶרֶשׁ *Clam*, Jos. 2, 1.

חֲרִישִׁית f. *Lenis*, qs. silens. רוּחַ חֲרִישִׁית *Ventus submissus, lenis*, solis aestum fervidiorem reddens, Jon. 4, 8.

V. חֹרֶשׁ m. 1) *Ramus*; *stipes* s. *truncus*, Ez. 31, 3. Jes. 17, 9. 2) *Saltus*, *sylva*, i. e. locus ramosus. Cum ה locali חֹרְשָׁה *in sylvam*, 1 Sam. 23, 16. Pl. חֳרָשִׁים *Sylvæ*, 2 Chr. 27, 4. Al. Munitiones. Conv. Ar. خرص & خرص Ramus oblongus.

I. חֶרֶשׂ m. *Testa.* כְּלִי חֶרֶשׂ *Vas testaceum*, Lev. 6, 21. Conv. plane Ar. خرس & خرس Seria, cadus, lagena major; unde خرس Seriam figulino opere confecit. Pl. cst. חַרְשֵׂי *Testæ*, Jes. 45, 9. Aff. חֲרָשֶׂיהָ *Testæ ejus*, Ez. 23, 34.

II. חרשׂ. Ar. حرش Asperum fuit. Unde حرش, Hebraice חָרוּשׂ m. *Asperum*, Job. 41, 22. Vidåel. Infra eum sunt exacutæ asperitates.

חָרַת *Exsculpsit, exaravit, exscidit*; Gr. χαράττω. Conven. חרשׁ Exsculpsit; & fere etiam Ar. حرت Vehementer confricuit. Pah. חָרוּת *Insculptus*, Ex. 32, 16.

I. חָשַׁב 1) *Putavit, reputavit, imputavit, aestimavit.* 2) *Cogitavit; meditatus, machinatus fuit.* 3) *Computavit, rationes subduxit.* Sic Ar. etiam حسب Reputavit, imputavit, aestimavit; Computavit; computum inivit. Præt. חָשַׁב *Meditatus est*, Jer. 49, 20. Aff. חֲשָׁבָהּ *Cogitavit illud*, Gen. 50, 20. Part. חֹשֵׁב *Cogitans*, Jer. 26, 3. Pl. חֹשְׁבִים *Cogitantes*, Neh. 6, 2.

cft. חֹשְׁבֵי *Reputantes*, Mal. 3, 16. Inf. cft. לַחְשֹׁב *ad cogitandum*, Ex. 31, 4. Fut. יַחְשֹׁב *Cogitat*, Jef. 10, 7. *Imputat*, Pf. 32, 2. Sequente Makkaph יַחְשָׁב־ Pf. 40, 18. Pl. יַחְשְׁבוּ *Cogitant*, Pf. 41, 8. in paufa יַחְשֹׁבוּ Jef. 13, 17. & cum ן parag. יַחְשְׁבוּן Pf. 35, 20. NIPH. נֶחְשַׁב *Reputatus, imputatus fuit*; it. *Computatum fuit*. Præt. נֶחְשַׁב Num. 18, 27. Pl. נֶחְשָׁבוּ *Reputati funt*, Jef. 40, 17. Part. נֶחְשָׁב *Reputatus*, 1 Reg. 10, 21. Fut. יֵחָשֵׁב *Imputabitur*, Lev. 7, 18. *Supputabitur*, 2 Reg. 22, 7. PIH. חִשַּׁב *Computavit, rationes iniit*; it. *Cogitavit*. Præt. וְחִשַּׁב *& computabit*, Lev. 25, 50. Fem. חִשְּׁבָה *Cogitavit*, Jon. 1, 4. Part. מְחַשֵּׁב *Cogitans*, Prov. 24, 8. Fut. יְחַשֵּׁב *Supputat*, Prov. 16, 9. Pl. יְחַשְּׁבוּ *Cogitant*, Dan. 11, 25. HITHP. Fut. יִתְחַשָּׁב (in paufa) *Reputabit fe ipfum*, Num. 23, 9.

חֲשַׁב CHALD. *Idem*. Part. Peh. pl. חֲשִׁיבִין *Reputantur*, Dan. 4, 32.

חֵשֶׁב m. *Artificium, artificiofe excogitatum*, v. g. Ephodi, Ex. 28, 8.

חֹשֵׁב m. *Artifex*, Ex. 26, 1. 31.

חֶשְׁבּוֹן m. *Cogitatio, ratiocinium*, λογισμὸς, Eccl. 7, 25.

חִשָּׁבוֹנָה f. unde Pl. חִשְּׁבֹנוֹת *Ratiocinia, machinæ, ingeniofe excogitata*, Eccl. 7, 29.

מַחֲשָׁבָה f. *Cogitatio, excogitatio*, Jer. 18, 11. Pl. מַחֲשָׁבוֹת *Cogitationes*, Jer. 11, 19. cft. מַחְשְׁבוֹת Prov. 15, 26. Aff. מַחְשְׁבוֹתֵיכֶם *Cogitationes veftræ*, Jef. 55, 8.

מַחֲשֶׁבֶת f. *Idem*, Ex. 35, 33. Aff. מַחֲשַׁבְתּוֹ *Cogitatio ejus*, Efth. 9, 25.

II. חֵשֶׁב m. *Cingulum*, fcil. quo facrum humerale induebatur, qf. Conjunctio fcil. Pectoralis cum humerali, Ex. 28, 8. ut videtur a Rad. حشب Commifcuit rem rei, i. e. conjunxit. Al. Artificiofe excogitata.

חָשָׁה *Siluit, tacuit, conticuit*; it. *Quievit, ceffavit*. Ar. fere idem dicit حشي III. Abftinuit a re. V. Dixit حاشا Abfit. Inf. cft. חֲשׁוֹת *Silere*, Eccl. 3, 7. Fut. אֶחֱשֶׁה *Tacebo*, Jef. 62, 1. Pl. יֶחֱשׁוּ *Tacebunt*, ib. v. 6. HIPH. הֶחֱשָׁה *Idem*. Præt. הֶחֱשֵׁיתִי *Silui*, Pf. 39, 3. Part. מַחְשֶׁה *Silens*, Jef. 57, 11. Pl. מַחְשִׁים *Silentes*,

lentes, Jud. 18, 9. it. *Silere jubentes*, Neh. 8, 11. Imp. pl. הַחֲשׁוּ *Silete*, 2 Reg. 2, 3. 5.

חֲשַׁח CHALD. *Opus*, *necesse habuit*. Conv. videtur Ar. حَشَّحَ Avidum reddidit, i. e. usui esse docuit. Part. plur. לָא חָשְׁחִין *Non usum* s. *opus habentes*, Dan. 3, 16. Fem. plur. וּמָה חַשְׁחָן *& quæ usui sunt*, Esr. 6, 9.

חַשְׁחוּת f. CHALD. *Necessarium*, Esr. 7, 20.

חָשַׁךְ *Obscurus*, *obscuratus fuit*, *tenebrosus*, *obtenebratus fuit*. Ar. per Metaplasmum literarum غسق Tenebricosa, caliginosa fuit v. g. nox. IV. In tenebris fuit. Præt. חָשַׁךְ Jes. 13, 10. Pl. חָשְׁכוּ *Obscurati sunt*, Thr. 5, 17. Fut. תֶּחְשַׁךְ *Obscurabitur*, Eccl. 12, 2. Plur. יֶחְשְׁכוּ *Obscurentur*, Job. 3, 8. HIPH. הֶחְשִׁיךְ *Obtenebravit*, *tenebras obduxit*, Am. 5, 8. Præt. הַחֲשַׁכְתִּי *& obtenebrabo*, Am. 8, 9. Part. מַחְשִׁיךְ *Obtenebrans*, Job. 38, 2. Fut. יַחְשִׁךְ *Obtenebrabit*, Jer. 13, 16.

חֹשֶׁךְ m. *Obscuratus*, *obtenebratus*, *obscurus*. Pl. חֲשֵׁכִים *Obscuritates*, Jer. 50, 10.

חֲשֵׁכָה f. *Tenebræ*, Gen. 15, 12. Semel חֲשֵׁיכָה Ps. 139, 12.

חָשׁוּךְ m. unde Pl. חֲשֻׁכִּים (cum Dagesch euphonico) *Obscuri*, *ignobiles homines*, Prov. 22, 29.

חֹשֶׁךְ m. *Tenebræ*, Gen. 1, 2. Aff. חָשְׁכִּי *Tenebras meas*, 2 Sam. 22, 29.

חֶשְׁכָה f. *Idem*. cst. חֶשְׁכַת Ps. 18, 12.

מַחְשָׁךְ m. *Tenebræ*, *tenebrosus locus*, Ps. 88, 19. Plur. מַחֲשַׁכִּים *Loca tenebrosa*, ib. v. 7. cst. מַחֲשַׁכֵּי Ps. 74, 20.

חֲשׁוֹכָא f. CHALD. *Tenebræ*, Dan. 2, 22.

חָשַׂךְ *Cohibuit*, *subtraxit*; *conservavit* v. g. a malo. Ar. per Metaplasmum dicitur خرج Retinuit, avulsit, impedivit. Propius accedit Syr. ܡܣܟ Cohibuit, immunem fecit. Præt. חָשַׂכְתָּ *Subtraxisti*, Gen. 22, 12. Part. חוֹשֵׂךְ *Subtrahens*, Prov. 10, 19. Imp. חֲשֹׂךְ *Subtrahe*, Ps. 19, 14. Fut. אֶחְשׂוֹךְ, & seq. Makkaph אֶחְשָׂךְ־ *Cohibebo*, Job. 7, 11. Cum ו converſ. וָאֶחְשׂוֹךְ *& cohibui*, Gen. 20, 6. תַּחְשׂוֹךְ *Subtrahes*, Prov. 24, 11. NIPH. יֵחָשֵׂךְ *Cohibebitur*, Job. 16, 6. & accentu retracto יֵחָשֶׂךְ Job. 21, 30. Al. Seponitur & servatur ad diem &c.

חֹשֶׂךְ m. *Cohibitio*, *subtractio*, Jes. 14, 6.

חשל

חֲשַׁל Chald. *Debilitavit.* Part. חָשֵׁל *Debilitans*, Dan. 2, 40. Al. Domat f. vincit. NIPH. Part. Hebr. pl. m. נֶחֱשָׁלִים *Debilitatos*, Devt. 25, 18. Conv. fere Ar. خسل Rejecit; unde خسل Viliores, debiles; vel خشل Tritus fuit, v. g. veſtis trita.

חַשְׁמַל vid. ſub חוש.

חשם. Ar. حشم intranſ. Pinguis evaſit; it. Bene habuit. حشم Multi famulitii fuit: unde etiam حشيم Magnus, magni famulitii vir. Hinc

חַשְׁמַנִּים m. pl. *Magnates*, *optimates*; (hinc fortaſſe Ar. حيسمان Obeſus) Pſ. 68, 32. Michaëlis, Chaſmonæi, populus in Ægypto ſuperiore, Ar. أشمونين. Ita ex Wanslebii Relation d'Egypte p. 3.

חשן m. *Pectorale*; ac potius Teſtimonium, ab Ar. حسنى Rerum divinarum contemplatio; it. Teſtimonium; cum quo collactaneum eſt حسنين Teſtis; ut proinde חשן הַמִּשְׁפָּט ſit *Teſtimonium judicii*, Ex. 25, 7.

I. חָשַׂף *Nudavit*, *denudavit*, *revelavit*, *deſtrinxit.* Ar. حسف Mundavit v. g. dactylos, ſcil. decorticavit. Præt. חָשַׂף Jeſ. 52, 10. Part. Pah. pl. חֲשׂוּפַי pro חֲשׂוּפִים, *Nudati* Jeſ. 20, 4. Fem. חֲשׂוּפָה *Nudatum*, Ez. 4, 7. Inf. abſ. חָשׂוֹף *Nudando*, Joël. 1, 7. Imp. fem. חֶשְׂפִּי *Nuda*, Jeſ. 47, 2. Fut. וַיֶּחֱשֹׂף *& nudavit*, Pſ. 29, 9.

מַחְשֹׂף m. *Denudatio*, *decorticatio*, Gen. 30, 37.

חָשִׂיף m. unde pl. cſt. שְׁנֵי חֲשִׂפֵי עִזִּים *Duo parvi greges* (LXX. ποιμνία) *caprarum*; qſ. duæ reliquiæ, ab Ar. حسف propr. Deſtringendo, quæ ſequiora ſunt, rejicere; unde etiam حسفة Tenues nubes, i. e. quæ ſe ab aliis grandioribus abſtraxerunt. 1 Reg. 20, 27.

II. חָשַׂף *Hauſit*; quod videtur eſſe Ar. خسف Demerſit in imum, v. g. hauſtrum, ſitulam. Hinc Germ. Schöpfen. Inf. cſt. לַחְשֹׂף *ad hauriendum*, Jeſ. 30, 14. Hagg. 2, 16.

I. חשק *Junxit*, *conjunxit*, *conſeruit.* Ar. عسق Adhæſit. Alii male hoc verbum componunt cum حسق Penetravit. PIH. חִשֵּׁק

חִשֵּׁק *Conjunxit*, *conferuit*, Ex. 38, 28. PYH. חֻשַּׁק *Confertus fuit.* Part. pl. מְחֻשָּׁקִים *Conferti*, Ex. 27, 17.

חָשׁוּק m. unde Pl. c. Aff. חֲשׁוּקֵיהֶם & חֲשֻׁקֵיהֶם *Perticæ*, sc. columnas eas conferentes, Ex. 38, 10. 12. Al. Fasciæ f. annuli.

חִשּׁוּק m. unde Pl. c. Aff. חִשֻּׁקֵיהֶם *Radii earum* sc. rotarum, 1 Reg. 7, 33.

II. חָשַׁק *Amavit; concupivit, appetiit, desideravit; propensus fuit.* Cſtr. cum Accuſ. & בְּ. Ar. عشق Amore flagravit.

Præt. חָשַׁק Devt. 10, 15. 1 Reg. 9, 19. Fem. חָשְׁקָה Gen. 34, 8.

חֵשֶׁק m. *Deſiderium, appetitus*, 1 Reg. 9, 19.

I. חשר. Ar. خثر Craſſa & ampla fuit res. Hinc

חִשֻּׁרִים m. pl. *Modioli rotarum*, craſſæ rotarum partes, 1 Reg. 7, 33. Al. Radii; perperam!

II. חשר. Ar. حشر Congregavit, collegit. Unde

חַשְׁרָה f. *Congregatio*, *collectio*. Cſt. חַשְׁרַת מַיִם *Collectio aquarum*, v. g. in nubibus, 2 Sam. 22, 12.

חשש. Ar. حشّ Exaruit inſtar foeni; unde حشيش Herba ſiccior, foenum. Hinc

חֲשַׁשׁ m. *Gramen torridum*, i. e. foenum, Jeſ. 5, 24. 33, 11. Al. Stipula.

תַּחַשׁ m. Delphini ſpecies, Ar. دُخَس, LXX. ὑάκινθος dicta, de qua vid Dioſcor. lib. 3. cap. 85. Num. 4, 6. Pl. תְּחָשִׁים *Delphini*, Ex. 25, 5. Scil. hujus delphini ſpeciei pellis tegendæ foederis arcæ tum ſatis apta erat, quia pluviæ aquam haud transmittebat, tum etiam, ceu belluæ ad minimum quatuor cubitos longæ, tres vero craſſæ, ſatis magna erat. Certe vero תַּחַשׁ, quia conjungitur cum עוֹר, & quia pluralem a ſe format, non poteſt non animal fuiſſe. Al. Taxus f. melis; al. Color hyacinthinus; al. Ovium ſingularis quædam ſpecies; al. Monathus, cetorum ſpecies. Cæterum vox potius ad תחשׁ ipſam Radicem, ſed deperditam, pertinere videtur, aut dici pro תַּחְשָׁה, formæ תַּחַת, a Rad. Ar. حشا Implevit, replevit. VIII. Oſſertus fuit v. g. carne; qſ. Oppletus.

חָתָה *Cepit, abripuit, abſtulit; evulſit*, ſpec. ignem aut prunas e foco. Affine eſſe videtur Ar. حتّ Evulſit manibus vel

vel fummis digitis; it. Præbuit rem. Part. חֹתֶה *Capiens*, Prov. 25, 22. Inf. לַחְתּוֹת *ad capiendum*, Jef. 30, 14. Fut. יַחְתֶּה *Capiet*, Prov. 6, 27. Aff. יַחְתְּךָ *Auferet te*, Pf. 52, 7.

מַחְתָּה f. *Acerra*, *trulla*, fcil. qua vel ignis capitur & ad alias res transfertur, vel cineres & fordes ellychnii lucernæ auferuntur, Num. 17, 11. Aff. מַחְתָּתוֹ *Acerram fuam*, Lev. 10, 1. Pl. מַחְתּוֹת *Acerræ*, Num. 4, 14. Aff. מַחְתֹּתֶיהָ *Acerras fuas*, ibid. v. 9.

חתך. Ar. videtur dici حتك Dilaceravit; rupit. Hinc NIPH. נֶחְתַּךְ *Decifum eft*; imperf. pro Decifæ, qf. abruptæ, i. e. definitæ, determinatæ funt, Dan. 9, 24.

חתל. Ar. حتل propr. Circumdedit, circumretivit; atque hinc Circumvenit, decepit; verum etiam حتل Involucrum, operimentum. Hebraice in PYH. Præt. fem. & HOPH. Inf. dicitur הָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *Fafciando non fuifti fafciata*, i. e. fafciis non involuta, Ez. 16, 4.

חֲתֻלָּה f. *Fafciæ*. Aff. חֲתֻלָּתוֹ *Fafciæ ejus*, Job. 38, 9.

חִתּוּל m. *Fafcia*, Ez. 30, 21.

חתם 1) *Obfignavit*, *figillavit*. 2) *Perfecit*, *abfolvit*. 3) *Obftruxit*, *obligavit*. (Ar. ختم Sigillavit, obfignavit. Perfecit, abfolvit. IV. Obftruxit.) Part. Ben. חוֹתֵם *Obfignans*, Ez. 28, 12. Pah. חָתוּם *Obfignatum*, Devt. 32, 34. Pl. חֲתוּמִים *Obfignati*, Neh. 10, 2. it. חָתֻם Job. 14, 17. pl. חֲתֻמִים Dan. 12, 9. Inf. abf. חָתוֹם *Obfignando*, Jer. 32, 44. conftr. לַחְתֹּם *ad obfignandum* i. e. perficiendum, Dan. 9, 24. Imp. חֲתוֹם *Obfigna*, Jef. 8, 17. Pl. חִתְמוּ *Obfignate*, Efth. 8, 8. Fut. יַחְתֹּם *Obftruit*, Job. 9, 7. NIPH. נֶחְתָּם & נֶחְתּוֹם *Obfignatus fuit*, Efth. 3, 12. 8, 8. PIH. חִתֵּם *Defignavit*, per Meton. antec. Præt. pl. חִתְּמוּ *Defignarunt*, Job. 24, 16. HIPH. הֶחְתִּים *Obftruxit*, Lev. 15, 3.

חֲתַם Chald. *Idem*. Præt. c. Aff. חַתְמַהּ *Obfignavit eam*, Dan. 6, 18.

חוֹתָם m. *Sigillum*, Ex. 28, 11. Aff. חוֹתָמְךָ *Sigillum tuum*, Gen. 38, 18. חֹתָמוֹ *Sigillum ejus*, 1 Reg. 21, 8.

חֹתֶמֶת f. fubintell. טַבַּעַת *Annulus fignatorius*, Gen. 38, 25.

חָתָן m. 1) *Sponfus* (ab Ar. ختن Junxit connubium cum aliquo) Jef. 62, 5. eft. כִּי חֲתַן־דָּמִים אַתָּה לִי *Certe fponfus fanguinarius*

narius tu (Moses) *mihi es*, Ex. 4, 25. 2) *Gener*, 1 Sam. 18, 18. Aff. חֲתָנוֹ *Generum suum*, Jud. 19, 5. Pl. c. Aff. חֲתָנָיו *Generos suos*, Gen. 19, 14. 3) in genere *Propinquus uxoris*, 2 Reg. 8, 27.

חֹתֵן m. (Ar. خَتَن) *Socer*; uxoris Pater, Ex. 18, 1. Aff. חֹתֶנְךָ *Socer tuus*, ib. v. 6. חָם contra dicitur Socer, mariti Pater.

חֹתֶנֶת f. *Socrus*; uxoris mater. Aff. חֹתַנְתּוֹ *Socrus ejus*, Deut. 27, 23.

חֲתֻנָּה f. *Desponsatio*, *sponsalia*, Cant. 3, 11.

הִתְחַתֵּן HITHP. *Affinitatem iniit*, *contraxit*, *junxit*; *affinitate junctus fuit*. Constr. cum בְּ, אֶת & Dat. Præt. pl. וְהִתְחַתַּנְתֶּם *& affinitatem inibitis*, Jos. 23, 12. Inf. הִתְחַתֵּן *Affinitatem inire*, 1 Sam. 18, 23. Imp. הִתְחַתֵּן *Affinitatem contrahe*, ib. v. 22. Fut. תִּתְחַתֵּן *Affinitatem contrahes*, ib. v. 21.

חתף *Mori voluit s. jussit*. Fut. יַחְתֹּף *Mori jubebit*, Job. 9, 12. Convenit plane Ar. خَتَف Id. Al. Rapuit, id. cum חָטַף.

חֶתֶף m. *Mors*, Prov. 23, 28. Ar. خَتْف Idem. Al. Harpago, Germ. Schnaphan.

חָתַר propr. Perforavit, fodiendo penetravit; unde Ar. خطّار Penetrans v. g. ensis. Hebraice 1) *Fodit*, *effodit*, *perfodit*; *foramen fecit*, v. g. in pariete. Præt. חָתַרְתִּי *Fodi*, Ez. 12, 7. Imp. חֲתָר *Fode*, Ez. 8, 8. Fut. וָאֶחְתֹּר *& fodi*, ib. Plur. יַחְתְּרוּ *Fodient*, Ez. 12, 12. 2) *Remigavit*. Fut. pl. וַיַּחְתְּרוּ *& remigarunt*, Jon. 1, 13.

מַחְתֶּרֶת f. Instrumentum perfossorium; rectius *Foramen in pariete effossum*, *locus perfossus*, LXX. διόρυγμα, Ex. 22, 1. Jer. 2, 34.

I. חָתַת (Ar. حَتّ Confricuit manibus. Rasit, abrasit. Intrans. Diffusus, dispersus fuit.) *Attritus*, *contritus*, *fractus fuit*. It. transitive, *Decussit*, *excussit*, *abjecit*. Præt. חַת *Contritus est*, Jer. 50, 2. Fem. חַתָּה *Contrita est*, Jer. 14, 4. in pausa חָתָּה Jer. 48, 1. Pl. חַתּוּ *Contriti sunt*, Jer. 50, 2. Imp. pl. חֹתּוּ *Frangimini*, Jes. 8, 10. Part. pl. חַתִּים *Abjicientes*, 1 Sam. 2, 4. Al. Fracti. NIPH. נִחַת *Contritus*, *decussus est*. Præt. נִחַת 2 Sam. 22, 35. Fem. נִחֲתָה (pro נִחַתָּה) *Contritus est* arcus aereus (hostis mei) brachiis meis, Ps. 18, 35. Pl. נִחַתּוּ (pro נִחַתּוּ) *Fractæ sunt* sc.

fc. fagittæ, Pf. 38, 3. Fut. pl. יֵחַתּוּ *Decutientur* (in fepulcrum), Job. 21, 13. PIH. חִתֵּת *Confregit*, *contrivit*, Præt. fem. חִתְּתָה *Fregit fe* i. e. *fractus eft*, Jer. 51, 56. HIPH. הֵחַת *Contrivit*, *fregit*, *vicit*. Præt. הַחִתּוֹתָ *Fregifti*, *contrivifti*, Jef. 9, 3. הַחִתֹּתִי (ad formam הִפְקַדְתִּי) *Contrivi*, Jer. 49, 37.

מְחִתָּה f. *Deftructio*, *everfio*, Pf. 89, 41.

II. חָתַת (Ar. خَتَّ IV. Diminuit, depreffit. Erubuit, pudorem concepit.) *Territus*, *confternatus fuit*, *pudefactus fuit*. Præt. pl. חַתּוּ *Confternati funt*, 2 Reg. 19, 26. NIPH. נִחַת *Confternatus*, *veritus fuit*, Mal. 2, 5. Fut. cum ה parag. אֵחַתָּה *Terrebor*, Jer. 17, 18. חַת חָתַת *Confternator*, Devt. 1, 21. HIPH. הֵחַת *Confternatum reddidit*. Fut. אֲחִת *Terrebo*; c. Aff. אֲחִתְּךָ *Terrebo te*, Jer. 1, 17. יַחַת *Terrebit*; c. Aff. יְחִתֵּנִי *Terrebit me*, Job. 31, 34. יְחִיתַן *Terrebit eas*, Hab. 2, 17.

חַת m. *Terror*, *confternatio*, Job. 41, 25. Aff. חִתְּכֶם *Terror vefter*, Gen. 9, 2.

חִתָּה f. *Idem*. cft. חִתַּת Gen. 35, 5.

חִתִּית f. *Idem*, Ez. 32, 27. Aff. חִתִּיתוֹ (Chethibh) *Terror ejus*, ib. v. 32.

חֲתַת m. *Confternatio*, *terror*, Job. 6, 21.

חַתְחַת m. *Terror*. Pl. חַתְחַתִּים *Terrores*, Eccl. 12, 5.

מְחִתָּה f. *Idem*, Prov. 10, 29. Cft. מְחִתַּת ib. v. 15.

ט

טְאֵב טאב CHALD. *Bonus fuit*, Dan. 6, 24. Ar. طاب Idem.

טָב, in paufa טָב m. CHALD. *Bonus*, Dan. 2, 32.

טאח f. טֵאטֵא Rad. inuf. propr. Avertit, inflexit. Hinc PIH.

טֵאטֵא (Ar. طأطأ) *Verrit*, *everrit*, *fcopis repurgavit*. Præt. c. Aff. וְטֵאטֵאתִיהָ *& everram eam*, Jef. 14, 23.

טִיט m. (pro טֵאִיט) *Lutum*, *coenum*, qf. expurgamentum, Jef. 41, 25.

מַטְאֲטֵא m. *Everriculum*, *fcopœ*, Jef. 14, 23.

טֵבֵת (pro טֵאֵי־בָּאת) Tebeth, qf. *Inflexiones occidentis* i. e. anni; ab obfol. טאה Inflexit, & בָּאת Part. f. Occidens, a בָּא Occidit.

cidit. Scil. mensis Hebræorum, maximam partem Januario nostro respondens, Aegyptiis mensis Τῦβι. Esth. 2, 16.

I. טָבַח *Coxit, assavit, elixavit.* Ar. طبخ Coxit, assavit. VII. Sumsit ad coquendum; illud paravit. Hinc

טַבָּח m. *Coquus*, 1 Sam. 9, 23. 24. it. *Qui alicui de victu prospicit.* Alium hujus significatum vid. mox.

טַבָּחָה f. unde Pl. טַבָּחוֹת *Coquæ*, 1 Sam. 8, 13.

II. טָבַח (Ar. ذبح) *Mactavit, immolavit.* Præt. טָבַחְתִּי *Mactavi*, 1 Sam. 25, 11. Part. Pah. טָבוּחַ *Mactatus*, Devt. 28, 31. Inf. טְבוֹחַ *Mactare*, Ps. 37, 14. Imp. טְבֹחַ *Macta*, Gen. 43, 16.

טַבָּח m. unde Pl. רַב טַבָּחִים *Satellitum s. custodum corporis Regii summus præfectus*; it. *Apparitorum Regis magister*, i. e. eorum, qui & tortorum & carnificum officio, olim honesto, fungebantur. 2 Reg. 25, 11. Chald. רַב טַבָּחַיָּא *Idem*, Dan. 2, 14. Sed Gen. 40, 4. LXX. ἀρχιδεσμώτης, i. e. Satellitum præfectus, qui simul captivis & vinctis præpositus erat.

טֶבַח m. *Mactatio*, Ez. 21, 10. it. *Animal mactatum*; c. Aff. טִבְחָהּ *Animal ab ea mactatum*, Prov. 9, 2.

טִבְחָה f. *Mactatio*; it. *Pecus mactatum*; Jer. 12, 3. Aff. טִבְחָתִי *Animal a me mactatum*, 1 Sam. 25, 11.

מַטְבֵּחַ m. *Mactatio*, Jes. 14, 21.

טָבַל *Tinxit, intinxit, immersit, baptizavit.* Ar. per Metaplasmum τῶ ב in מ طمل Saturo imbuit colore. it. Imbutus fuit. Verum etiam نبل sonat Adspersit, Dan. 4, 15. Præt. טָבַל Lev. 4, 6. Part. Ben. טֹבֵל *Tingens*, Devt. 33, 24. Pah. pl. טְבוּלִים *Tincti*, Ez. 23, 15. Fut. וַיִּטְבֹּל *& intinxit*, Lev. 9, 9. NIPH. Præt. pl. נִטְבְּלוּ *Intincti sunt*, Jos. 3, 15.

טָבַע *Demersus, immersus; submersus, impressus, infixus affixus fuit.* Ar. طبع Infixit, defixit. Impressit. Præt. טָבַעְתִּי *Immersus sum*, Ps. 69, 3. Pl. טָבְעוּ *Demersi sunt*, Ps. 9, 16. Fut. cum ה parag. & in pausa אֶטְבָּעָה *Immergar*, Ps. 69, 15. וַיִּטְבַּע *& immersus est*, Jer. 38, 6. PYH. טֻבַּע *Immersus fuit.* Præt. pl. טֻבְּעוּ *Immersi sunt*, Ex. 15, 4. HOPH. הָטְבַּע *Defixus, affixus fuit.* Præt. pl. הָטְבָּעוּ (in pausa) *Defixi sunt*, Prov. 8, 25. הָטְבְּעוּ *Immersi sunt*, Jer. 38, 22.

טַבַּעַת f. *Annulus*, ab impressione & defixione dictus, v. g. digitalis, Gen. 41, 42. signatorius, Esth. 8, 8. it. Cui vectis inseritur,

ſeritur, Ex. 26, 24. Aff. טַבַּעְתּוֹ *Annulus ejus*, Gen. 41, 42. Pl. טַבָּעוֹת (a Sing. טַבָּעָה) *Annuli*, Ex. 25, 12. cſt. טַבְּעוֹת ib. Aff. טַבְּעֹתֵיהֶם *Annuli eorum*, Ex. 26, 29.

טבר. Ar. طبر Aſſilivit; qſ. Eminuit, exſtitit. Hinc

טַבּוּר m. (ἅπ. λεγόμενον) *Locus patens & editus ſ. eminens;* Lat. Tuber, Jud. 9, 37. & Ez. 38, 12. LXX. ὀμφαλός, umbilicus, h. e. locus inter valles medius ac prominens. Ar. سرة Medium vallis, ſumen, Ez. 38, 12. id. quod Hebr. שֹׁר Umbilicus.

טֵבֵת vid. ſub טאה.

טָהֵר *Mundus, purus fuit*, v. g. a ſordibus, a peccatis. Plane idem Ar. طهر. Præt. טָהֵר Lev. 11, 32. Fem. טָהֲרָה *Munda fuerit*, Lev. 15, 28. in pauſa טָהֵרָה Lev. 12, 8. טָהַרְתִּי *Mundus ſum*, Prov. 20, 9. Pl. וּטְהַרְתֶּם *& mundi ſitis*, Num. 31, 24. Imp. in pauſa טְהָר pro טְהַר *Mundus eſto*, 2 Reg. 5, 10. Fut. אֶטְהַר *Mundus ero*, Pſ. 51, 9. תִּטְהָרִי *Mundaberis*, Jer. 13, 27. Pl. תִּטְהָרוּ (in pauſa) *Mundabimini*, Lev. 16, 30. PIH. טִהַר *Purgavit, mundavit*, Lev. 14, 48. Aff. טִהֲרוֹ *Purgavit eum*, ib. c. 13, 6. Pl. וְטִהֲרוּ *& mundaverint*, Ez. 39, 16. Part. מְטַהֵר *Mundans*, Lev. 14, 11. Inf. טַהֵר *Mundare*, Lev. 16, 30. Aff. טַהֲרִי *Mundare meum*, Ez. 36, 33. Imp. c. Aff. טַהֲרֵנִי *Munda me*, Pſ. 51, 4. Fut. אֲטַהֵר *Mundabo*, Ez. 36, 25. PVH. טֹהַר *Purgatus, mundatus fuit*. Part. f. מְטֹהָרָה *Mundata*, Ez. 22, 24. HITHP. הִטַּהֵר (pro הִתְטַהֵר) *Purgavit, mundavit ſe; abluit corpus; baptizatus fuit*. Præt. pl. הִטַּהֲרוּ *Mundarunt ſe*, Eſr. 6, 20. in pauſa וְהִטֶּהָרוּ *& mundabunt ſe*, Num. 8, 7. Part. מִטַּהֵר *Mundans ſe*, Lev. 14, 4. Pl. מִטַּהֲרִים *Mundantes ſe*, Jeſ. 66, 17. Imp. pl. הִטַּהֲרוּ *Mundate vos*, Gen. 35, 2. Fut. pl. וַיִּטַּהֲרוּ *& mundarunt ſe*, Neh. 12, 30.

טָהוֹר m. *Mundus, purus, clarus*, Ex. 25, 11. cſt. טְהוֹר & ſeq. Makkaph -טְהָר Hab. 1, 13. Job. 17, 9. Pl. טְהוֹרִים *Mundi*, Ez. 36, 25. Fem. טְהוֹרָה *Munda, pura*, Num. 5, 28. Pl. טְהוֹרוֹת *Mundæ*, Pſ. 12, 7.

טֹהַר m. *Mundities, nitor, puritas*, Ex. 24, 10. Aff. טָהֳרָה *Mundities ejus*, Lev. 12, 6. מִטָּהֳרוֹ (mittoharo, cum Chateph-kamez ſub ט, ad indicandam originem ſuam, ut קֳדָשִׁים a קֹדֶשׁ)

Ex

Ex munditie ejus; rectius fortasse: Cessationem fecisti a vincendo ejus s. ab ejus victoriis, sc. ab Ar. طهر Vicit, Ps. 89, 45.

טְהָרָה f. *Mundities, puritas, nitor, purgatio.* Cst. טָהֳרַת 1 Chr. 23, 28.

טוב *Bonum, pulchrum esse.* Ar. طاب pro طيب Bonus, legitimus, pulcher fuit. Præt. pl. טֹבוּ pro טָבוּ *Bona sunt*, Cant. 4, 10. Inf. טוֹב Esth. 1, 10. HIPH. הֵטִיב *Benefecit.* Præt. הֵיטַבְתָּ *Benefecisti*, 1 Reg. 8, 18. וְהֵטַבְתִּי *& bene faciam*, Ez. 36, 11.

טוֹב m. טוֹבָה f. *Bonus, a, um*, Gen. 49, 15. Pl. טוֹבִים *Boni*, Jer. 44, 17. Fem. טוֹבוֹת *Bonæ, pulchræ*, Gen. 6, 2. 2) *Bonitas*, Ps. 16, 2.

טוּב m. *Bonitas, bonum*, Jes. 1, 19. Devt. 28, 47. Aff. טוּבוֹ *Bonitas ejus*, Job. 20, 21.

טְאֵב Chald. *Bonus fuit*, Dan. 6, 24.

טָב m. Chald. *Bonus*, Dan. 2, 32.

טָוָה *Nevit.* Ar. طوى Plicavit, in se convolvit v. g. vestem; unde etiam طوية Mulier vestes plicans, quod v. g. etiam nendo fit. Præt. pl. טָווּ *Neverunt*, Ex. 35, 26.

מַטְוֶה m. *Netum*, Ex. 35, 25.

מְלָאכָה f. Ex. 20, 8. qs. Functio legati; hinc *Ministerium*; inde porro *Opus* pec. servile; *Ars, artificium; Res agenda, negotium; Opus Dei*. Absol. מְלָאכָה *Opus*, Ex. 20, 10. Cst. מְלֶאכֶת (quod idem etiam est Absolutum, 2 Par. 13, 10.) *Opus* scil. *Deo præstandum*, Jer. 48, 10. Cum Aff. מְלַאכְתּוֹ *Opus suum*, Gen. 2, 2. Pl. מַלְאֲכוֹת *Opera*, 1 Par. 28, 19. Cum Aff. מַלְאֲכוֹתֶיךָ *Opera tua* scil. Dei, Ps. 73, 28. De מְלֶכֶת vero i. e. *Regina cœli*, q. d. Luna in Jeremia Cap. 7, 18. vid. מָלַךְ.

לְאֹם m. *Natio, populus*; vid. אמם.

לבב. Ar. لبّ Substitit mansitve aliquo loco, ei inhærens. It. Nucleo prædita fuit res. Hinc

לֵב m. (Ar. لبّ) *Cor, animus, mens, ingenium*; it. *Cogitatio, desiderium, consilium, studium*; it. *Medium rei*, qs. nucleus. Jes. 40, 2. Ez. 16, 30. cum Makkaph לֶב־ Prov. 22, 15. Cum Aff. לִבּוֹ *Cordis ejus*, Gen. 6, 5. לִבְּכֶם *Cor vestrum*, Gen. 18, 5. לֵב m. Chald. *Idem*. Hinc לִבִּי *Cor meum*, Dan. 7, 28.

לִבָּה f. unde לִבָּתֵךְ *Cor tuum*, Ez. 16, 30. Pl. לִבּוֹת *Corda*, Ps. 7, 10. Cum Aff. לִבּוֹתָם *Corda eorum*, Ps. 125, 4.

לֵבָב m. *Idem*; it. *Confilium*, *cogitatio*; it. *Medium alicujus rei.* 1 Sam. 16, 7. Cft. לֵבַב, Jon. 2, 4. Cum Aff. לְבַבְכֶם *Cor veſtrum*, Devt. 11, 13. Pl. f. cum Aff. לְבָבְהֶן (defective pro לְבָבֹתֵיהֶן) *Corda earum*, Nah. 2, 8. Pl. f. לְבָבוֹת *Corda*, 1 Par. 28, 9. לְבַב m. CHALD. *Cor*, *mens*, *ratio*, Dan. 4, 13. Cum Aff. לִבְבָךְ *Cor tuum*, Dan. 2, 30.

I) לִבֵּב PIH. *Læſit* ſ. *vulneravit cor*, i. e. amore ſui incendit. Præt. 2 f. ſ. לִבַּבְתְּ, unde לִבַּבְתִּנִי *Cor meum vulneraſti*, Cant. 4, 9. Al. Cor meum abſtuliſti. NIPH. Fut. יִלָּבֵב (a non occurrente Præter. נִלְבַּב) *Corde* i. e. *prudentia donabitur*; (ſermo enim eſt de fructu veræ converſionis) Job. 11, 12. coll. v. 15. Al. Corde privabitur 2) לִבֵּב PIH. qſ. confirmavit ſ. refecit cor, i. e. *Paravit*, *coxitve lagana* ſ. *liba cardiaca*. Fut. 3 f. ſ. תְּלַבֵּב *Coquat lagana cardiaca*, 2 Sam. 13, 6. Hinc

לְבִבָה f. unde Pl. לְבִיבוֹת *Lagana* ſ. *liba cardiaca*, 2 Sam. 13, 6. 8. 10. Prope abeſt Ar. لباب Medulla panis.

לָבִיא m. (vel pro לָבִיב a לֵב, qſ. animoſus dictus; vel ab Ar. لبى Multum expetivit & uſurpavit cibi, qſ. vorax fuit) *Leo animoſus*, *ferox*; Germ. Löwe, Job. 4, 11. Pl. לְבָאִם (defective pro לְבָאִים) *Leones*, Pſ. 57, 5. Fem. לְבִיָּא *Leæna*, Ez. 19, 2. Pl. cum Aff. לִבְאֹתָיו *Leænæ ſuæ*, Nah. 2, 13. Ar. etiam clicitur لباة & لبوة Leænæ, Apoc. 13, 2.

לבט. Ar. لبط Excitavit; it. Syr. ܠܒܛ Concitavit, incitavit. Hinc NIPH. Fut. יִלָּבֵט *Incitatur*, i. e. *caſtigatur*, *vapulat*, *cæditur*, Prov. 10, 8. 10. Hoſ. 4, 14. Al. cum LXX. Implicatur; al. Cæſpitat; al. Corruit.

I. לבן. Ar. لبن Lac habuit; lacte abundavit; ab albedine dictum. Hinc Hebr. HIPH. הִלְבִּין 1) *Dealbavit.* Inf. לַלְבֵּן, pro לְהַלְבֵּן *ad Dealbandum*, Dan. 11, 35. i. e. *ad depurandum a ſcoriis*. 2) *Albus fuit*, *albus evaſit*; *canduit*. Præt. הִלְבִּינוּ *Albuerunt*, Joël. 1, 7. Fut. אַלְבִּין *Albeſcam*, Pſ. 51, 9. Pl. יַלְבִּינוּ *Albeſcent*, Jeſ. 1, 18. HITHP. Præt. הִתְלַבֵּן *Reddidit ſe candidum*; *perpurgavit*, *dealbavit ſe*. Fut. pl. יִתְלַבְּנוּ *Perpurgabunt*, *dealbabunt ſe*, Dan. 12, 10.

לָבָן m. *Albus*, *candidus*, Ex. 16, 31. Pl. m. לְבָנִים *Albi*, Zach. 6, 3.

לְבָנָה f. 1) *Alba*, Lev. 13, 4. it. *Perluciditas*, Ex. 24, 10. Cft. לִבְנַת ibid. Plur. לְבָנוֹת *Albæ*, Gen. 30, 37. 2) *Luna*, Jef. 24, 23.

לָבָן m. *Albus*, Ex. 16, 31. Cft. cum Makkaph לְבֶן־, Gen. 49, 12.

לִבְנֶה m. *Populus alba*; Gr. λεύκη, Gen. 30, 37. Ar. لُبْنَى Idem. Michaëlis, Ar. لُبْنَى Styrax; arbor emittens lac instar mellis, quo & fuffitus fit.

לְבֹנָה f. *Thus*, qf. album f. candens aut pellucidum, quod videlicet optimum, Lev. 2, 1. Cum Aff. לְבֹנָתָהּ *Thus ejus*, Lev. 2, 2. Ar. لُبَان Idem.

II. לָבֵן m. unde Pl. לְבֵנִים *Lateres*, Jef. 9, 9. Cum Aff. לִבְנֵיכֶם *Lateres vestri*, Ex. 5, 19. Ar. لَبِن item Later.

לְבֵנָה f. *Later*; ex luto Ægypti, quod album eft, factus, Gen. 11, 3. it. fecundum nonnullos, Laterculus, h. e. quadratum v. g. Sapphiri, Ex. 24, 10. coll. Ez. 10, 1. Aliis vero Perluciditas; vid. fupra.

לָבַן (ut & Ar. لبن Conj. II.) *Lateres formavit, confecit.* KAL, Inf. לִלְבֹּן *ad Lateres formandos*, Ex. 5, 7. Fut. 1 plur. cum ה parag. נִלְבְּנָה *Conficiamus lateres*, Gen. 11, 3.

מַלְבֵּן m. *Fornax lateraria*, Nah. 3, 14. it. *Fornax calcaria*, Jer. 43, 9.

לְבָנוֹן m. *Libanus*, Syriæ mons; a candore nivium, quibus perpetuo tectus eft, dictus; qf. Alpes Syriæ, Jof. 9, 1. Domus Silvæ Libani dicitur, quæ ex columnis cedrinis a Libano exftructa, Hierofolymis, non in monte Libano, extabat, 1 Reg. 7, 2. 10, 17. 21. 2 Par 9, 16. Jef. 22, 8.

לָבַשׁ vel לָבֵשׁ *Induit veftes; indutus eft veftibus; induit, veftivit fe*; (fpec. Veftibus regiis aut fplendidis indutus fuit, Pf. 93, 1. Ar. لبس Idem. Præt. לָבֵשׁ *Indutus fuit*, Efth. 6, 8. לָבֵשׁ *Idem*, Pf. 93, 1. Part. Ben. pl. לְבֻשִׁים *Induentes*, Zeph. 1, 8. Part. Pah. f. m. לָבוּשׁ *Indutus*, 1 Sam. 17, 5. Inf. לִלְבֹּשׁ *ad Induendam* v. g. veftem, Gen. 28, 20. Imp. לְבַשׁ *Indue*, 1 Reg. 22, 30. Fut. cum Aff. אֶלְבָּשֶׁנָּה *Induam eam*, Cant. 5, 3. יִלְבַּשׁ *Induet*, Jef. 59, 17. HIPH. Præt. הִלְבִּישׁ *Fecit induere, veftiit.* Pl.

Pl. הִלְבִּישׁוּ *Vestierunt*, 2 Par. 28, 15. Part. m. cum Aff. מַלְבִּישְׁכֶם *Vestiens vos*, 2 Sam. 1, 24. Inf. הַלְבֵּשׁ *Induere*, Zach. 3, 4. Fut. אַלְבִּישׁ *Induam* f. *vestiam*, Pf. 132, 16. 3 f. f. תַּלְבֵּשׁ *Induet*, Gen. 27, 15. Cum Aff. יַלְבִּשֵׁם *Induet eos*, Gen. 3, 21. PYH. Part. m. pl. מְלֻבָּשִׁים *Induti*, 2 Par. 5, 12.

לְבֵשׁ CHALD. *Induit ; indutus fuit*, Dan. 5, 16. APH. הַלְבִּשׁ *Induit*, *vestivit*, Dan. 5, 29.

לָבֵשׁ m. *Indutus ;* vel est Præt. KAL, Pf. 93, 1. vid. fupra.

לְבוּשׁ m. *Vestis*, *vestimentum*, *indumentum*, Pf. 102, 27. Cum Aff. לְבֻשׁוֹ *Indumentum suum*, Gen. 49, 11. Pl. cum Aff. לְבֻשֵׁיהֶם *Vestes eorum*, Thren. 4, 14. לְבוּשׁ m. CHALD. *Idem*, Dan. 7, 9. Pl. cum Aff. לְבֻשֵׁיהוֹן *Vestimenta eorum*, Dan. 3, 21.

מַלְבּוּשׁ m. *Indumentum*, *vestimentum*, 2 Reg. 10, 22. Pl. cum Aff. מַלְבּוּשַׁי *Vestimenta mea*, Jef. 63, 3. מַלְבֻּשֵׁיהֶם *Vestes eorum*, 1 Reg. 10, 5.

תַּלְבֹּשֶׁת f. *Indumentum*, *vestimentum*, Jef. 59, 17.

לֹג m. raro לוֹג *Sextarius ;* mensura liquidorum, eaque fati vicesima quarta pars, capiens 6. ova, Lev. 14, 10. Ar. لجّ Idem; a لجّ Intravit, immerfus fuit.

לגם vid. אַלְגֻּמִּים.

להב. Ar. لهب Arsit; inflammavit, accendit. Hinc

לַהַב m. *Flamma*, Jud. 13, 20. it. *Lamina* v. g. gladii, hastæ, qf. ejus flamma, Job. 39, 23. Nah. 3, 3. Pl. לְהָבִים *Flammæ*, Jef. 13, 8. Cft. לַהֲבֵי Jef. 66, 15. Ar. لهب Idem.

לֶהָבָה f. *Flamma*, Jef. 5, 24. Pl. לֶהָבוֹת *Flammæ*, Pf. 105, 32. Cft. לַהֲבוֹת Pf. 29, 7.

לַהֶבֶת f. *Flamma*, 1 Sam. 17, 7. Ez. 20, 47.

שַׁלְהֶבֶת f. *Flamma*, Ez. 20, 47. In paufa שַׁלְהָבֶת Job. 15, 30. שַׁלְהֶבֶתְיָה *Flamma* Dei i. e. *ardentissima*, Cant. 8, 6.

לֶבֶת f. cftr. pro לַהֶבֶת & hoc a לֶהָבָה, *Flamma*, Ez. 3, 2.

להג. Ar. لهج Deditus, addictus fuit. Hinc

לַהַג m. *Doctrina*, *lectio; studium accuratum ;* LXX. μελέτη πολλή, Eccl. 12, 12.

להה *Attenuatus est viribus, defecit.* Ar. لهى Attenuavit, tenui modo fecit. Convenit fere cum לָאָה, quod vid. f. l. Fut. 3 f. f. וַתֵּלַהּ, LXX. ἐξέλιπε, *Defecit; attenuata est viribus, opibus* &c. Gen. 47, 13. HITHP. Part. m. f. מִתְלַהְלֵהַּ *Qui attenuatum se fingit viribus, inferiorem se viribus simulat*, Prov. 26, 18. Al. ab ילה deducunt, Infaniens; defatigatus; arrogans.

להט *Inflammatus fuit, flagravit; arsit.* Syr. ܠܗܛ Idem. KAL, Part. Ben. m. לֹהֵט *Flagrans*, v. g. ignis, Pf. 104, 4. Pl לֹהֲטִים *Flagrantes*, Pf. 57, 5. i. e. *flammantes oculis.* PIH. Præt. לִהַט *Inflammavit*, Mal. 3, 19. Fem. לִהֲטָה *Inflammavit*, Joël. 1, 19. Fut. 3 f f. תְּלַהֵט *Inflammabit*, Pf. 83, 15.

לַהַט m. *Flamma, lamina flammans*, Gen. 3, 24.

לְהָטִים pl. m. *Incantationes, fascinationes*, Ex. 7, 11. Idem, quod לָטִים fcil. interpofito ה; vid. לוט.

להם. Ar. لهم Infpiravit. IV. Clandeftino inftinctu docuit; unde etiam ملهم Infpiratus. Hinc HITHP. Part. plur. m. מִתְלַהֲמִים *Inspiratos se præbentes*, qf. clandeftino inftinctu doctos; Græce χειμαστιωθέντες, videl. qui inftinctu aliquo divino intime affectos f. actos fe præbent; als die einen aus einem befonderen inneren Antrieb zu erinnern, oder zu vermahnen haben, Prov. 18, 8. 26, 22. Al. Obtundentes fe ipfi, ab הלם; Al. Avide deglutientes, ab Ar. لهم Cito deglutivit.

לַהֲקָה f. (per Metathefin litterarum pro קְהִלָּה, a Rad. קהל Congregavit) *Coetus, congregatio*, 1 Sam. 19, 20.

לוה 1) *Adhæsit, adjunctus fuit* alicui; *comitatus est aliquem.* Ar. لوى I. Plicuit. II. Comitatus eft. KAL, Fut. 3 f. m. יִלְוֶה; cum Aff. יִלְוֶנּוּ *Comitetur eum*, f. *adjunctum sit ei*, Prov. 8, 15. NIPH. Præt. נִלְוָה *Adjunctus, adhærens, complicatus factus est, conjunctus fuit cum aliquo*, Pf. 83, 9. Jef. 14, 1. Plur. נִלְווּ *Adhærentes facti sunt*, Zach. 2, 15. Part. pl. m. נִלְוִים *Applicati facti*, Jef. 56, 6. Fut. 3 f. m. יִלָּוֶה *Adhærens fiet*, Gen. 29, 34. 2) לָוָה *Mutuo accepit, mutuatus est*; a nexu dictum, quo debitor creditori obligatur. Hinc etiam Ar. لوى Diftulit illi debitum fuum. KAL, Præt. pl. לָוִינוּ *Mutuo accepimus*, Neh.

5,

5, 4. Part. Ben. m. f. לוֶה *Mutuo accipiens*, Pſ. 37, 21. HIPH. Præt. הִלְוָה *Mutuatum fecit*, i. e. *mutuo dedit alicui*; conſtr. cum Acc. perſ. הִלְוִיתָ *Feciſti mutuo accipere*, Devt. 28, 12. Part. m. f. מַלְוֶה *Mutuo dans ſ. erogans*, Pſ. 37, 26. Cſt. מַלְוֵה, Prov. 19, 17. Fut. 2 m. f. תַלְוֶה *Mutuo dabis*, Exod. 22, 25. Cum Aff. יַלְוְךָ *Mutuo dabit tibi*, Devt. 28, 44.

לוֹיָה f. unde Pl. לֹיוֹת *Adjunctiones*, *additamenta*, *adjectiones*, 1 Reg. 7, 29. 30. 36.

לֵוִי m. *Levi*, qſ. Adhæſius, adjunctivus, Gen. 29, 34. Filius Jacobi. It. *Levita*, Ex. 4, 14. Pl. m. לְוִיִּם *Levitæ*, Devt. 17, 9. לֵוָיֵא Pl. m. CHALD. *Levitæ*, Eſr. 6, 16.

לִוְיָה f. cſtr. לִוְיַת *Adhæſio*, *adjectio*, i. e. ornamentum. לִוְיַת חֵן *Adjunctio gratiæ*, i. e. *conciliatio gratiæ*, Prov. 1, 9. Michaëlis, Corona; ſine auctoritate!

לִוְיָתָן m. 1) *Leviathan*; i. e. κατ' ἐξοχὴν *Crocodilus*, Job. 3, 8. 40, 25. 2) vel *Serpens major*, Jeſ. 27, 1. Vox compoſita eſſe videtur ex לִוְיַת, ab Ar. لوا Spira, tortuoſitas, & תַן Draco, qſ. tortuoſitas draconis, ſ. per Hypallagen Draco tortuoſitatis, draco tortuoſus; vid. Hilleri Onom. p. 112. Quin potius profecta ab Ar. لوى Diſſimulavit; qſ. Draco ſimulans. Al. Cete; ſed male! quia Ceti piſces ſunt modo poli ſeptentrionalis, nec cogniti fere populis orientem ſpectantibus. Mare vero, in quo Leviathan ludere dicitur, Pſ. 104, 26. Job. 41, 23. aut eſt Nilus, Jeſ. 11, 15. aut mare Ægyptiacum.

לְוָת CHALD. *Ad*, *apud*, Eſr. 4, 12.

I. לוּז (Ar. لاذ Inflexit. II. Sinuoſus, tortuoſus fuit.) *Deflexit*, *receſſit*; *averſus eſt*. KAL, Fut. 3 pl. m. יָלֻזוּ *Recedant*, Prov. 3, 21. NIPH. Præt. נָלוֹז *Deflectens*, *recedens factus eſt*. Part. m. f. נָלוֹז *Deflectens*, *recedens*, Prov. 3, 32. Cſt. נְלוֹז Prov. 14, 2. Pl. נְלוֹזִים *Deflectentes*; *perverſi*, Prov. 2, 15. HIPH. Præt. הֵלִיז *Receſſit*, *deflectere fecit*. Fut. pl. יַלִּיזוּ pro יָלִיזוּ *Recedant*, Prov, 4, 21.

II. לוּז. Ar. لاز Evaſit, liberatus fuit. II. Replevit amygdalis. Hinc

לוּז m. *Amygdalus*; cujus amygdala e putaminibus liberanda ſunt, Gen. 30, 37. Ar. لوز Amygdalum. Al. Corylus, male!

לוּחַ m. (ab Ar. لوح Intuitus est. Hinc Hebr.) *Tabula*, i. e. quæ intuenda exponitur, Prov. 3, 3. Ar. لَوْح Idem.

לוּחָה f. unde Pl. לוּחוֹת *Tabulæ*, Devt. 9, 9. Dual. לֻחֹתַיִם *Tabulæ geminæ*, Ez. 27, 5.

I. לוּט *Abscondit, operuit, involvit; obvolvit.* Sic etiam Ar. لاط Obduxit, occultavit. KAL, Part. Pah. f. לוּטָה *Involutus, occultatus, absconditus* v. g. gladius, 1 Sam. 21, 9. HIPH. Præt. הֵלִיט *Involvit, occultavit.* Fut. וַיָּלֶט & *Abscondidit, involvit, occultavit*, 1 Reg. 19, 13.

לוֹט m. *Involucrum, operimentum*, Jes. 25, 7. In aliis exemplaribus legitur

לוּט Ar. لُوطٌ dicit Pallium. Intellige: *Auferet Deus in hoc monte facies involutionis* (i. e. obvolutas) &c. Al. Maledicti.

לָט m. *Absconsio*; hinc בַּלָּט *Abscondite, clam, latenter*, 1 Sam. 18, 22. בַּלָּאט *Idem*, Ruth. 3, 7. Jud. 4, 21. Convenit Lat. Lateo.

II. לְטִים Pl. m. *Incantationes, execrationes*; ab Ar. لاط Maledixit, execratus est, Ex. 7, 22. Legitur etiam לַהֲטִים ib. v. 11.

III. לוֹט m. *Ladanum*, Celsius. Ar. لاذن, Gen. 37, 25. 43, 11. Michaelis, *Pistacia terebinthi*. Al. Stacte,

לוּל m. quod & Ar لَوْل *Cochlea*, 1 Reg. 6, 8. h. e. *Gradus in spiram girati*; hinc Pl. m. לוּלִים *Cochleæ*, ib. Al. Fenestræ.

לוּלָה f. unde Pl. לֻלָאֹת cum א Epenthetico; cfr. לֻלְאֹת *Loramenta. laqueoli*; Germ. Schläufflein; ita dicti, quia fere cochlearum aut margaritarum formam habebant, Ex. 26, 5. LXX. ἀγκύλαι.

I. לוּן & לִין (quod videtur a commoditate vitæ dici, ab Ar. لان Placidus fuit seu egit; unde etiam ليان Commoditas vitæ, nec non لِيْنَة Pulvinar f. cervical, & مُلَيِّنَة Res mollis, quæ capiti supponitur. Alii deducunt ab Ar. لَوَّن Colore imbuit; noctu quippe omnia alium colorem, nigrum scil. induere: at quam ridicule!) *Pernoctavit, divertit, hospitatus est*; unde forsan Lat. *Luna*. KAL, Præt. לָן *Pernoctavit*, Gen. 32, 22. Part. m. f. לָנָה cum ה parag. pro לָן *Pernoctans*, Zach. 5, 4. vid.

vid. Hilleri Inftitt. Gramm. p. 280. Pl. לָנִים *Pernoctantes*, a לִין, Neh. 13, 21. לָנוּ vid. in לנן. Inf. c. Præf. לָלִין *ad Pernoctandum*, Gen. 24, 23. לָלוּן *Idem*, ib. v. 25. Imp. 2 f. f. לִינִי *Pernocta*, Ruth. 3, 13. Fut. אָלִין *Pernoctabo*, Ruth. 1, 16. יָלִין *Pernoctabit*, 2 Sam. 19, 8. וַיָּלֶן (pro וַיָּלִין ob accentum retr.) *& Pernoctavit*, Gen. 28, 11. תָּלֶן *Pernoctabit*; vid. in לנן. HIPH. Præt. הֵלִין *Idem*. Coincidit hæc Conjugatio cum Conjugatione prima formæ לִין. HITHP. Fut. יִתְלוֹנָן *Facit fe pernoctare*, Pf. 91, 1. Job. 39, 28.

לָן m. unde Pl. לָנִים *Pernoctantes*, Neh. 13, 21. vid. in Verbo.

מָלוֹן m. *Deverforium nocturnum*, *locus pernoctandi* vel fub tecto tugurio, etiam fub dio, Jef. 10, 29. Cft. מָלוֹן Jer. 9, 1.

מְלוּנָה f. *Deverforium* f. *tabernaculum* aut *tugurium nocturnum*, Jef. 1, 8. 24, 20.

II. לוּן; unde NIPH. Præt. נָלוֹן *Murmurans factus eft*; *murmuravit*; *expoftulavit*. Non vero occurrit hæc Conjugatio, nifi in Futuro, v. g. וַיִּלֹּנוּ *& murmurarunt*, Ex. 15, 24. Num. 14, 2. 17, 6. Jof. 9, 18. Sic quoque Ex. 16, 2. ubi duplex lectio, וילונו Keri, & וַיַּלִּינוּ in eadem fignificatione a Conj. Hiphil, Chethibh; fed Num. 14, 36. contraria ratione, וַיַּלִּינוּ Keri, & וַיִּלּוֹנוּ a Conj. Niphal, Chethibh, *& murmurarunt*. HIPH. Præt. הֵלִין *Murmuravit*, *excitavit murmurationem*, *querimoniam*. Plur. הֲלִינֹתֶם *Murmuraviftis*, Num. 14, 29. Part. Pl. m. מַלִּינִים (qf. a נָלַן aut fi mavis a יָלַן, pro מְלִינִים) *Murmurantes*; Num. 14, 27. Fut. pl. תַּלִּינוּ (iterum qf. a יָלַן) *Murmuratis*, Ex. 16, 7. Sing. וַיָּלֶן (a forma יָלִן, ob accent. retr.) *& murmuravit*, Ex. 17, 3. Hæc verbi לון f. יָלַן fignificatio ferme fupereffe apud Arabes videtur in voce تَوَلْوُن Excitatio vocis exclamando ob calamitates, vel in tumultu, quafi a وَلْن.

תלונה f. unde Pl. תְּלֻנּוֹת *Murmurationes*, Ex. 16, 12. Cum Aff. תְּלֻנֹּתֵיכֶם *Murmurationes veftras*, ib. v. 7.

I. לוּע *Abjectum*, *languidum effe*; *male habere ex pavore aut morbo*; ab Ar. لاع Afflixit morbo. KAL, Præt. pl. לָעוּ *Verba mea abjecta funt*, LXX. φαῦλά ἐστι, humilia funt; vulg. Dolore plena funt. Dixeris Germ. find gebrochen, oder gefchluchzt; Job. 6, 3.

II. לוע *Absorbere, deglutire, ligurire, abligurire; devorare.* Sic etiam Ar. لغ Versavit ore, tum deglutivit. KAL, Præt. pl. וְלָעוּ & *abligurient*; sed LXX. καταβήσονται, quia legerunt וְיָרְדוּ, Obad. 16. HIPH. Fut. 3 m. f. יָלַע Prov. 20, 25. Verte: *Laqueus est hominis*, (quum) יָלַע *Deglutit sanctum* (i. e. quo abstinere se, voto se obstrinxit,) *ut postea demum in vota sua inquirat.* Not. יְעַלְעוּ Job. 39, 30. videtur dici pro יְעַלְּלוּ, aut יְעַלְלוּ a verbo Ar. عل Bibendum dedit secunda vice post priorem haustum. It. Hoc modo ipse bibit. Itaque verto: *iterum iterumque bibunt* scil. sanguinem. Hinc LXX. φύρονται ἐν αἵματι, perfunduntur s. rigantur sanguine; Chald. גָּמְעִין absorbent; Vulg. Lambunt.

לֹעַ m. *Gula, guttur*, Prov. 23, 2. Cum Aff. in pausa בְּלֹעֶךָ *Gutture tuo.*

לוץ propr. Deflexit verba a propria significatione ad impropriam; ut Ar. لاص Declinavit. It. Ænigmatice locutus est. Hinc Hebr. *Illudere, irridere, ludificare*; it. *Fucare, palliare verbis*; it. *Interpretari* i. e. aliis verbis exponere. KAL, Præt. 2 m. f. לַצְתָּ *Lusisti* i. e. verbis, Prov. 9, 12. HIPH. Præt. הֵלִיץ *Illusit, irrisit, ludificavit, ludibrio habuit.* Pl. c. Aff. הֱלִיצֻנִי *Deluserunt me*, Ps. 119, 51. Part. pl. m. cum Aff. מְלִיצַי *Illusores mei* (a sing. מֵלִיץ) Job. 16, 20. Fut. יָלִיץ *Illudet*, Prov. 3, 34. HITHP. הִתְלוֹצֵץ *Ludificantem se præbuit.* Fut. 2 pl. m. תִּתְלוֹצָצוּ (a forma sing. אֶתְלוֹצֵץ) *Illudetis*, Jes. 28, 22.

לֵץ m. *Derisor, illusor*, Prov. 9, 7. 21, 11. Pl. לֵצִים *Illusores, derisores*, Ps. 1, 1.

לוֹצֵץ m. unde Pl. לֹצְצִים *Irrisores* (qs. Part. PIH. pro מְלֹצְצִים) Hos. 7, 5.

לָצוֹן m. *Derisio, irrisio, illusio*, Prov. 1, 22. 29, 8. Jes. 28, 14.

מֵלִיץ m. 1) *Illusor, irrisor, derisor*, Job. 16, 20. 2) *Interpres*, ein Dollmetscher, Gen. 42, 23. 3) *Orator*; it. *Nuntius*, 2 Par. 32, 31. Job. 33, 23. 4) *Doctor*, Jes. 43, 27. Pl. מְלִיצִים; unde cum Aff. מְלִיצַי *Illusores mei*, Job. 16, 20. Cstr. מְלִיצֵי, 2 Par. 32, 31.

מְלִיצָה f. *Interpretatio, expositio, explicatio*, Prov. 1, 6. Hab. 2, 6.

I.

I. לוּשׁ *Subigere, depſere; agitare paſtam attrectando & commiſcendo eam*; ut Ar. لاث Convolvit, commiſcuit. KAL, Part. pl. f. לָשׁוֹת *Subigentes, depſentes*, Jer. 7, 18. Inf. לוּשׁ *Subigere*, Hoſ 7, 4. Imp. f. f. לוּשִׁי *Subige*, Gen. 18, 6. Fut. 3 f. f. וַתָּלָשׁ *& ſubegit*, 1 Sam. 28, 24. וַתָּלָשׁ Keri, & וַתָּלוֹשׁ Chethibh, *& ſubegit*, 2 Sam. 13, 8.

II לַיִשׁ m, (Ar. لَيْث) 1) in genere *Leo*, Job. 4, 11. 2) ſpec. *Catulus leonis*, Jeſ. 30, 6. ſed adultus, Prov. 30, 30. Job. 4, 11. Nota: גּוּר eſt *Catulus leo*; כְּפִיר *Leo juvenis*; לַיִשׁ *Leo adultus plane*; ab Ar. forſan لاث Validus, potens fuit.

לוה. Ar. لذي Mutavit, alteravit; hinc Invertit, pervertit. Hinc

לְזוּת f. *Perverſitas; Loquacitas*, qſ. altera atque altera loquela, Prov. 4, 24. Fortaſſe, Duplicitas labiorum. LXX. σκολιὸν στόμα, Os pravum, perverſum.

לָזֶה m. *Hic, iſte, ille*; ſed ſemper cum ה Demonſtrativo הַלָּזֶה, Gen. 24, 65. i. e. לָז cum ה parag. לָזֶה. Sic etiam הַלָּז gen. comm. *Ille, illa; iſte, iſta*, Jud. 6, 20. It. הַלֵּזוּ f. *Hæc ipſa*, Ez. 36, 35. Ar. ſonat ذا Hic; ذه & ذي f. Hæc.

לחה. Æthiop. *Lahhaja*, Formoſus fuit. Hinc

לְחִי & cum Acc. לֶחִי f. (Ar. لَحْي) 1) *Gena, maxilla*, Jud. 15, 15. Cum Aff. לֶחְיוֹ *Gena ſ. maxilla ejus*, Job. 40, 26. Dual. לְחָיַיִם f. *Genæ*, Devt. 18, 3. Cft. לְחָיֵי Jeſ. 30, 28. Cum Aff. לְחָיַיִךְ *Genæ tuæ*, Cant. 1, 10. לְחֵיהֶם *Maxillæ eorum*, Hoſ. 11, 4. 2) Nom. Propr. loci alicujus, *Lehhi*, ab illa aſini maxilla dicti, Jud. 15, 14. 19.

לחח. Ar. لخ Madidus fuit. Hinc

לֵחַ m. *Viror, vigor, ſuccus naturalis*, Devt. 34, 7.

לַח m. *Viridis, ſucculentus, ſucci plenus*, Gen. 30, 37. In pauſa לָח, Ez. 17, 24. Pl. לַחִים *Virides*, Num. 6, 3. Jud. 16, 7.

לָחַךְ idem, quod Ar. لحك *Linxit, ablinxit, delinxit.* Inf. לְחֹךְ *Delingere, depaſci*, Num. 22, 4. PIH. Præt. לִחֵךְ *Linxit* v. g. pulverem i. e. *ſubjugatus eſt*. Cum ה parag. לִחֵכָה *Linxit* v. g. aquas, 1 Reg. 18, 38. Fut. pl. יְלַחֲכוּ *Lingent*, Mich. 7, 17. In pauſa יְלַחֵכוּ Pſ. 72, 9.

1)

1) לָחַם *Consumsit, absumsit; comedit.* Convenit fere Ar. لحم Cibavit carne, carnem comedendam dedit. IV. Conflictu vehementi & continuo commisit prœlium, qf. ad dilaniandum hostem. Sic etiam Syr. ܠܚܡ Insidiatus, minatus est. KAL, Præt. pl. לָחֲמוּ *Comedunt*, Prov. 4, 17. Part. Pah. pl. cst. לְחֻמֵי *Comesti, absumti* v. g. fame, Devt. 32, 24. Inf. c. Præf. לִלְחֹם *ad Comedendum*, Prov. 23, 1. Imp. pl. לַחֲמוּ *Comedite*, Prov. 9, 5. Fut. תִּלְחַם *Comedas*, Prov. 23, 6.

לֶחֶם m. (aliis comm.) In genere, Omne, quod comeditur. In specie 1) *Panis*, Ps. 105, 16. 2) *Esca, cibus*, Gen. 3, 19. 3) *Triticum*, Jes. 28, 28. 4) *Caro*, Ps. 78, 20. coll. 21. 5) *Stipendium*, Neh. 5, 18. לְחֶם m. Chald. *Convivium*, Dan. 5, 1.

לְחוּם m. *Caro*, Zeph. 1, 17. Ar. لَحم & لَحْم Idem. Cum Aff. לְחוּמוֹ *Caro ejus*, Job. 20, 23.

2) לָחַם *Pugnavit, oppugnavit, impugnavit, debellavit* qs. carnes hostis dilaniaturus. KAL, Part. Ben. m. s. לֹחֵם *Oppugnans*, Ps. 56, 2. Imp. לְחַם *Pugna*, Ps. 35, 1. NIPH. Præt. נִלְחַם *Pugnavit, prœliatus est, oppugnavit; contendit*, Ex. 1, 10. Cstr. cum אֶת ,בְּ ,אֶל ,עַל ,עִם. 3 pl. m. נִלְחֲמוּ *Prœliati sunt*, Jud. 5, 20. Part. m. s. נִלְחָם *Prœlians*, Ex. 14, 25. Inf. נִלְחוֹם *Prœliando*, Jud. 11, 25. it. הִלָּחֵם 1 Sam. 17, 9. Imp. הִלָּחֵם *Prœliare*, 1 Sam. 18, 17. Fut. 3 f. s. תִּלָּחֵם *Prœliabitur*, Zach. 14, 14.

מִלְחָמָה f. 1) *Bellum, prœlium*, Gen. 14, 2. Cst. מִלְחֶמֶת. Pl. מִלְחָמוֹת *Bella*, Ps. 140, 3. Cst. מִלְחֲמוֹת 1 Sam. 18, 17. Cum Aff. מִלְחֲמוֹתֵינוּ *Prœlia s. bella nostra*, 1 Sam. 8, 20. 2) *Apparatus bellicus*, Hos. 1, 7.

מִלְחֶמֶת f. *Idem*, 1 Sam. 13, 22. Cum Aff. מִלְחַמְתֶּךָ *Bellum s. prœlium tuum*, 2 Sam. 11, 25. Pl. מִלְחָמוֹת *Bella*, Jes. 42, 13. Cst. מִלְחֲמוֹת, Num. 21, 15. Cum Aff. מִלְחֲמוֹתָיו *Bella ejus*, 2 Par. 27, 7.

לָחֶם m. sed ob subintellectum Makkaph לְחֶם *Bellator*, Jud. 5, 8. Al. Bellum.

לְחֻמָם vid. חמם.

לְחֵנָה f. Chald. *Pellex, concubina.* Cum Aff. לְחֵנָתֵהּ *Concubinis suis*, Dan. 5, 2. Radix est Ar. لخن Foetuit; obscœnus, a fuit; unde etiam لَخْنَاء Fœtens ancilla & incircumcisa. Contemtim pellices isto nomine videntur nominatæ a Daniele fuisse.

לָחַץ

לָחַץ *Preſſit, oppreſſit, compreſſit, ſuppreſſit.* Ar. لحص Inſtitit v. g. negotio; diligenter proſecutus eſt v. g. nuntium. II. Anxit, arctavit; compreſſit. KAL, Præt. 2 Reg. 13, 4. Pl. לָחֲצוּ *Oppreſſerunt*, Am. 6, 14. Part. Ben. pl. m. לֹחֲצִים *Oppreſſores*, Ex. 3, 9. Cum Aff. לֹחֲצָיו *Oppreſſores ejus*, Jer. 30, 20. Fut. תִּלְחַץ *Opprimas*, Num. 22, 25. Cum Aff. יִלְחָצֵנִי *Opprimet me*, Pſ. 56, 2. NIPH. Præt. נִלְחַץ *Oppreſſus fuit.* Fut. 3 f. ſ. וַתִּלָּחֵץ *& compreſſa eſt*, Num. 22, 25.

לַחַץ m. *Oppreſſio, tribulatio, preſſura, anguſtia*, 2 Par. 18, 26. Cum Aff. לַחֲצֵנוּ *Oppreſſio noſtra*, Devt. 26, 7.

לָחַשׁ (idem, quod Syr. ܠܚܫ Incantavit, muſſitavit; nec non Æth. *Lahhaſa*. IV. Muſſitavit; item Ar. لحس Linxit; qſ. ſubmiſſo ſermone demulſit) *Muſſitavit*, i. e. vix audibilem ſonum edidit; Germ. fliſtern, 2 Sam. 12, 19. Pſ. 41, 8. It. *Serpentes incantavit;* hinc quoque in genere *Incantavit*, Pſ. 58, 6. Vid. Michaëlis Suppl. ad hanc vocem. KAL, Part. Ben. לוֹחֵשׁ *Incantator*, Neh. 3, 12. 10, 24. PIH. לִחֵשׁ *Muſſitavit, incantavit.* Part. pl. m. מְלַחֲשִׁים *Incantantes*, Pſ. 58, 6. HITHP. Præt. הִתְלַחֵשׁ *Muſſantem ſe præbuit, muſſitavit.* Part. pl. m. מִתְלַחֲשִׁים *Muſſantes inter ſe*, 2 Sam. 12, 19. Fut. 3 pl. m. יִתְלַחֲשׁוּ *Muſſant inter ſe*, Pſ. 41, 8. Lutherus, ſie raunen mit einander.

לַחַשׁ m. *Muſſitatio, ſuſurratio, incantatio*, Jeſ. 26, 16. ſpecialiter *Serpentum*, Eccl. 10, 11. Jer. 8, 17. It. *Sermo ſuavis & demulcens*, Jeſ. 3, 3. In pauſa לָחַשׁ ibid. Pl. לְחָשִׁים *Amuleta*, quæ plerumque cum quadam adſuſurratione, aut contra incantationes appendi ſolebant, Jeſ. 3, 20. Schroederus, *Serpentes aurei*, quos fœminæ inter ubera appendebant.

לטא. Ar. لطأ & لطى Adhæſit terræ. Hinc

לְטָאָה f. *Salamandra;* ſemper adhærens terræ, Bocharto, Lev. 11, 30. Al. Stellio, lacerta.

לֹט vid. לוט.

לָטַשׁ *Acuit, exacuit; polivit; tutudit, malleavit.* Metaph. *Intendit acute*, Job. 16, 9. KAL, Part. Ben. ſ. לֹטֵשׁ *Exacuens;* Gen. 4, 22. Inf. לִלְטוֹשׁ *ad Acuendum*, 1 Sam. 13, 20. Fut. יִלְטוֹשׁ *Acuet*,

Acuet, Pf. 7, 13. PYH. Part. m. מְלַטֵּשׁ *Exacutus*, Pf. 52, 4. Ar. لطس Illifit lapidem lapidi. It. Contudit.

לַיִל m. plerumque vero cum ה parag. לַיְלָה, & in paufa לָיְלָה Lai-la, *Nox*, Gen. 1, 5. Jef. 16, 3. Ar. لَيْلَة Idem. Cft. לֵיל Ex. 12, 42.

לֵיל m. (etiam in ftatu abfol.) *Idem*, Jef. 30, 29.

לֵילָה f. unde Pl. לֵילוֹת *Noctes*, 1 Sam. 30, 12.

לֵילְיָא f. Chald. Emph. לֵילְיָא *Idem*, Dan. 2, 19.

לִילִית f. *Bubo, noctua; otis;* fed grandior, Schawio Trav. p. 252. eine Ohreule; avis fordida noctis & folitudinis amans, Jef. 34, 14. Al. Onocentaurus; al. Hyæna; al. Lamia.

ליש vid. לַיִשׁ· לוץ vid. לִיץ· לון vid. לִין· לָנָה vid. ליות.

לָכַד *Cepit, comprehendit, apprehendit; occupavit, intercepit.* Ar. لكد Adhæfit ei. V. Amplexus eft. KAL, Præt. 1 Sam. 14, 47. Pl. c. Aff. לְכָדָהּ *Ceperunt, occuparunt eam*, Jer. 37, 8. Part. Ben. m. f. לֹכֵד *Capiens*, Job. 5, 13. Inf. abf. לָכוֹד *Capiendo*, Am. 3, 5. cft. לְכֹד & cum Aff. לְלָכְדֵנִי *ad Capiendum me*, Jer. 18, 22. Imp. לִכְדוּ *Intercipite*, Jud. 7, 24. Fut. יִלְכֹּד *Capiet*, Num. 32, 41. NIPH. Præt. נִלְכַּד *Captus eft*, Thren. 4, 20. Part. m. f. נִלְכָּד *Deprehenfus*, Jof. 7, 15. Fut. תִּלָּכֵד *Capietur*, Jer. 50, 9. Cum acc. retr. יִלָּכֶד Eccl. 7, 26. HITHP. Præt. הִתְלַכֵּד *Se cum aliis junctum f. cohærentem præbuit; alter alterum complexus eft.* Fut. pl. יִתְלַכְּדוּ *Sefe mutuo complectentur*, Job. 41, 8. Cum acc. יִתְלַכָּדוּ *Sefe mutuo complectentur*; i. e. *concrefcent*, Job. 38, 30.

לֶכֶד m. in paufa לָכֶד, *Captura*, Prov. 3, 26.

מַלְכֹּדֶת f. *Decipula, captura, captio.* Cum Aff. מַלְכֻּדְתּוֹ *Decipula ejus*, Job. 18, 10.

לֻלָאֹת pl. f. *Laqueoli*, vid. לול.

לָמַד *Didicit, addidicit, perdidicit; affuevit.* Hinc Ar. تلميذ Difcipulus; nec non تلمذة Difciplina, doctrina. KAL, Præt. Jef. 26, 10. Part. Pah. pl. cft. לְמוּדֵי *Docti, affueti*, 1 Par. 5, 18. Inf. abf. לָמֹד *Difcendo*, Jer. 12, 16. cft. לְמֹד & cum Aff. בְּלָמְדִי *Cum didicero*, Pf. 119, 7. Imp. לִמְדוּ *Difcite*, Jef. 1, 17. Fut.

Fut. 2 f. f. תִּלְמַד *Disces*, Devt. 18, 9. PIH. Præt. לִמַּד *Docuit, edocuit; erudivit, assuefecit*, Eccl. 12, 9. Part. m. f. מְלַמֵּד *Docens*, Pf. 18, 35. Inf. לְלַמֵּד *ad Docendum*, 2 Sam. 1, 18. Imp. cum ה parag. לַמְּדָהּ *Doce eam*, Devt. 31, 19. Fut. 3 f. m. feq. Makk. יְלַמֶּד־ pro יְלַמֵּד *Docebit*, Job. 21, 22. PYH. Præt. לֻמַּד *Doctus, edoctus eft*, Jer. 31, 18. Part. f. f. מְלֻמָּדָה *quæ docta eft*, Jef. 29, 13.

לִמּוּד & לִמֻּד m. *Doctus, eruditus, assuefactus; discipulus*, Jer. 2, 24. Plur. לִמּוּדִים; cft. לִמֻּדֵי *Assueti*, Jer. 13, 23. Cum Aff. לִמֻּדָי *Discipuli mei*, Jef. 8, 17. Aliis etiam *Doctrina, disciplina*.

תַּלְמִיד m. *Discipulus*, 1 Par. 25, 8. Ar. Idem تلميذ.

מַלְמָד, cft. מַלְמַד *Stimulus*, fine dubio cuspide ferrea munitus, quo boves arare docentur f. reguntur, Jud. 3, 31. Sic & Ar. لدم pro لدم Percuffit.

לְמַעַן *Ut;* vid. fub עָנָה. לָנָה *Pernoctans;* vid. לוּן.

לָנַן Idem, quod לוּן, *Pernoctavit;* vid. לוּן. Præt. pl. לָנוּ *Pernoctarunt*, Jud. 19, 13. Fut. 3 f. f. תָּלֶן *Pernoctat* fcil. *infomnis*, (Patach ob intranf.) Job. 17, 2.

לעב. Ar. لعب Irrifit, illufit. Hinc HIPH. Part. plur. m. מַלְעִבִים *Subfannantes, irridentes; contumelia afficientes*, 2 Par. 36, 16.

לָעַג (propr. Blæfe, it. Barbare locutus eft; ut Syr. ܠܥܓ Balbutivit, blæfus fuit in fermone; nec non Ar. لغلغ [Verbum gemin.] Impeditus lingua & barbarus fuit.) Hinc Metaph. *Subfannavit, irrifit;* Germ. ausfpotten, auslachen; quia, qui alios fubfannare volunt, interdum etiam blæfitatem fermonis affectant. Conftr. cum Dat. it. עַל & בְּ. KAL, Præt. 3 f. f. לָעֲגָה *Subfannavit*, Jef. 37, 22. Part. Ben. m. לוֹעֵג *Illudens*, Prov. 17, 5. Fut. יִלְעַג *Illudet, irridebit*, Pf. 2, 4. NIPH. Præt. נִלְעַג *Balbutiens factus eft*, Jef. 33, 19. HIPH. Præt. הִלְעִיג *Sannis & irrifionibus affecit, fubfannavit;* cftr. cum בְּ, עַל, לְ. Part. pl. m. מַלְעִגִים *Subfannantes*, 2 Par. 30, 10. Fut. pl. יַלְעִיגוּ *Illudent*, Pf. 22, 8.

לַעַג m. *Sannio, fubfannator, irrifor;* unde Plur. cftr. לַעֲגֵי

בְּחַנְפֵי

בְּחַנְפֵי לַעֲגֵי מָעוֹג *Inter hypocritas ſ. ſimulatores ſubſannantes pro placenta*, Pſ. 35, 16. It. *Barbare loquentes*, Jeſ. 28, 11.

לַעַג m. *Subſannatio, irriſio*, Job. 34, 7.

לעה, Prov. 20, 25. it. לָעוּ Job. 6, 3. vid. לוע.

לָעַז. Ar. لغز Peregrina & minime intellecta lingua uſus eſt. Hinc KAL, Part. Ben. m. לֹעֵז *Barbare loquens, barbarus*, Pſ. 114, 1. נוֹעָז quod nonnulli pro לוֹעֵז dictum volunt, qſ. a יָעַז, vid. in יעז.

לעט. Ar. لعط Adeptus eſt. Hinc HIPH. Præt. הִלְעִיט. *Impertivit, dedit; adipiſci fecit*; unde Imp. cum Aff. הַלְעִיטֵנִי *Imperti mihi*, Gen. 25, 30. Al. Mandere ſ. comedere fac me, a Syr. ܠܘܥܣܐ Mandibula.

לען. Ar. لعن Abegit, procul abeſſe juſſit; Repudiavit, refugit. Hinc

לַעֲנָה ſ. *Abſinthium, ſantonicum Judaicum*; qſ. herba, quam homines repudiant, Jer. 9, 14. coll. Prov. 5, 4.

לפר videtur eſſe Ar. لمب Splenduit; videl. elementis פ & מ, ceu unius organi inter ſe permutatis. Hinc

לַפִּיד m. *LAMPAS*, fax, Zach. 12, 6. Job. 12, 5. (Juſtus eſt) לַפִּיד בוּז *lampas contemta cogitationibus felicis, ſed parata* לְמוֹעֲדֵי (a מָעַד) *nutantibus pede*, h. e. *labantibus*. Pl. לַפִּידִים *Lampades, faces*, Ex. 20, 18. eſt. לַפִּדֵי Dan. 10, 6.

לָפַת *Inclinavit, inflexit*. Ar. لفت Inflexit, intorſit; avertit. V. Inflexit ſe capite in latus flexo. KAL, Fut. וַיִּלְפֹּת *& inclinavit, inflexit*, Jud. 16, 29. NIPH. Præt. נִלְפַּת *Reflexus, averſus eſt*. Fut. וַיִּלָּפֵת *& retractus eſt ſ. retraxit ſe*, Ruth. 3, 8. Pl. יִלָּפְתוּ *Reflectuntur*, i. e. *declinant ſ. aberrant*, Job. 6, 18.

לָקַח (Ar. لقح propr. Recepit aliquid ad ſe, vel in ſe; hinc v. g. Concepit mulier) *Cepit, accepit, recepit; ſumſit; abſtulit*. It. *Duxit* v. g. *uxorem*; it. *Emit, comparavit*. KAL, Præt. Gen. 27, 36. Part. Ben. m. ſ. לֹקֵחַ *Accipiens*, Devt. 27, 25. Part. Pah. pl. m. לְקֻחִים *Capti*, Prov. 24, 11. Alius vero formæ & qſ. a verbo קוּחַ, ſed ſignificationis ejusdem eſſe Participium Activum videtur קָח Ez. 17, 5. *Accipiens*, ac potius (ab Ar. لقح Fecundavit) *Fecundans ad aquas multas*; it. Hoſ. 11, 3. קָחָם *Accipiens*,

piens eos ſuper brachia. Inf. קַחַת *Accipere*, Jer. 5, 3. Inf. abſol. לָקוֹחַ Ez. 24, 5. Imp. לְקַח *Cape*, Ez. 37, 16. it. defective קַח ibid. Fut. totum defect. אֶקַּח *Accipiam*, Pſ. 50, 9. תִּקַּח *Accipies*, Ex. 23, 8. Pl. cum Aff. וַיִּקָּחֻהוּ *& acceperunt eum*, Gen. 37, 20. NIPH. Præt. נִלְקַח *Acceptus, captus eſt*, Ez. 33, 6. Fem. נִלְקְחָה *Capta eſt*, 1 Sam. 4, 17. Inf. הִלָּקַח *Capi*, 1 Sam. 4, 21. Cum Aff. הִלָּקְחוֹ *Auferri eum*, 1 Sam. 21, 7. Fut. תִּלָּקַח *Sumetur* fem. Eſth. 2, 8. PYH. Præt. לֻקַּח *Sumtus, ablatus fuit*, Jeſ. 52, 5. Pl. לֻקְּחוּ *Sumti, ablati ſunt*, Jer. 48, 46. Part. f. ſ. aut ſi mavis, Inf. cum ה parag. (a forma לָקוֹחַ) לֻקֳּחָה *Sumta eſt*, vel *Sumi*, Gen. 2, 23. Sic Part. m. ſ. deficiente מ Particip. præform. לֻקָּח *Sumtus* ſ. *ablatus*, 2 Reg. 2, 10. HOPH. הֻקַּח (quod non niſi in Fut. occurrit) *Sumtus, ablatus eſt*. Fut. יֻקַּח *Auferetur*, Jeſ. 49, 24. תֻּקַּח *Sumta eſt*, Gen. 12, 15. HITHP. Part. f. ſ. מִתְלַקַּחַת *Mutuo ſe excipiens* v. g. ignis & ſplendor, Ez. 1, 4. Ex. 9, 24.

לֶקַח m. *Doctrina, diſciplina, inſtitutio*, i. e. quam accipimus, Prov. 1, 5. Cum Aff. לִקְחִי *Doctrina mea*, Devt. 32, 2.

מַקָּח m. *Acceptio*, v. g. muneris, 2 Par. 19, 7.

מַקָּחוֹת pl. f. *Merces, mercimonia*, i. e. quæ accipiuntur pro pecunia, Neh. 10, 32.

מַלְקוֹחַ m. 1) *Captura, præda rerum animatarum*, i. e. tam hominum, quam jumentorum, Num. 31, 11. 26. 31. 2) *Fauces*, Pl. cum Aff. מַלְקוֹחָי *Fauces meæ*, Pſ. 22, 16.

מֶלְקָחַיִם Dual. m. *Forceps;* quippe ex duabus conſtans partibus ad ſumendas ex igne prunas, Jeſ. 6, 6. it. *Emunctoria*, 1 Reg. 7, 49.

מַלְקָחַיִם Dual. m. *Emunctoria*, ad tollendam ellychnii partem exuſtam. Cum Aff. מַלְקָחֶיהָ *Emunctoria ejus*, Ex. 25, 38. 37, 22.

לָקַט (Ar. لقط Collegit, pecul. res humi poſitas) *Legit, collegit*. KAL, Præt. pl. לָקְטוּ *Collegerunt*, v. g. duplum, Ex. 16, 22. Inf. cſt. לִלְקוֹט *ad colligendum*, ib. v. 27. Imp. לִקְטוּ *Colligite*, Gen. 31, 46. Fut. pl. וַיִּלְקְטוּ *& collegerunt*, Ex. 16, 21. Cum Aff. תִּלְקְטֻהוּ *Colligetis eum*, ib. 26. Cum Acc. retr. יִלְקֹטוּן *Colligant*, Pſ. 104, 28. PIH. Præt. לִקֵּט *Collegit*. Fem. in pauſa לִקֵּטָה *Collegerat*, Ruth. 2, 17. Part. m. ſ. מְלַקֵּט *Colligens*,

Joſ.

Jof. 17, 5. Pl. מְלַקְּטִים *Colligentes*, Jer. 7, 18. Inf. לְלַקֵּט *ad colligendum*, 2 Reg. 4, 39. Fut. יְלַקֵּט *Colliget*, ibid. PYH. Præt. לֻקַּט *Collectus eft*. Fut. pl. תְּלֻקְּטוּ *Colligemini*, Jef. 27, 12. HITHP. Fut. pl. יִתְלַקְּטוּ *Colligent fe*, Jud. 11, 3.

לֶקֶט m. *Collectio;* in fpec. *Spicilegium*, Lev. 19, 9. 23, 22.

יַלְקוּט m. *Pera paftoralis*, 1 Sam. 17, 40.

לקם unde אַלְקוּם; vid. fub קום.

לָקַק *Lambit, linxit.* KAL. Præt. pl. לָקְקוּ *Lamberunt*, 1 Reg. 21, 19. Fut. in paufa יָלֹקּוּ *Lambent*, ibid. it. 1 Reg. 22, 38. PIH. Præt. לִקֵּק *Lambit.* Part. pl. m. מְלַקְקִים *Lambentes*, Jud. 7, 6. 7. Ar. لحك Idem. Germ. Lekken.

לקש (Syr. ܠܟܫ Tardavit, ferotinus fuit, unde etiam ܠܟܫܐ Serotinus; ad quæ accedit Ar. لقش q. d. بال Vetus; aridus) PIH. Præt. לִקֵּשׁ propr. *Serotinum gramen* i. e. *vernum collegit*, Job. 24, 6. Al. Vindemiavit; male! Uvæ enim funt fructus ineuntis anni Hebraici.

לֶקֶשׁ m. *Foenum cordum* i. e. *ferotinum* f. *vernum*, Am. 7, 1.

מַלְקוֹשׁ m. *Pluvia ferotina;* i. e. quæ exeunte anno in menfe Adar feu Februario cadere in oriente folet, adeoque vernalis, Devt. 11, 14.

רשׁד. Ar. لسد Suxit. It. Linxit v. g. mel. Hinc

לְשַׁד m. *Humor* f. *fuccus præftans*, Cfr. לְשַׁד Num. 11, 8. Cum Aff. לְשַׁדִּי (cum Dagefch euphon.) *Humor meus*, Pf. 32, 4. Al. Panificium; Al. Miferia.

לשה. Ar. لسا Voravit; affine verbo لاس Guftavit; nec non لسّ Lambit, linxit. Hinc

לָשׁוֹן c. (Ar. لِسْن) I. *Lingua*, Pf. 12, 4. II. Meton. 1) *Sermo*, Prov. 25, 15. 2) *Idioma fermonis*, Gen. 10, 31. III. 1) *Lingua maris* i. e. *Sinus*, Jof. 15, 2. 2) *Lingua auri* i. e. *maffa aurea*, Jof. 7, 21. 3) *Lingua ignis* i. e. *flamma confumens*, Jef. 5, 24. Cum Aff. לְשׁוֹנְךָ *Lingua tua*, Pf. 34, 14. Cft. לְשׁוֹן Jef. 11, 15. Pl. f. לְשֹׁנוֹת *Linguæ*, Pf. 31, 21. cum Aff. לִלְשֹׁנֹתָם *Linguis fuis*, Gen. 10, 31. Hinc

לושׁן

לוֹשֵׁן PIH. *Detraxit*, *calumniatus eſt*. Part. m. f. cum י Parag. מְלָשְׁנִי (pro מְלַשֵּׁנִי) & מְלוֹשְׁנִי *Obtrectans*, *detrahens*, Pſ. 101, 5. HIPH. Fut. תַּלְשֵׁן *Lingua offendas*, *calumnieris* aut *deferas*, Prov. 30, 10.

לִשָּׁן m. CHALD. *Lingua* i. e. populus cujusvis linguæ, Dan. 3, 29. Pl. emph. לִשָּׁנַיָּא *Linguæ*, Dan. 3, 4.

לשך videtur eſſe Ar. لسق Adhæſit; adjunctus fuit, unde etiam لسقة Junctura, compages. Hinc

לִשְׁכָּה f. *Conclave*, *cella*, *cubiculum*, Neh. 13, 5. Cſt. לִשְׁכַּת Eſr. 10, 6. cum ה locali לִשְׁכָּתָה *in cellam*, 1 Sam. 9, 22. Plur. לְשָׁכוֹת *Conclavia*, *cellæ*, 2 Par. 31, 11. Cſt. לִשְׁכוֹת Eſr. 8, 29. לִשְׁכָּה idem ſonat, quod נִשְׁכָּה *Conclave*, *cella*; quæ vox commutato ל cum נ eſt pro לִשְׁכָּה, ut proinde לִשְׁכָּה rationem etymi habeat. Erant autem iſta conclavia olim templo Hieroſolymitano velut appendices adjuncta. Deducunt hinc nonnulli Græcum λέσχη, q. d. Locus publicus, ubi confabulati inter ſe fuiſſe putantur; ſed citra veri ſimilitudinem.

לֶשֶׁם m. *Hyacinthus* noſter; veterum *Chryſolithus*, aut *Topazius*, Ex. 28, 19. LXX. λιγύριον; Chald. קַנְכֵּרֵי; Vulgata, Hyacinthus.

לתח. Ar. لتخ Excoriavit, detraxit. Hinc

מֶלְתָּחָה f. *Veſtiarum*, qſ. Theſaurus veſtium ſplendidiorum v. g. byſſinarum, ſcil. ubi veſtes excutæ reponebantur, 2 Reg. 10, 22. Targ. קִימַטְרַיָּא Arcæ veſtiariæ.

לֶתֶךְ m. *Semicorus*; h. e. menſura continens 5 Epha vel 2160 ova, Hoſ. 3, 2. Græce λήκυθος, lecytus. Syr. ܠܬܟ Idem, a ܠܬܟ Concordavit.

לתע. Ar. لتغ Momordit. Hinc nonnullis נִתָּעוּ Job. 4, 10. qſ. pro נִלְתְּעוּ Commoliti ſunt, ſc. eliſo & compenſato ל; ſed vid. נתע.

מַלְתָּעוֹת Pl. f. unde cſt. מַלְתְּעוֹת *Dentes canini*, ſcil. quibus mordere alios homines ſolent, Pſ. 58, 7. Per Metatheſin litterarum

מְתַלְּעוֹת Pl. f. *Idem*, Prov. 30, 14. Vide vero etiam תלע. Al. Dentes molares; minus recte!

מ

מ Particulam inseparabilem vid. in מִן.

מְאֹד Partic. 1) *Valde, vehementer, admodum*, Gen. 1, 31. ab Ar. أَدَّ Viribus polluit. מְאֹד מְאֹד *Vehementissime*, Num. 14, 7. בִּמְאֹד מְאֹד *Idem*, Ex. 1, 7. 2) *Vires*, ut LXX. ἰσχὺς & δύναμις. Sic בְּכָל־מְאֹדֶךָ *Omnibus viribus s. potentia tua*, Devt. 6, 5. בְּכָל־מְאֹדוֹ *Omnibus viribus suis*, 2 Reg. 23, 25. Al. a מָדַד mensus fuit.

מֵאָה f. *Centum*, Gen. 23, 1. Syr. ܡܐܐ & Ar. مِئَة f. مائة Idem, a Rad. مَأَى Dilatavit, auxit v. g. numerum. Cft. מְאַת Ex. 38, 27. Pl. מֵאוֹת Gen. 5, 5. Dual. מָאתַיִם pro מְאָתַיִם *Ducenti, æ, a*, Gen. 32, 14.

מְאָה f. CHALD. *Idem*, Dan. 6, 2. Dual. מָאתַן vel מָאתָן *Ducenti, æ, a*, Esr. 6, 17.

מְאוּמָה f. *Aliquid*; vid. in מוּם.

מָאן m. CHALD. *Vas*. Pl. מָאנֵי Dan. 5, 3. Pl. emph. מָאנַיָּא *Vasa*, Esr. 5, 14. Syr. ܡܐܢܐ Id. ab Ar. مَانَ Prospexit de rebus ad vitam necessariis; ut Germ. dicunt Geräte, Hausrat: & Ar. مَأَنَ Portavit, devexit commeatum.

מֵאֵן PIH. *Renuit, abnuit, recusavit, noluit*, Ex. 10, 3. Prope accedit Ar. مَأَنَ Cavit; it. Syr. ܡܐܢ Molestum, tædiosum fuit. Inf. מָאֵן *Renuendo*, Ex. 22, 16. Fut. pl. יְמָאֲנוּ *Renuent*, Neh. 9, 17.

מָאֵן m. *Renuens*, Ex. 9, 2. 10, 4.

מֵאֵן m. Id. unde Pl. מֵאֲנִים *Renuentes*, Jer. 13, 10.

מָאַס *Reprobavit, repudiavit, respuit, aversatus fuit, sprevit, aspernatus fuit, fastidio habuit*. Cft. cum Acc. & ב. Ar. مَأَشَ sonat Repulit. Præt. Jer. 7, 29. Pl. מָאֲסוּ *Reprobaverunt*, Pf. 118, 22. cum Aff. מְאַסְתָּנוּ *Reprobasti nos*, Thren. 5, 22. Inf. מָאֹס *Reprobando*, Jer. 14, 19. cft. cum Aff. מָאֳסָם quia *Reprobant illi*, Am. 2, 4. Fut. יִמְאַס *Reprobabit*, Pf. 78, 67. NIPH. נִמְאַס *Reprobatus fuit, repudiatus est*. Part. נִמְאָס *Spretus, contemtus*, Pf. 15, 4. Fut. יִמָּאֵס *Repudiabitur*, Jes. 54, 6. Sed יִמָּאֵס Job. 7, 5. & יִמָּאֲסוּ Pf. 58, 8. vid. מָסַס.

מָאוֹס m. *Reprobatio;* i. e. reprobatus v. g. populus, Thren. 3, 45.

מאר. Ar. مأر Recruduit vulnus; it. مأر Irritavit. Hinc HIPH. Part. m. סִלּוֹן מַמְאִיר Sentis *irritans*, i. e. *pungens*, Ez. 28, 24. Fem. צָרַעַת מַמְאֶרֶת Lepra *irritans*, i. e. *incrudescens, rodens*, Lev. 13, 5. 51, 52. 14, 44. Michaëlis, Flagellans, percutiens. Affine est מרר, quod vid. s. l. Cæterum non videtur ob κακοφωνίαν dici pro מַמְרִיר & מַמְרֶרֶת; quia etiam dicitur מַמְרִיר Job. 9, 18.

מְאֵרָה f. *Maledictio;* vid. in אָרַר.

מָאַשׂ *Destituit; defecit.* Ar. مأس Abstulit, demsit. Præt. מְאַשְׁתָּם עֹפָרֶת Chethibh, *Destituit eos*, i. e. ablatum est eis; Keri מֵאֵשׁ תַּם עֹפָרֶת Ab igne consumente (etiam) plumbum, Jer. 6, 29.

מָג m. Vox Persica مُغ *Magus, presbyter ignis;* hinc רַב־מָג *Præfectus* s. *antistes presbyterorum ignis*, Jer. 39, 3. Aliis Nomen proprium Rabmag; al. Castrorum multitudo.

מגד. Ar. مجد Excelluit; præstans fuit. Hinc

מֶגֶד m. *Excellens, præstans, præstantior, delicatus* v. g. *fructus*, Devt. 33, 13. 14. 15. 16. Pl. מְגָדִים *Fructus præstantissimi*, v. g. poma, Cant. 4, 13. Al. Dona larga.

מִגְדָּנוֹת f. pl. *Res pretiosæ, præstantiores*, Gen. 24, 53. Hinc forte Amygdala. Al. Larga dona; largi reditus annui.

מַגָּל m. *Falx;* vid. נגל.

I. מִגֵּן PIH. *Tradidit, dedit.* Unde Ar. مَجّان Quod gratuito fit; cui etiam affine Ar. مكّن Potestatem alicujus rei fecit. Præt. Gen. 14, 20. Fut. cum Aff. אֲמַגֶּנְךָ *Tradam te*, Hos. 11, 8. תְּמַגְּנֶךָּ *Tradet te*, Prov. 4, 9.

II. מגן. Ar. مجن 1. Durus ac crassus fuit. 2. Non curavit, quid diceret faceretve. Hinc

מְגִנָּה f. unde est. מְגִנַּת־לֵב *Durities* ac *stupor* cordis, Thren. 3, 65. Al. Velatio; scutum s. tegumentum cordis.

מָגֵן *Clypeus;* vid. גנן.

I. מגר videtur esse Ar. مغر Percussit, confregit; præcipue

 Syr.

Syr. ܡܓܪ Cecidit. Hinc PIH. מִגֵּר *Dejecit, deturbavit, detrusit*, Pf. 89, 45. Ab hoc fortaffe etiam Lat. Migro.

II. מגר. Ar. مجر Vendidit; feneratus eft in venditione. Hinc

מְגוּרָה f. *Granarium*, Hagg. 2, 9.

מַמְּגֻרָה f. unde Pl. מַמְּגֻרוֹת *Granaria*, qf. in quibus homines fenerari folent, Joël. 1, 17. Vel compofitum eft ex מגורה a גור, quod vid. f. l. & מְגוּרָה ab Ar. مجر Vendidit, i. e. Granaria, ubi frumentum venditur. Affine eft verbum מָכַר Vendidit.

I. מָדַד *Menfus, dimenfus eft, menfuravit.* Dicitur peculiariter de dimenfione continuorum. Hinc Ar. مدّ Extendit, protendit; continua enim, fi menfurantur, extenduntur. Dicitur vero etiam Ar. مُدّ Menfura aridorum, pecul. Modius v. g. hordei. Præt. מָדַד Jef. 40, 12. Pl. מָדְדוּ *Menfi funt*, Devt. 21, 2. מַדֹּתֶם *Dimenfi eftis*, Num. 35, 5. Inf. לָמֹד *ad metiendum*, Zach. 2, 6. Fut. pl. יָמֹדּוּ *Metientur*, Ex. 16, 18. NIPH. נָמַד *Menfuratum fuit*. Fut. pl. יִמַּדּוּ *Menfurabuntur*, Jer. 31, 37. PIH. מִדַּד *Dimenfus eft*, Job. 7, 4. Fut. אֲמַדֵּד *Dimetiar*, Pf. 60, 8. It. יְמֹדֵד *Metietur*, Hab. 3, 6. aut potius Commovebit, ab Ar. مادّ pro ميد Commovit, agitavit. v. Michaëlis ad h. v. HITHP. וַיִּתְמֹדֵד & *menfus eft fe*, 1 Reg. 17, 21.

מַד m. (formæ חֵן) 1) *Menfura*; cum Aff. מִדָּה *Menfura ejus*, Job. 11, 9. Pl. cum Aff. מִדַּיִךְ *Menfuræ tuæ*, Jer. 13, 25. 2) *Veftis longa*, qf. admenfa corpori; מִדּוֹ *Tunicam fuam* v. g. linteam, Lev. 6, 3. 3) Pl. מִדִּין pro מִדִּים *Currus*; forfan *lecticarii*; (ab Ar. مدّ Elevatus fuit; qf. extenfus in altitudinem; unde etiam مدّ Altitudo) Jud. 5, 10. Sic fermo apte procedit ab equitantibus ad curribus vectos, & ab his ad ambulantes. LXX. Vulg. & Chald. Tribunalia, qf. a דִּין. Al. Nom. proprium urbis; al. Stragula, qf. ab Ar. مدّ Extendit; Syr. ܒܡܕ̈ܐ In domibus. Defcribitur vero hic exercitus triumphans.

מַד m. *Veftis, tunica talaris.* Cum Aff. כְּמַדּוֹ *tanquam veftem fuam*, Pf. 109, 18. Pl. cum Aff. מַדָּיו *Veftimenta fua*, 1 Sam. 17, 38.

מִדָּה f. 1) *Menfura, dimenfum*, Ex. 26, 2. Cft. מִדַּת Pf. 39, 15.

15. Plur. מִדּוֹת, unde אַנְשֵׁי מִדּוֹת *Viri* menfurarum, i. e. *proceri*, Num. 13, 32. 2) *Veftis, tunica talaris*, Pl. cum Aff. מִדּוֹתָיו *Veftes ejus talares*, Pf. 133, 2.

מִדָּה f. CHALD. *Tributum*, Efr. 4, 20. Dicitur etiam מִנְדָּה Efr. 4, 13. 7, 24.

מֵמַד m. unde Pl. מְמַדִּים *Menfuræ*. Cum Aff. מְמַדֶּיהָ *Menfuras ejus*, Job. 38, 5.

מָדוֹן m. *Contentio;* vid. דון.

מִדְהֵבָה f. CHALD. *Vectigal;* vid. דהב.

מדה. Ar. مدى Id. quod مدّ Protendit, extendit; menfuravit. Hinc

מָדוֹן m. *Menfura*, 2 Sam. 21, 20. Vid. etiam דין.

מַדְוֶה m. *Tunica talaris;* unde Pl. cum Aff. מַדְוֵיהֶם *Tunicæ eorum talares*, 2 Sam. 10, 4.

מְדָן m. unde Pl. מְדָנִים *Contentiones, lites*, Prov. 6, 19. Vid. etiam דון.

מִדְיָן m. unde Pl. מִדְיָנִים *Idem*, Prov. 21, 9. Vid. etiam דון.

מְדִינָה f. *Provincia;* vid. דין.

מַדּוּעַ *Cur, quare?* vid. in יָדַע.

מָה, מַה, מֶה (מַה ante confonam dagefchandam; מָה ante gutturalem non kamezatam; מֶה ante gutturalem kamezatam; quanquam interdum aliter fcribatur.) 1) *Quid? Quis?* interrogative. 2) Absque interrogatione: *Quid, qui, quomodo, quicquid, quicquam, quidvis.* 3) Cum aliis particulis; α) בַּמֶּה, בַּמָּה *Quanam re? ex quo; per quod.* β) לָמָּה, לָמָּה *Adquid? quare? quorfum?* γ) כַּמָּה, כַּמֶּה *Quot? quantus? quoties?* δ) עַד־מָה *Usque quo? quousque?* ε) עַל־מֶה, עַל־מָה *Propter quid? cur? quamobrem?* ς) מַה־זֶּה & מַזֶּה *Quidnam?* ζ) מַה־הֵם & מָהֵם *Quid isti?* η) מַה־לָּכֶם & מַלָּכֶם *Quid vobis?* Ar. ما Quid?

מָה CHALD. *Quod*, Dan. 2, 22. it. *Quid?* מָה דִּי *Id quod*, Efr. 7, 18. עַל־מָה *Propter quid?* לְמָה & לְמָא & לְמָא דִּי *De eo, quod*, Efr. 6, 8. כְּמָה *Quam*, Dan. 3, 33.

מִי *Quis, quænam?* interdum etiam *Quid?* 1 Sam. 18, 18. Pl. *Qui, quæ?* In cafibus obliquis fic: בַּת מִי אַתְּ *Cujus filia tu es?* לְמִי *Cui?* אֶת־מִי *Quem?* אֶל־מִי *Ad quem?* מִמִּי *A quo?* עַל־מִי *Super quem?*

quem? de quo? בְּשֶׁלְּמִי *Cujus causa, propter quem?* Jon. 1, 7. Ar. أَيّ Quis? qualis?

מָתַי *Quando?* (Videtur esse compositum ex מָה & אָתָה Venit, accidit, qs. Quando veniet s. accidet?) אַחֲרֵי מָתַי עֹד *Quando demum?* Jer. 13, 27. עַד מָתַי *Quo usque?* Ps. 80, 5. לְמָתַי *Ecquando?* Ex. 8, 5. Ar. مَتَى Quando?

מהה. Ar. مَهَّ Consistere fecit; nec non Ar. مَهَهٌ Lente incessit. Hinc Hebr. HITHP. הִתְמַהְמַהּ *Moratus, cunctatus fuit, tardavit.* הִתְמַהְמָהְתִּי *Tardavi*, Ps. 119, 60. Pl. הִתְמַהְמְהוּ *Remorabantur*, Jud. 19, 8. Part. מִתְמַהְמֵהַּ *Remorans*, 2 Sam. 15, 28. Inf. הִתְמַהְמֵהַּ *Remorari*, Ex. 12, 39. Imp. pl. הִתְמַהְמְהוּ *Moramini*, Jes. 29, 9. Fut. יִתְמַהְמָהּ *Morabitur*, Hab. 2, 3.

מֶהֶם vid. in מָה.

מהל. Ar. مَهَلَ Pice liquida inunxit; unde etiam مُهْل Amurca olei; pix liquida; pus, sanies. Hinc Hebr. Part. Pah. מָהוּל (non simpliciter Mixtum, sed) *Corruptum, conspurcatum*; Germ. Trüb gemacht, Jes. 1, 22.

מְהוּמָה vid. הָמַן.

I. מָהַר *Dotavit, dotem constituit*; significatione a nomine petita מֹהַר. Ar. مَهَرَ plane idem, Dotem adscripsit. Inf. & Fut. מָהֹר יִמְהָרֶנָּה *Dotando dotabit eam*, Ex. 22, 15.

מֹהַר m. *Dos*; intell. qua uxor emitur, Gen. 34, 12.

II. מָהַר *Acceleravit, festinavit, properavit.* Hinc Ar. مَهَرَ In re exercitatus fuit. Praet. pl. מָהֲרוּ *Festinanter sectantur*, *festinant*, Ps. 16, 4. NIPH. נִמְהַר *Praecipitatus, a, um est*, Job. 5, 13. Part. m. נִמְהָר *Praeceps, festinus*, Hab. 1, 6. Pl. נִמְהָרִים cst. נִמְהֲרֵי *Praecipitanter agentes, praecipites*, Jes. 32, 4. 35, 4. PIH. Praet. מִהַר *Festinavit, properavit, acceleravit*, 1 Sam. 4, 14. Partic. m. מְמַהֵר *Festinans*, Mal. 3, 5. Inf. לְמַהֵר *ad Festinandum*, Ex. 12, 23. Imp. f. f. מַהֲרִי *Accelera*, Gen. 18, 6. Fut. תְּמַהֵר *Festinabit*, fem. Gen. 24, 18. יְמַהֵר *Festinet*, Jes. 5, 19.

מָהִיר m. *Promtus, festinus, celer, expeditus*, Prov. 22, 29. it.

it. *Solers, peritus, exercitatus*, Pf. 45, 2. Cft. מָהִיר Jef. 16, 5. Ar. مهر Idem.

מַהֵר m. *Celer, feftinus*, Zeph. 1, 14. Verbo junctum plerumque adverbialiter, *Celeriter, propere, velociter*, Devt. 7, 22.

מְהֵרָה f. abfol. *Feftinatio, celeritas*, & cum בּ Præf. plerumque adverbialiter *Celeriter, feftinanter, cito*, Pf. 31, 3. Eccl. 4, 12.

מַהֲמֹרוֹת f. pl. fecundum nonnullos pro מַהֲמֹרוֹת Præcipitia, Pf. 140, 11. Sed vid. fub המר.

מוֹ Syllaba enclitica & expletiva, v. g. בְּמוֹ *In; cum*, Pf. 11, 2. לְמוֹ *Ad*, Job. 27, 14. כְּמוֹ *Sicut*, Job. 12, 3. לָמוֹ *Ei & Eis, illis*, Jef. 44, 15. 53, 8. Sic etiam cum Aff. כָּמוֹנִי *Sicut ego*. כָּמוֹךָ *Sicut tu &c.*

מוּג *Fluctuare; diffluere*, ut Ar. ماج Fluctuavit. Vacillavit. KAL, Inf. לָמוּג *ad Fluctuandum*, Ez. 21, 15. Fut. תָּמוּג *Fluctuabit, diffluet*, Pf. 46, 7. Tranfitive c. Aff. תְּמוּגֵנוּ *Fluctuare facis nos*, Jef. 64, 7. Intranf. תָּמוּג *Fluctuat* v. g. terra, Am. 9, 5. NIPH. Præt. נָמוֹג *Fluctuat; diffluxit* v. g. regnum, terra, Jef. 15, 4. Pl. נָמֹגוּ *Diffluxerunt, diffoluti funt*, Ex. 15, 15. Part. pl. m. נְמֹגִים *Liquefacti, diffoluti*, Pf. 75, 4. PIH. Præt. מוֹגֵג *Fluctuare, diffluere fecit*. Fut. c. Aff. תְּמֹגְגֵנִי *Diffluere facis me*, Job. 30, 22. HITHP. Præt. הִתְמוֹגֵג *Diffluxit, diffolutus eft*. Pl. הִתְמוֹגְגוּ *Diffluxerunt*, Nah. 1, 5. Fut. pl. תִּתְמוֹגַגְנָה *Diffluent, diffolventur*, Am. 9, 13.

I. מוֹט *Nutavit, vacillavit, inclinavit; it. Motus, commotus, transmotus eft*. Ar. ماط pro ميط Abegit, abduxit; it. Intrans. *Declinavit*. Part. מָט *Motus, commotus; nutans*, Prov. 25, 26. Præt. pl. מָטוּ *Commoti funt*, Pf. 46, 7. Inf. בְּמוֹט *Cum commoventur, nutant*, Pf. 46, 3. Fut. תָּמוּט f. *Nutabit, vacillabit*, Devt. 32, 35. NIPH. Præt. נָמוֹט *Nutans, vacillans, inclinans factus eft; motus, dimotus fuit*. Pl. נָמֹטוּ *Nutantes facti funt, dimoti funt*, Pf. 17, 5. Fut. יִמּוֹט *Dimovebitur, transmovebitur*, Pf. 21, 8. Pl. יִמּוֹטוּ Keri, *Moveantur*; יָמִיטוּ ab HIPH. Chethibh, *Demittant fe*, Pf. 140, 11. HIPH. הֵמִיט *Movere f. moveri fecit; declinavit*. Fut. pl. יָמִיטוּ *Agitabunt*, Pf. 55, 4. HITHP. הִתְמוֹטֵט *Movit, commovit fe*. Fem. הִתְמוֹטְטָה *Movit fe*, Jef. 24, 19.

מוֹט m. 1) *Nutatio, vacillatio; dimotio*, Pf. 66, 9. 2) *Vectis, palanga*, a commotione dicta, Num. 13, 23. 3) *Feretrum*, Num. 4, 10. 12.

II. מוֹטָה m. (quod potius eft Ar. مطا Subegit. Pro jumento habuit.) *Jugum*; hinc enim c. Aff. מוֹטֵהוּ *Jugum ejus*, Nah. 1, 13.

מוֹטָה f. *Jugum*, Jef. 58, 6. Pl. מוֹטוֹת *Juga*, Jer. 27, 2. 28, 13. Lev. 26, 13.

מוּךְ *Tenuem, attenuatum effe f. fieri; macere, macefcere; depauperari.* Affinia funt verba מָכַךְ, מָכָה, ut & Ar. مكّ Exfuxit totum. Diminuit. KAL, Præt. מָךְ *Tenuis factus, attenuatus eft; depauperatus eft*, Lev. 25, 47. Fut. יָמוּךְ *Attenuatus fiet, depauperabitur*, Lev. 25, 25. 30. 39. HOPH. Præt. pl. הֻמְּכוּ (irreg. tanquam a נָמַךְ) *Attenuati, emaciati funt*, Job. 24, 24. Hinc Lat. *Maceo.*

I. מוּל *Circumcidere, præcidere, præputium abfcindere; it. Succidere.* Convenit cum מָלַל, quod vid. f. l. nec non cum Ar. مال Declinavit, deflexit; præputium enim in circumcifione declinari folet. KAL, Præt. מָל *Circumcidit*, Jof. 5, 4. Pl. מַלְתֶּם *Circumcidiftis*, Devt. 10, 16. Part. Pah. מוּל m. *Circumcifus*, Jer. 9, 24. Pl. מֻלִים (tanquam a מלל, ut & Imp.) Circumcifi, Jof. 5, 5. Imp. מֹל *Circumcide*, Jof. 5, 2. Fut. וַיָּמָל *& circumcidit*, Gen. 17, 23. NIPH. Præt. נִמּוֹל *Circumcifus eft.* Inf. הִמּוֹל *Circumcidendo*, Gen. 17, 13. Imp. pl. הִמֹּלוּ *Circumcidimini*, Jer. 4, 4. Fut. יִמּוֹל *Circumcidetur*, Gen. 17, 12. HIPH. Præt. הֵמִיל *Succidit, excidit.* Fut. c. Aff. אֲמִילַם *Succidam eos*, Pf. 118, 10. 11. 12. rectius a fignif. verbi Arab. *In fugam dabo eos*, Michaëlis, coll. v. 13. HITHP. Præt. הִתְמוֹלֵל *Declinantem fe præbuit*, f. *in fugam fe conjecit.* Fut. pl. in paufa יִתְמֹלָלוּ *In fugam fe dabunt*, Pf. 58, 8. Al. Succifus fuit.

מוּלָה f. unde Pl. מוּלֹת *Circumcifiones*, Ex. 4, 26.

II. מוּל f. מוֹל (femel לְמוּאל Neh. 12, 38.) Præpof. proprie Oppofitio, ab Ar. مَلّ Oppofuit. Hinc 1) *Coram, contra, erga, verfus, e regione, adverfum.* Cft. in Regim. מוּל הָאֱלֹהִים *Verfus Deum*, Ex. 18, 19. cum Partic. אֶל־מוּל *E regione*, Ex. 28, 25.

מִמּוּל

מְנֻחָה & מְנוּחָה f. *Locus quietis, tranquillus; quies*, Deut. 12, 9. Cum Aff. מְנוּחָתִי *Quies ejus*, Jes. 11, 10. Pl. מְנוּחוֹת *Quietes*, Pf. 23, 2. מְנֻחָה pro מְנֻחַ *Quies, requies*, Gen. 49, 15. Michaëlis putat legendum hic esse מְנֻחָה.

נִיחוֹחַ m. (qf. a Rad. נחח, aut compof. ex נוח & ניח) *Requies, acquiefcentia; placatio.* רֵיחַ נִיחוֹחַ *Odor acquiefcentiæ* i. e. iram Dei placans aut quiefcere faciens, Gen. 8, 21. Cum Aff. נִיחוֹחִי *Requiei* f. *acquiefcentiæ meæ*, Num. 28, 2. Pl. cum Aff. נִיחוֹחֵיהֶם *Placationes eorum*, Ez. 20, 28. נִיחוֹחִין Pl. CHALD. *Idem*, Efr. 6, 10. Dan. 2, 46.

נוט *Nutare, vacillare; ultro citroque moveri.* Conv. Ar. نطا VI. Ultro citroque movit. LXX. σαλέω. KAL, Fut. תָּנוּט *Nutabit*, Pf. 99, 1. Accedit etiam Ar. ناط Appenfus, fufpenfus fuit. Nutant enim, quæ fufpenfa funt.

נול Chald. Inquinavit, deturpavit. Hinc

נְוָלִי CHALD. f. pro נְוָלוּת, propr. Locus fterquilinii; Græce φάνιον i. e. *locus* f. *area extra aedes, in quam expurgamenta conjiciuntur*, Dan. 2, 5. 3, 29. Conv. fere Ar. النالة item نولة φάνιον f. circumjacentia v. g. Meccæ. LXX. ad fenfum per Meton. anteced. Διαρπαγή, direptio.

נְוָלוּ CHALD. f. pro נְוָלוּת, *Idem*, Efr. 6, 11.

נום *Dormiturire, dormitare, dormifcere.* Minus dicit, quam יָשֵׁן. Ar. نام Idem. KAL, Præt. pl. נָמוּ *Dormitaverunt*, Pf. 76, 6. Inf. לָנוּם *ad Dormitandum*, Jef. 56, 10. Fut. יָנוּם *Dormitabit*, Jef. 5, 27. Pf. 121, 3.

נוּמָה f. *Dormitatio, fomnus levis*, Prov. 23, 21. Arab. نيمة Idem.

תְּנוּמָה f. *Obdormitio, dormitio*, Pf. 132, 4. Pl. תְּנוּמוֹת *Dormitiones*, Prov. 6, 10. Job. 33, 15.

נון ac potius NIPH. Præt. נָנוֹן (a mox fequenti nomine נִין Soboles) *Propagatus, perpetuatus, fervatus fuit.* Hinc Fut. 3 m. f. יִנּוֹן Keri, *Perpetuabitur, propagabitur;* יָנִין Chethibh, *Perpetuabit, propagabit*, Pf. 72, 17. LXX. διαμενεῖ; Vulg. Permanet.

נִין m. (pro נִוְיָן, a verbo, quod videtur, Ar. نوى Servavit; qf. Homo f. femen fervatum aut permanens) *Soboles*, collect. *Filius*

Filius aut filii; proles, Iob. 18, 19. Jes. 14, 22. Cum Aff. נִינִי *Soboles, proles mea*, Gen. 21, 23. Sic etiam Persice نُوبَان dicitur Filius.

מָנוֹן m. (qs. filiatio) *Habitus filii*, i. e. pro filio familias se geret, Prov. 29, 21. Michaëlis, Debilis, ab Ar. مَنَّ Debilitavit; qs. مَنِين Debilis; sed minus recte, quod videtur ex contextu! Eleganter Lutherus ad sensum: So will er darnach ein Junker seyn.

נוּס *Fugit, aufugit, confugit, effugit.* Conven. Ar. نَاس Agitatus fuit, unde etiam نَاوُوس Fuga; maxime نَاصَ Fugit, fuga elapsus est. KAL, Præt. נָס *Fugit, abiit*, Devt. 34, 7. Pl. נַסְתֶּם *Fugistis*, Zach. 14, 5. Part. pl. m. נָסִים *Fugientes*, Ex. 14, 27. Inf. condupl. נוֹס *Fugiendo*, 2 Sam. 18, 3. לָנוּס *ad Fugiendum*, Jos. 8, 20. Cum Aff. נֻסְךָ *Fugere tuum*, 2 Sam. 24, 13. Imp. pl. נֻסוּ *Fugite*, Jer. 49, 8. Fut. cum ה Emph. אָנוּסָה *Fugiam*, Ex. 14, 25. Pl. נָנוּס *Fugiemus*, 2 Sam. 18, 3. 3 f. s. וַתָּנֹס *& Fugit*, 2 Sam. 4, 4. 3 m. s. וַיָּנָס *& Fugit*, Ex. 4, 3. Pl. cum ן parag. יְנוּסוּן *Fugient*, Ps. 104, 7. PIH. Præt. נוֹסְסָה *Fugavit*, Jes. 59, 19. HIPH. Præt. הֵנִיס *Fugavit, fecit fugere, transtulit fuga*, Ex. 9, 20. Inf. לְהָנִיס *ad Transferendum fuga*, Jud. 6, 11. Fut. pl. יָנִיסוּ *Fugabunt*, Devt. 32, 30.

מָנוֹס m. *Effugium, perfugium, refugium, asylum; fuga.* Cum Aff. מְנוּסִי *Perfugium s. refugium meum*, 2 Sam. 22, 3.

מָנוֹס m. *Idem*, Ps. 142, 5. Jer. 25, 35. Job. 11, 20.

מְנוּסָה f. *Fuga, effugium*, Jes. 52, 12. Cst. מְנֻסַת Lev. 26, 36.

נוּעַ *Moveri, agitari; vagari;* ut Ar. نَاعَ Pependit. II. Commovit. Exagitavit. KAL, Præt. pl. נָעוּ *Mobiles fuerunt*, Prov. 5, 6. Part. m. s. נָע *Vagus*, Gen. 4, 12. Inf. condupl. נוֹעַ *Vagando*, Ps. 109, 10. לָנוּעַ *ut agiter*, Jud. 9, 9. 11. Fut. תָּנוּעַ *Vagabitur, commovebitur* v. g. terra, Jes. 24, 20. Fut. pl. convers. וַיָּנֻעוּ *& Movebantur*, Jes. 6, 4. Sing. וַיָּנַע *& Commotum est* v. g. cor, Jes. 7, 2. NIPH. Præt. נָנַע *Agitatus factus est*. Fut. יִנּוֹעַ *Agitabitur*, Am. 9, 9. Plur. יִנּוֹעוּ *Agitabuntur*, Nah. 3, 12. HIPH. Præt. הֵנִיעַ & הֵנַע *Movit, agitavit, exagitavit*, Jes.

Jes. 37, 22. וַהֲנִעוֹתִי & *Exagitabo*, Am. 9, 9. Imp. cum Aff. הֲנִיעֵמוֹ *Exagita eos*, Pf. 59, 12. Fut. יָנִיעַ *Movebit*, Zeph. 2, 16.

מְנַעֲנֵעַ unde מְנַעַנְעִים Pl. m. *Siftra*, 2 Sam. 6, 5. LXX. κύμβαλα, ad quorum cantum etiam Ægyptii olim in Ifidis facris agitari & faltare confueverant; vid. Pagn. Kircheri Mufurg. l. 52.

I. נוף *Perfundere*; *adfpergere*. Ar. نغى Fudit v. g. nubes pluviam. KAL, Præt. נַפְתִּי *Perfudi*, *confperfi*, Prov. 7, 17. HIPH. Præt. הֵנִיף *Stillare fecit*, *fudit*. Fut. תָּנִיף *Fundes*, Pf. 68, 10.

נֹפֶת f. *Deftillatum mel*; *mel optimum*, i. e. quod per fe ftillat, Pf. 19, 11. Prov. 5, 3. 24, 13. 27, 7.

II. נוף 1) *Elevavit*; *elevatum huc illuc agitavit*, *movit*, v. g. manum, cultrum, ferrum, falcem &c. Ar. ناف Elata fuit, eminuit v. g. res fupra aliam. Hinc PIH. Præt. נוֹפֵף *Agitavit*, *movit* v. g. manum fupra aliquid. Fut. יְנוֹפֵף *Agitabit*, Jof. 10, 32. HIPH. Præt. הֵנִיף *Agitavit*, *levavit*, *movit manum fuam*, idque vel percuffurus aliquem, vel opem laturus alicui. הֲנַפְתָּ *Movifti* v. g. cultrum, Ex. 20, 25. Part. m. f. מֵנִיף *Elevans* v. g. manum, Zach. 2, 13. Cum Aff. מְנִיפוֹ *Agitans eam*, Jef. 10, 15. Imp. pl. הָנִיפוּ *Agitate*, *elevate*, Jef. 13, 2. 2) In facris in fpecie, *Obtulit agitando*, fcil. oblationem vel elevans vel demittens aut inclinans, HIPH. Præt. Lev. 9, 21. Inf. לְהָנִיף *ad Offerendum agitando*, Lev. 10, 15. Cum Aff. הֲנִיפְכֶם *Offerre veftrum cum agitatione*, Lev. 23, 12. Fut. conv. וַיָּנֶף & *Obtulit agitans*, Lev. 8, 27. Fut. abfol. cum Aff. יְנִיפֶנּוּ *Offeret agitando illum*, Lev. 23, 11. HOPH. Præt. הוּנַף *Agitando oblatum eft*, Ex. 29, 27.

נוֹף m. (ab Ar. ناف Eminuit) *Mons*, *collis*, Pf. 48, 3.

נֶפֶת f. *Idem*; in paufa הַנָּפֶת Jof. 17, 11. Michaëlis, Promontorium.

נָפָה f. *Regio montana* f. *eminentior*; cft. נֶפֶת Jof. 12, 23. Pl. נָפוֹת *Regiones montanæ*, Jof. 11, 2. 2) *Cribrum*, *vannus*; ab agitatione dicta. Cft. בְּנָפַת *In cribro*, Jef. 30, 28. Hinc etiam Æthiop. *Naphaja*, Cribravit; it. Ar. نغى Rejecit, disjecit; unde نغاة Recrementum.

הֲנָפָה f. *Agitatio*, *cribratio*, Jef. 30, 28.

תְּנוּפָה f. *Elevatio cum agitatione*; *oblatio facra agitata*; Germ. ein Webeopfer. Jef. 30, 32. Ex. 38, 29. Cft. תְּנוּפַת Ex. 35,

35, 22. Pl. תְּנוּפֹת *Oblationes facræ agitatæ*, Num. 18, 11. Contra תְּרוּמָה eſt ſimplex Oblatio elevata.

נוץ (Ar. ناض Emicuit. IV. Tulit fructum. Affine eſt verbum נְצַץ Chald. Floruit; germinavit.) HIPH. Præt. הֵנֵץ vel הֵנִיץ *Floruit*, *effloruit*. Præt. pl. הֵנֵצוּ *Effloruerunt*, Cant. 6, 11. 7, 13. Fut. conv. וְיָנֵאץ & *Efflorefcit* (cum א redundante ad indigitandam originem a נוץ) Eccl. 12, 5. Vid. vero etiam נצץ.

נוק Convenit cum ינק quod vide f. l. Hinc vero eſt HIPH. Fut. וַתְּנִיקֵהוּ & *Lactavit eum*, Ex. 2, 9. Verba enim quieſcentia ſæpe inter ſe permutantur.

I. נור. Ar. نار Luxit, ſplenduit. Conv. cum Chald. נְהַר Illuxit, ſplenduit; cujus derivata vid. ſub נהר. A נור vero eſt

נֵר m. *Lucerna*, *lampas*, *candela lucens*, Prov. 6, 23. Cum Aff. נֵרִי *Lucerna mea*, Pſ. 18, 29. It. cum י redundante נֵירִי *Lucerna mea*, 2 Sam. 22, 29. Sic etiam Ar. نيّر Idem.

נֵרָה f. *Lucerna*, unde Pl. נֵרוֹת *Lucernæ*, Lev. 24, 4. Cſt. נֵרֹת Ex. 39, 37. Cum Aff. נֵרֹתֵיהֶם *Lucernæ eorum*, 1 Par. 28, 15.

נִיר m. *Lucerna*, *lampas*, 1 Reg. 11, 36. Cum Aff. נִירָם *Lucerna eorum*, Num. 21, 30.

נוּר m. CHALD. *Ignis*, Dan. 7, 9. Emph. נוּרָא Dan. 3, 11.

מְנוֹרָה f. *Lychnuchus*, *candelabrum*, Ex. 25, 32. Cſt. מְנֹרַת Num. 4, 9. Pl. מְנֹרוֹת *Candelabra*, 2 Par. 4, 7. Ar. منارة Idem.

תַּנּוּר m. idem, quod Ar. تنّور *Caminus*, *furnus*, *fornax*; ad calefaciendum & coquendos panes, Gen. 15, 17. Pl. תַּנּוּרִים *Furni*, Neh. 12, 38. Cum Aff. תַּנּוּרֶיךָ *Furni tui*, Ex. 8, 3.

II. נור. aut ניר Verbum denominativum a nomine ſeqnente; unde HIPH. Imp. pl. נִירוּ *Sulcate*, *lirate*, *proſcindite ſulcos*, Jer. 4, 3. Hoſ. 10, 12.

נִיר m. *Novale* i. e. *arvum de novo proſciſſum* f. *ſulcatum*, Prov. 13, 23. Jer. 4, 3. Hoſ. 10, 12. Ar. نير Sulcus, lira. Cum Aff. וְנִירָם & *Novale eorum*, ita nonnullis; aliis, & *Lucerna eorum*, Num. 21, 30.

נוש, Ar. ناس Conturbatus fuit, unde نوّاس Conturbatus, perturbatus, languens; nec non Syr. ܢܫ Ægrotavit. Hinc KAL, Fut.

Fut. conv. cum ה parag. וָאָנוּשָׁה & *Conturbatus languesco*, Pf. 69, 19. Hinc porro

אָנוּשׁ m. (fcil. cum א præpofitivo) *Conturbatus*, *languens*; *desperato morbo laborans*; it. de rebus inanimatis, *Desperate morbidus*. אָנוּשׁ *Desperatum* v. g. eft telum meum, i. e. afflictio mea, Job. 34, 6. Michaëlis, *Vibro telum meum*. אָנוּשׁ *qui* qf. *conturbatus*, *languens eft*, v. g. ad contritionem tuam, Jer. 30, 12. Michaëlis, Intremifco. Fem. אֲנוּשָׁה *Desperata* v. g. eft quævis plagarum tuarum, Mich. 1, 9. Michaëlis iterum, Perturbor plagis tuis. אֲנוּשָׁה *Desperate morbida* v. g. eft plaga mea, Jer. 15, 18. Ab אָנוּשׁ deinde

אנשׁ, ac potius NIPH. Præt. נֵאָנַשׁ *Desperate languit* f. *aegrotavit*; unde Fut. וַיֵּאָנַשׁ & *Desperato morbo affectus eft*, 2 Sam. 12, 15.

נזד unde plures Fut. וַיָּזֶד & *Coxit*, Gen. 25, 29. quafi fit a נזד, pro וַיַּזִּיד aut וַיָּזֶד, potius eft a זוד *Efferuefcere*; unde הֵזִיד *Efferuefcere fecit*, i. e. *coxit*; ut proinde וַיָּזֶד fit pro וַיָּזֶד. Sic etiam a זוד eft

נָזִיד m. (fcil. a Conj. NIPH. נָזוֹד *Efferuefcens factus eft*, qf. Participium aut certe Nomen ab hac Conj. derivatum) *Coctum*; *puls* f. *pulmentum*; *jusculum*, Gen. 25, 29. Cfr. נָזִיד Gen. 25, 34. Hinc poffit effe Ar. نزل De commeatu in viam profpexit.

נָזָה *Sparfus*, *infperfus*, *adfperfus*, *confperfus fuit*. Cfr. cum אֶל & עַל. Chaldaice dicitur נְדָה. Sic etiam Ar. ندى Sonat Humidus fuit. Maduit. II. & IV. Humectavit, madefecit. Sed & نزي forma Paff. a نزا dicit Effluxit fanguis, manavit fanguine v. g. vulnus. KAL, Fut. יִזֶּה *Adfpergetur*, Lev. 6, 20. Fut. conv. & apoc. וַיִּז & *Adfperfus eft*, Jef. 63, 3. item וַיִּז 2 Reg. 9, 33. HIPH. Præt. הִזָּה *Adfperfit*, *fparfit*, *infperfit*. Cfr. cum עַל, ב & לִפְנֵי. Præt. Lev. 4, 6. Part. m. מַזֶּה *Adfpergens*, Num. 19, 21. Imp. הַזֵּה *Sparge*, Num. 8, 7. Fut. יַזֶּה *Adfperget*, Jef. 52, 15. Apoc. וַיַּז & *Sparfit*, Lev. 8, 11.

I. נָזַל *Stillavit*; *fluxit*, *defluxit*; *manavit*. Ar. نزل A pluvia fluxum aquæ paffus fuit locus. Præt. pl. נָזְלוּ *Stillarunt* v. g. aquam, i. e. montes fluxum aquæ paffi funt, Jud. 5, 5. coll. v. 4.

v. 4. Part. Ben. pl. m. נֹזְלִים *Fluentes i. e. fontes*, Pf. 78, 16. Fut. יִזַּל *Stillabit*, Num. 24, 7. Pl. יִזְּלוּ *Stillabunt*, Jef. 45, 8. HIPH. Præt. הִזִּיל *Deftillare, manare, fluere fecit*, Jef. 48, 21. Sed נָזֹלּוּ *Tremuerunt, vacillarunt*, Jef. 64, 3. non eft a נָזַל, ut nonnulli volunt, qf. dicat, Stillarunt; fed NIPH. Præt. a זלל. Ar. زلّ Cæfpitavit, nutavit.

מַזָּלָה f. unde Pl. מַזָּלוֹת in genere *Sidera, ftellæ, aftra;* (ab influentia, quæ illis etiam in rebus civilibus & moralibus falfo attribuebatur, dicta; ab Ar. نزل Mutavit ftatum. II. Demifit cœlitus aliquid Deus; unde etiam تنزيل Demiffio ἱερνόθεν, Cor. Sur. 20, 2. & 32, 2. nec non منزل Tres ftellæ in cauda Urfæ majoris) 2 Reg. 23, 5. Dicuntur etiam ferme eodem fenfu מַזָּרוֹת Job. 38, 32. Al. pecul. Planetæ; Al. Sidera Zodiaci. Vid. etiam נָזַר.

II. נזל. Ar. نذل Vilis, defpectus fuit, cui etiam convenit cum زلّ Abjectus, vilis fuit. Hinc HIPH. Præt. pl. cum Aff. הִזִּילוּהָ *Defpexerunt, fpreverunt, pro defpecta habuerunt eam*, Thren. 1, 8. Hinc (f. potius a زال Dimovit, femovit) eft

זוּלַת f. *Præter, nifi, excepto, fepofito*, 2 Reg. 24, 14. Cum Aff. זוּלָתִי *Præter me*, Jef. 45, 5. זוּלָתְךָ in paufa זוּלָתֶךָ *Præter te*, Ruth. 4, 4. Jef. 26, 13. זוּלָתָהּ *Præter eam*, 1 Sam. 21, 9. Dicitur etiam nudum זוּלָתִי *Præter*, Devt. 1, 36. 4, 21. Jof. 11, 13.

נֶזֶם m. *Monile nafi vel auris*, h. e. annulus aureus, qualem mulieres in Oriente nafo & auribus ornatus caufa appendere folebant, atque etiamnum folent, Gen. 24, 22. 30. 47. Ex. 32, 2. 3. 35, 22. Jef. 3, 21. Ez. 16, 12. Pl. נְזָמִים *Monilia*, Gen. 35, 4 Cft. נִזְמֵי, Jef. 3, 21. Videtur effe a NIPHAL verbi זמם, Ar. زمّ Ligavit, alligavit; conftrinxit habena; unde زمام Funiculus, annexus annulo, qui per cameli nafum trajicitur; nec non Syr. ܩܕܫܐ Annulus Æthiopum, quem in nafo geftant. It. Circulus ad ornatum fufpenfus a labris; qf. Appenfum nafi vel auris. Vid. Caftelli Lexicon Heptaglott. ad Rad. נזם. Al. Funiculus margaritarum a fronte nafo tenus appenfus.

נזק

נְזַק Chald. *Nocuit, læsit, damno affecit.* Conv. per Meton. antec. Ar. نزق aut نزج In ira efferbuit. III. Conviciis & contumeliis læsit. Part. m. f. נָזִק *Damno affectus*, Dan. 6, 3. APH. Part. f. מְהַנְזְקַת *Damnum afferens*, Esr. 4, 15. Inf. לְהַנְזָקַת *ad Nocendum*, Esr. 4, 22. Fut. תְּהַנְזִק *Damnum afferet*, ibid. v. 13.

נֶזֶק m. Hebr. *Damnum, nocumentum*, Esth. 7, 4.

I. נזר propr. Separare a re, ab aliquo, alicui ex religione, sanctimonia aut voto. Ar. نذر Scivit quid cavendum sibi. IV. Deterruit. Vovit; unde etiam نذير Nazirœus, devotus Deo. NIPH. Præt. נִזַּר *Separatus, segregatus fuit, separavit, avertit, abstraxit se a re;* hinc etiam *Abstinuit, continuit se a re.* Inf. הִנָּזֵר *Abstinere, continere se*, Zach. 7, 3. Fut. יִנָּזֵר *Separatus erit*, v. g. a Deo, Ez. 14, 6. Pl. יִנָּזְרוּ *Abstineant* v. g. a sancto, Lev. 22, 2. Fut. conv. וַיִּנָּזְרוּ *& Devoti fuerunt* v. g. Baali, Hos. 9, 10. HIPH. Præt. הִזִּיר *Separavit aliquem & se a re; abstinuit; vovit, voto asseruit se & rem* v. g. Deo. Præt. conv. וְהִזִּיר *& Asseret*, Num. 6, 12. Pl. וְהִזַּרְתֶּם *& Separabitis, abstinere curabitis*, Lev. 15, 31. Inf. לְהַזִּיר *ad Asserendum*, Num. 6, 2. Fut. יַזִּיר *Abstinebit* v. g. a vino, ib. v. 3. Inf. cum Aff. הַזִּירוֹ *Asserere, vovere se* v. g. Deo, ib. v. 6.

נָזִיר m. 1) *Nazirœus, homo, qui se voto Domino asseruit*, Num. 6, 2. 13. Cst. נְזִיר *Selectus, assertus a Deo*, Gen. 49, 26. Pl. נְזִירִים *Segregati, asserti* Domino, Am. 2, 12. 2) *Res, a qua quis ex religione* aut *voto abstinere obstrictus est.* Pl. cum Aff. נְזִירֶיהָ *Abstinentiarum suarum*, i. e. agrorum & vinearum, a quibus colendis, metendis & vindemiandis abstinendum erat, Lev. 25, 11.

נֵזֶר & נֶזֶר m. 1) in genere *Votum*, quod quis Deo nuncupavit; it. *res, quam quis voto religioso Deo obstrinxit*, v. g. *Abstinentiam*, scil. de agris aut vineis non colendis, metendis aut vindemiandis, Num. 6, 4. 8. de crinibus non detondendis, ib. v. 19. 2) *Res aut insigne, quo quis dignitatis ergò ab aliis qs. separatur* aut *distinguitur;* ut a) *Lamina sanctitatis* in pileo f. mitra Pontificis maximi, Ex. 39, 30. b) *Corona regia, diadema regium*, 2 Sam. 1, 10. Ps. 89, 40. c) Metaph. *Indelibatus*

batus vigor ac decus aetatis, Prov. 27, 24. Cum Aff. נִזְרוֹ *Votum ejus*, Num. 6, 4. 8.

מְנֻזָּרִים Pl. m. *Nobiles*, *eximii*. Cum Aff. מִנְּזָרַיִךְ *Nobiles* (qs. *coronati*) *tui*, Nah. 3, 17.

זֵר m. (נזר סכ׳ p) *Limbus*, *corona*, i. e. qua quid separatur aut distinguitur, Ex. 30, 3. Cum Aff. זֵרוֹ *Limbus ejus*, ib. v. 4. Hinc

זֵרָה PIH. Præt. *Cinxit*, *circumdedit*, *circumplexus est*; unde זֵרִיתָ *Cinxisti*, Pf. 139, 3.

II. נזר. Ar. نذر Prædixit, significavit. IV. Metum injecit, ut caveret sibi, deterruit. Hinc

מַזָּרוֹת pl. f. *Sidera*, *astra*, q. d. signa cœlestia significativa, aut prognostica, Job. 38, 32. Ar. مُنْذِرَة Idem.

נָחָה *Duxit*, *adduxit*; *abduxit*, *deduxit*. Ar. نحا Contendit versus aliquem. II. Removit, amovit. KAL, Præt. נָחִיתָ *Duxisti*, Pf. 77, 21. Cum Aff. נָחַנִי *Duxit*, *deduxit me*, Gen. 24, 27. Imp. נְחֵה *Duc*, Ex. 32, 34. Cum Affixo נְחֵנִי *Duc me*, Pf. 5, 9. HIPH. Præt. הִנְחָה *Duxit*, *deduxit*, *perduxit*. *Contendere f. proficisci fecit*. Cum Aff. הִנְחַנִי *Deduxit me*, Gen. 24, 48. Inf. cum Aff. & ה extrito, לַנְחֹתָם pro לְהַנְחֹתָם *ad Ducendum eos*, Neh. 9, 19. Ex. 13, 21. Fut. 3 f. f. תַּנְחֶה *Ducet*, Prov. 6, 22. Cum Aff. יַנְחֵנִי *Deducet me*, Pf. 23, 3.

מִנְחָה f. *Munus*, *oblatio*; vid. sub מנח.

נחת. Ar. نخّ Procumbere jussit. Hinc HIPH. Præt. הֵנִיחוּ *Prostraverunt*, Am. 5, 7. הִנַּחְתִּי *Deposui*, *attuli*, Jud. 6, 18.

I. נָחַל *Hereditavit*, *hereditate accepit*; *Possedit*, *possessor fuit*, vel *factus est*; *possidendum accepit*. Ar. نحل ut & نحل Largitus est. II. In hereditatem dedit. KAL, Præt. conv. וְנָחַל & *Hereditabit*, Zach. 2, 12. וּנְחַלְתָּנוּ & *Hereditabis nos*, Ex. 34, 9. Inf. cft. לִנְחֹל *ad Hereditandum*, *possidendum*, Num. 34, 18. Fut. יִנְחַל *Hereditabit*, *possidebit*, Jef. 57, 13. Cum Aff. יִנְחָלוּהָ *Possidebunt eam*, Pf. 69, 37. PIH. Præt. נִחֵל *Hereditate*, *possidendum distribuit*, *possidendum dedit*, Jof. 13, 32. Pl. נִחֲלוּ *Possidendum dederunt*, Jof. 14, 1. Inf. לְנַחֵל *ad Possidendum dandam*, Num. 34, 29. HIPH. Præt. הִנְחִיל *Possidere*, *hereditare fecit*.

fecit. הִנְחַלְתִּי *Hereditare feci*, Jer. 3, 18. Part. m. f. מַנְחִיל *Hereditare faciens*, Devt. 12, 10. Inf. בְּהַנְחֵל *Quum hereditare faceret*, Devt. 32, 8. Fut. יַנְחִיל *Hereditare faciet*, Devt. 3, 28. HOPH. Præt. הָנְחַל *Hereditare, possessor factus est.* הָנְחַלְתִּי *Possidere factus sum*, Job. 7, 3. HITHP. Præt. הִתְנַחֵל *Hereditare fecit se, possessorem se constituit, possessionem adiit.* Plur. הִתְנַחַלְתֶּם *Hereditare fecistis vos*, Num. 33, 54. Cum Aff. וְהִתְנַחֲלוּם *& Hereditare eos facient se*, Jes. 14, 2. Inf. הִתְנַחֵל *Hereditare facere se*, Num. 32, 18. Fut. 2 pl. m. תִּתְנַחֲלוּ *Facietis vos possidere*, Num. 34, 13.

נַחֲלָה f. *Possessio, hereditas*, Jos. 17, 4. Cum Aff. נַחֲלַתְכֶם *Hereditas vestra*, Num. 18, 26. Cst. נַחֲלַת, Ps. 127, 3. Pl. נְחָלוֹת *Possessiones*, Jos. 19, 51.

נַחֲלָת f. *Idem*, Ps. 16, 6. Formæ irregularis, ut & זִמְרָת Ps. 118, 14.

II. נחל. Ar. نَخَلَ Cribravit; a perforatis cribris dictum, qs. d. durchlöchern; a verbo خَلَّ Perforavit. Hinc

נְחִילוֹת f. pl. *Instrumenta musica perforata*; Germ. Blase-Instrumenten, v. g. Tubæ sacerdotum & buccinæ Levitarum, Ps. 5, 1.

נַחַל m. 1) *Vallis*; qs. terra excavata, Num. 13, 24. Cum ה locali, נַחְלָה Num. 34, 5. 2) *Torrens, flumen*; ab excavato alveo dictum, Jer. 31, 40. Cum ה Parag. נַחְלָה Ps. 124, 4. Dual. נַחְלַיִם *Duo torrentes, torrens geminus*, Ez. 47, 9. Plur. נְחָלִים *Torrentes*, Ps. 78, 20. Cum Aff. נְחָלֶיהָ *Torrentes ejus*, Jes. 34, 9. Cst. נַחֲלֵי *Torrentes*, Devt. 8, 7. 3) κατ' ἐξοχὴν *Nilus*, Num. 34, 5.

I. נחם. Ar. نَحَمَ Gemuit, scil. de dolore ex aliqua re capto. Hinc NIPH. Præt. נִחַם *Pœnituit eum* v. g. facti. Cftr. cum עַל. Arabice etiam dicitur نَدِمَ Pœnitentia ductus fuit. נִחַמְתִּי *Pœnituit me*, Gen. 6, 7. Part. m. f. נִחָם *Quem pœnitet*, Jer. 8, 6. Inf. לְהִנָּחֵם *ut pœniteat eum*, 1 Sam. 15, 29. Fut. יִנָּחֵם *Pœniteat eum*, Ps. 110, 4. Conv. וַיִּנָּחֶם *& Pœnituit eum*, Ex. 32, 14. HITHP. Præt. הִתְנַחֵם *Pœnitentia ductum se præbuit.* Fut. 3 m. f. וְיִתְנֶחָם *& Pœnituit eum*, Num. 23, 19.

נֹחַם m. *Pœnitudo*, Hos. 13, 14. Al. Consolatio.

II.

II. נחם. Michaëlis derivat ab Ar. نخم Lusit; al. ab نعم Delectatus fuit re. NIPH. Præt. נִחַם *Consolatus est se, consolationem cepit* vel *admisit*; qs. post captum ex aliqua re dolorem iterum delectatus est. Cstr. cum עַל & מִן. 2 Sam. 14, 2. Fut. אִנָּחֵם *Consolationem, solatium capiam*, Jes. 1, 24. PIH. Præt. נִחַם f. נִחֲמָה *Consolatus est*, Jes. 51, 3. Part. m f מְנַחֵם *Consolans*, Thren. 1, 2. Inf. לְנַחֵם *ad Consolandum*, Jes. 61, 2. Cum Aff. בְּנַחֲמֵךְ *dum tu consolaris*, Ez. 16, 53. Imp. pl. נַחֲמוּ *Consolamini*, Jes. 40, 1. Fut. conv. וַיְנַחֵם *& Consolatus est*. Gen. 50, 21. Cum Aff. תְּנַחֲמֵנִי *Consolaberis me*, Ps. 71, 21. PYH. Part. f. f. נֻחָמָה (abjecto מ præform.) *Consolatione affecta*, Jes 54, 11. Fut. pl. in pausa תְּנֻחָמוּ *Solatio officiemini*, Jes. 66, 13. HITHP. Præt. הִתְנַחֵם *Consolatus est sese*. וְהִנֶּחָמְתִּי (omisso ת præform.) *& Consolabor me ipsam*, Ez. 5, 13. Part. m. f. מִתְנַחֵם *Consolans se, solatium capturus*, Gen. 27, 42. Inf. לְהִתְנַחֵם *ad Consolandum se, solatium capiendum*, Gen. 37, 35. Fut. יִתְנֶחָם *Consolabitur se*, Ps. 135, 14.

נֶחָמָה f. *Solatium, consolatio.* Cum Aff. נֶחָמָתִי *Solatium meum*, Ps. 119, 50. Job. 6, 10.

נִחוּם & נֹחַם m. *Solatium, consolatio*; unde Pl. נִחֻמִים vel נִחֻמִּים (ut apud alios) *Consolationes*, Zach. 1, 13. Cum Aff. נִחוּמָי *Consolationes meæ*; vel potius *Poenitudines meæ*, Hos. 11, 8.

תַּנְחוּם m. *Solatium, consolatio*; unde Pl. תַּנְחוּמִים *Consolationes*, Jer. 16, 7. Cum Aff. תַּנְחוּמֶיךָ *Consolationes tuæ*, Ps. 94, 19.

תַּנְחוּמָה f. unde Pl. cst. תַּנְחוּמוֹת *Consolationes*, Job. 15, 11. Cum Aff. תַּנְחוּמֹתֵיכֶם *Consolationes vestræ*, Job. 21, 2.

נחץ. Ar. نخض Institit urfitque importune. Hinc Part. Pah. נָחוּץ m. *Quod urget* f. *urgetur*, v. g. negotium, res, 1 Sam. 21, 9.

נָחַר. Ar. نخر Spiritum cum sono duxit per nares, i. e. rhonchissavit; it. Flavit. KAL, Præt. נָחַר *Flavit* v. g. follis, Jer. 6, 29. PIH. Præt. נִחַר *Raucus est, rhonchissat*, Ps. 69, 4. Al. Exustus, arefactus est, a חרר aut חרה. Sed נַחְרוֹ *Ira flagrant*, Cant. 1, 6. vid. sub חָרָה.

נְחִירַיִם Dual. m. *Nares, duo nasi foramina*; cum Aff. נְחִירָיו *Nares ejus*, Job. 41, 11. Ar. نُخْرَة Foramen nasi.

נַחַר m. *Rhonchus; fremitus;* Germ. das Schnauben der Nase. Cum Aff. נַחְרוֹ *Fremitus ejus*, Job. 39, 20.

נַחֲרָה f. Cst. נַחֲרַת *Fremitus*, Jer. 8, 16.

I. נחשׁ. Ar. نحس Fodit. Hinc Pahul

נָחוּשׁ m. *Aeneus, chalybeus, aereus*; q. d. effossus ex terra, Job. 6, 12.

נְחוּשָׁה & נְחֻשָׁה f. *Aes, chalybs*, Jes. 48, 4. Lev. 26, 19. Ar. نحوسة Aes.

נְחָשׁ Chald. *Aes*, Dan. 2, 32. Emph. נְחָשָׁא ib. v. 45. Syr. نسما Id.

נְחֹשֶׁת f. *Aes, cuprum*, (ut Ar. نحاس Cuprum) Ex. 25, 3. it. *Chalybs*, Thren. 3, 7. 1 Reg. 7, 45. Cum Aff. נְחֻשְׁתִּי *Chalybs meus*, Thren. 3, 7. נְחֻשְׁתָּם *Aes eorum*, Jer. 52, 17. Meton. *Aes* s. *numi; pecul. merces meretricia*, scil. qua vel scortum ab amasio, vel & amasius a scorto explendæ libidinis gratia, ac velut mancipium emitur, aut conducitur. Cum Aff. נְחֻשְׁתֵּךְ *Aes tuum*, Ez. 16, 36. Hinc etiam Arabibus إبن نخسة Spurius, h. e. filius meretricis, scil. aere conductæ; nec non نخاسة Mancipium (h. e aere emtum) quod abigitur.

נְחֻשְׁתַּיִם Dual. m. *Numellæ, compedes aereæ*, Jer. 39, 7. 52, 11. 2 Sam. 3, 34.

נְחֻשְׁתָּן m. Nehuschthan, q. d. *Serpens aeneus*, i. e. ille a Mose in deserto suspensus, 2 Reg. 18, 4. Scilicet composita est vox ex תַּן Draco aut serpens, & נחוש Aeneus.

נָחָשׁ m. *Serpens*; it. *Draco*, Eccl. 10, 11. Fortasse a splendore aut colore aeneo ita dictus. Ar. per Metath. حنس Idem. נָחָשׁ בָּרִחַ *Serpens vectis*, Job. 26, 13. Vid. בָּרִיחַ. Cst. נְחַשׁ, Num. 21, 10. Pl. נְחָשִׁים *Serpentes*, Jer. 8, 17.

II. נחשׁ. Ar. نحس Infaustus, nefastus fuit v. g. dies, omen &c. Forsan ab Hebr. נָחָשׁ Serpens; quia fere serpentum occursus homini infaustus accidit; quin etiam, quia quoddam eorum genus quicquid, quod animatum est, ei obvium fit, fascinare constat. Hinc

נַחַשׁ

נִחֵשׁ PIH. Præt. *Auguratus est*; *conjectavit*, *observavit conjecturas*; it. *Omina captavit*, videl. num, quod accidit s. obviam factum aut observatum fuit, fausti aliquid prænuntiet, an infausti? Plerumque in malam partem sumitur; speciatim vero veteres idololatras etiam ex serpentibus omina captasse, ex Hesychio auctor est Bochartus in Hieroz. l. 1. c. 3. Præt. נִחֵשׁ *Auguratus est*, 2 Par. 33, 6. נִחַשְׁתִּי *Auguratus sum*; rectius forsan *Infelix fui*, Gen. 30, 27. Part. m. s. מְנַחֵשׁ *Augurans*, Devt. 18, 10. Inf. נַחֵשׁ *Conjiciendo*, *augurando*, Gen. 44, 5. Fut. pl. יְנַחֲשׁוּ *Augurabuntur*, 1 Reg. 20, 33. Ab Hebr. נָחָשׁ Serpens, descendisse etiam videtur Ar. تنحس Præstigiis, veneficiis usus fuit.

נַחַשׁ m. *Augurium*, *conjectatio*, Num. 23, 23. Pl. נְחָשִׁים *Auguria*; *præstigiæ*, Num. 24, 1.

נחת *Irruit in aliquem*; *descendit*. Syr. ܢܚܬ Descendit; ut & Ar. نحت Luctando prostravit hominem; depressit. Fut. conv. וַתִּנְחַת & *Irruit*, *descendit*, *incubuit* v. g. manus tua super me, Ps. 38, 3. Fut. dimin. יֵחַת *Irruet* super s. contra v. g. nos, Jer. 21, 13. NIPH. Præt. pl. נִחֲתוּ *Immissæ sunt* v. g. sagittæ super nos, Ps. 38, 3. PIH. Præt. נִחַת *Depressit*. Imp. נַחֵת *Deprime* v. g. sulcos, Ps. 65, 11. HIPH. Præt. הִנְחִית *Prostravit*, *depressit*. Imp. הַנְחַת *Prosterne*, *deprime*, Joël. 4, 11.

נְחַת CHALD. *Descendit*. Part. Præs. m. s. נָחֵת *Descendens*, Dan. 4, 10. & נְחִית ib. v. 20. APH. Imp. אַחֵת *Fac descendere*, Esr. 5, 15. Part. pl. מְהַחֲתִין pro מַחֲתִין *Positi erant*, Esr. 6, 1. Fut. תַּחֵת *Repones*, ib. v. 5. HOPH. Præt. הָנְחַת *Depositus est*, Dan. 5, 20.

נַחַת m. *Immissio*, *descensus*, Job. 17, 16. it. *Ferculum*, i. e. quod demittitur in mensam, Job. 36, 16.

נְחִתִּים pl. m. (qs. a Chald. נְחַת) *Demissi*, 2 Reg. 6, 9.

I. נָטָה *Extendit*, *distendit*, *protendit*. Ar. نطا Idem. KAL, Præt. נָטִיתִי *Extendi*, *protendi* v. g. manum, Prov. 1, 24. Part. Ben. m. s. נֹטֶה *Extendens* v. g. cœlos, Job. 9, 8. Inf. cst. בִּנְטֹתִי *Quum ego extendam* v. g. manum, Ex. 7, 5. Imp. נְטֵה *Extende*, Ex. 8, 1. Fut. יִטֶּה *Protendet* i. e. *perget*, Job. 15, 29. Fut. conv. cum Apoc. וַיֵּט & *Extendit*, Ex. 8, 2. ante Makkaph

 וַיֶּט־

-וַיֵּט & *Extendit* v. g. tabernaculum, Gen. 26, 25. NIPH. Præt. נִטָּה *Extensus est*. Pl. נִטּוּ *Extensi sunt*, Num. 24, 6. Fut. יִנָּטֶה *Extendetur, protendetur*, Zach. 1, 16. HIPH. Præt. הִטָּה *Extendit, protendit*. Fut. אַטֶּה *Extendam* v. g. manum, Jer. 6, 12. Fut. apoc. וָאֵט & *Protendam* i. e. *pergam*, Hos. 11, 4. Fut. conv. & apoc. וָאֵט & *Extendi*, Jer. 15, 6. HOPH. Part. pl. f. מֻטּוֹת *Extensa* s. *extensiones*, Jes. 8, 8.

II. נָטָה *Inclinavit, declinavit; deflexit, divertit; secessit.* Prope abest Ar. نَطَّ Abiit, recessit; cui accedit طوى Declinavit; applicuit se ad aliquem. KAL, Præt. 2 Sam. 2, 19. Pah. m. s. נֹטֶה *Declinans, inclinata* v. g. dies, Ps. 102, 12. Fut. 3 f. s. תֵּטֶה *Declinabit, recedet* v. g. gressus, Job. 31, 7. Not. נְטוּי Keri, *Inclinatus* v. g. pedibus; נָטָיוּ *Declinaverunt* v. g. pedes, Chethibh Ps. 73, 2. HIPH. Præt. הִטָּה *Inclinare, divertere, secedere fecit; Advertit, inclinavit, admovit; Avertit*. Præt. Ps. 116, 2. Part. m. s. מַטֵּה *Avertens*, Devt. 27, 19. Inf. cum Aff. לְהַטֹּתָהּ *ad Reflectendum* v. g. eam in viam, Num. 22, 23. Imp. הַט *Inclina*, Ps. 17, 6. Fut. תַּטֶּה *Inclinabis, admovebis* v. g. aures, Prov. 2, 2. Apoc. אַל-תַּט *Ne declines*, Ps. 27, 9. HOPH. Part. m. s. מֻטֶּה *Perversum*, Ez. 9, 9.

מִטָּה f. I. *Lectus*, i. e. in quo quis dormiens aut cibum capiens reclinat, Gen. 48, 2. Cum Aff. מִטָּתִי *Lectus meus*, Ps. 6, 7. Cst. מִטַּת 2 Reg. 4, 21. Pl. abs. & cst. מִטּוֹת *Lecti*, 2 Reg. 11, 2. Am. 6, 5. II. *Feretrum*, qs. reclinatorium, 2 Sam. 3, 31.

מַטֶּה m. I. *Virga, baculus*, i. e. cui inclinamus, Num. 17, 17. Cum Aff. מַטֵּהוּ *Virgam suam*, ibid. Cst. מַטֵּה Jes. 0, 3. Pl. cum Aff. מַטָּיו *Baculi ejus*, Hab. 3, 14. II. Meton. *Tribus, familia;* quia nomina tribuum Israëliticarum Num. 17, 17. baculis inscribebantur, Jos. 20, 8. III. Metaph. *Auxilium, fulcrum, subsidium vitæ*, Ps. 105, 16. IV. *Telum, hasta* i. e. baculo aptata, Hab. 3, 14. 1 Sam. 14, 27.

מַטָּה f. unde Pl. מַטּוֹת I. *Virgæ, baculi, scipiones*, Num. 17, 17. Cum Aff. מַטּוֹתָם *Virgæ eorum*, Num. 17, 21. II. *Tribus*, Num 34, 13.

מַטָּה & לְמַטָּה *Infra, inferius, deorsum*, Devt. 28, 43. Cum Silluk מָטָּה Prov. 15, 24. לְמַטָּה Esr. 9, 13. לְמָטָּה 1 Par. 27, 23. מִלְמַטָּה

מִלְּמַטָּה *Inferne*, Ex. 39, 20. מַטָּה מַטָּה *Deorſum deorſum*, Devt. 28, 43.

נָטַל *Tulit, levavit*; unde forſan Lat. TOLLO & TULI. Hinc 1) *Impoſuit*, Thren. 3, 28. 2 Sam. 24, 12. 2) *Abſtulit, ſuſtulit*, Jeſ. 40, 15. 3) *Portavit, bajulavit; toleravit*, Jeſ. 63, 9. Cſtr. cum Acc. עַל & מִן. Uſitatius eſt Chaldaice, & reſpondet verbo Hebr. נָשָׂא. Arabice vero eſt نقل Tranſtulit de loco in locum. KAL, Præt. Thren. 3, 28. Part. Ben. m. ſ. נוֹטֵל *Imponens*, 2 Sam. 24, 12. Fut. יִטּוֹל *Tollet, auferet*, Jeſ. 40, 15. PIH. Præt. נִטֵּל *Portavit, toleravit*. Fut. conv. וַיְנַטְּלֵם *& Toleravit eos*, Jeſ. 63, 9. HIPH. Præt. וְהֵטַלְתִּי *& Ejiciam* ſ. *effundam*, Jer. 16, 18. potius eſt a טוּל طال Effudit. HOPH. Præt. הוּטַל ſ. הֻטַּל *Ablatus fuit*. Fut. יוּטַל *Auferetur*, Job. 41, 1.

נְטַל CHALD. *Levavit, ſuſtulit*, Dan. 4, 31. Præt. Paſſ. Pehil, ſ. נְטִילַת *Auferebatur*, Dan. 7, 4.

נֵטֶל m. *Onus, pondus*, Prov. 27, 3.

נָטִיל m. *Portator, bajulus; onuſtus*; unde Pl. cſt. נְטִילֵי *Bajuli* v. g. argenti, Zeph. 1, 11.

נָטַע propr. I. *Infixit, fixit* v. g. clavos, Eccl. 12, 12. tentoria, Dan. 11, 45. Accedit Ar. نطع in V. Conj. Se altius immerſit; nec non نزع Fodit, v. g. haſta, clavo &c. II. *Plantavit, conſevit*, q. d. plantas in terra fixit. III. *Efforavit, effodit*, Pſ. 94, 9. KAL, Præt. Devt. 20, 6. נָטַעְתִּי *Plantavi*, Jer. 45, 4. Part. Ben. נוֹטֵעַ *Efforans, plantans*, Pſ. 94, 9. Pah. m. נָטוּעַ *Plantatus, um*, Eccl. 3, 2. Inf. cſt. לִנְטוֹעַ *ad Plantandum*, Jer. 1, 10. לָטַעַת *ad Plantandum*, Eccl. 3, 2. Imp. pl. נִטְעוּ *Plantate*, 2 Reg. 19, 29. Fut. conv. וַיִּטַּע *& Plantavit*, Gen. 2, 8. 2 ſ. m. cum Aff. וַתִּטָּעֵם *& Plantaſti, immiſiſti eos*, Pſ. 44, 3. NIPH. Præt. נִטַּע *Plantatus eſt*. Pl. in pauſa נִטָּעוּ *Plantati ſunt*, Jeſ. 40, 24.

נֶטַע m. *Planta*; cſt. נְטַע Jeſ. 5, 7.

נֶטַע m. *Planta*; in pauſa נָטַע Job. 14, 9. Cum Aff. fem. נִטְעֵךְ *Planta tua*, Jeſ. 17, 11. Pl. cſt. נִטְעֵי *Plantæ*, Jeſ. 17, 10.

נְטִיעִים Pl. m. *Plantæ*, Pſ. 144, 12.

מַטָּע m. *Locus plantationis, locus plantatus; plantatum*, Ez. 34, 29. Cſt. מַטַּע Jeſ. 61, 3. Cum Aff. f. מַטָּעָהּ *Locus ejus* plan-

plantatus, Ez. 17, 7. Pl. cft. מַטָּעֵי *Loca ad plantandum*, Mich. 1, 6. Cum Aff. מַטָּעַי Keri *Plantationes meæ;* מַטָּעוֹ Chethibh, *Plantatio ejus* (fcil. populi tui) Jef. 60, 21.

נָטַף 1) *Stillavit, ftillatim effudit.* 2) Metaph. *Elocutus eft, prophetavit.* Idem dicit Ar. نطف Fluxit; guttatim ftillavit. Tranfit: Profudit, effudit v. g. aquam. KAL, Præt. pl. נָטְפוּ *Stillarunt*, Cant. 5, 5. in paufa נָטָפוּ Jud. 5, 4. Fut. תִּטֹּף 3 f. f. *Stillabit*, Job. 29, 22. Pl. יִטְּפוּ *Stillabunt*, Joël. 4, 18. תִּטֹּפְנָה f. pl. 3. *Stillabunt* v. g. labia, Prov. 5, 3. Cant. 4, 11. HIPH. Præt הִטִּיף *Stillatim effudit; ftillavit.* Pl. הִטִּיפוּ *Stillatim profuderunt*, Am. 9, 13. Part. m. מַטִּיף *Stillans*, *ftillator*, Mich. 2, 11. Imp. הַטֵּף *Stilla*, i. e. *vaticinare*, Ez. 21, 2. Fut. תַּטִּיף *Stillabis*, Am. 7, 16. Pl. יַטִּיפוּ *Stillabunt* i. e. *vaticinabuntur*, Mich. 2, 6.

נָטָף m. *Gutta*, *ftilla; ftacte*, fuccus ex myrrha, Ex. 30, 34. Pl. cft. נִטְפֵי *Guttæ* v. g. *aquæ*, Job. 36, 27.

נְטִיף m. Quod ftillatum eft; hinc Pl. f. נְטִיפוֹת *Margaritæ*, qf. ftillatæ, Jud. 8, 26. Jef. 3, 19. Al. Monilia, collaria, thecæ aureæ.

נָטַר *Servavit, retinuit* v. g. iram; *Cuftodivit, confervavit* v. g. vineam. Ar. نطر Cuftodem, obfervatorem egit. Conv. etiam Græcum τηρέω, fervo, confervo. KAL, Præt. נָטַרְתִּי *Confervavi*, Cant. 1, 6. Part. Ben. m. נוֹטֵר *Retinens*, *fervans* v. g. iram, Nah. 1, 2. Pl. נוֹטְרִים *Cuftodes*, Cant. 8, 11. Fem. f. נֹטֵרָה *Cuftos femina*, Cant. 1, 6. Fut. יִטּוֹר *Retinebit* v. g. vindictam, Pf. 103, 9. Fut. integr. יִנְטוֹר *Refervabit* v. g. iram, Jer. 3, 5.

נְטַר CHALD. *Servavit*, *obfervavit*, Dan. 7, 28.

מַטָּרָה f. 1) *Cuftodia*, *carcer*, Jer. 32, 2. 2) מַטָּרָא *Scopus*, qf. obfervationis meta, 1 Sam. 20, 20. Job. 16, 12.

נָטַשׁ I. *Reliquit*, *deferuit; dimifit*, *omifit: rejecit*, *protelavit.* II. *Extendit*, *expandit; diffudit fe.* Ar. eft نتش Impulit, difpulit pede; Germ. mit den Füſſen wegftoſſen; item per Metathefin نشط Exiit e loco; exorbitavit. VIII. Extendit v. g. funem. KAL, Præt. *Dimifit*, 1 Sam. 10, 2. נָטַשְׁתָּ *Dereliquifti*, Jef. 2, 6. Cum Aff. וּנְטַשְׁתִּיךָ *& Protelabo te*, Ez. 32, 4. Pah. f. f. נְטוּשָׁה *Extenfus*, *protenfus* v. g. gladius, Jef. 21, 15. Pl.

Pl. m. נְטֻשִׁים *Diffuſi*, 1 Sam. 30, 16. Imp. נְטוֹשׁ *Dimitte*, Prov. 17, 14. Fut. יִטּשׁ *Rejiciet*, Pſ. 94, 14. Pl. cum Aff. וַיִּטְּשֻׁהוּ & *Protelarunt eum*, Ez. 31, 12. NIPH. Præt. נִטַּשׁ 1) *Projectus fuit*. 2) *Extenſus, diffuſus, expanſus fuit*. נִטְּשָׁה *Projecta eſt* v. g. humum, Am. 5, 2. Pl. נִטְּשׁוּ *Diffuſæ ſunt* v. g. propagines, Jeſ. 16, 8. Fut. pl. וַיִּנָּטְשׁוּ & *Diffuſi erant*, Jud. 15, 9. PYH. Præt. נֻטַּשׁ *Deſertus, derelictus fuit*, Jeſ. 32, 14.

נְטִישׁוֹת Pl. f. *Propagines*, q. d. a trunco protenſæ & diffuſæ, Jeſ. 18, 5. Cum Aff. נְטִישׁוֹתֶיהָ *Propagines ejus*, Jer. 5, 10. Ab Ar. نشط Germinavit a radice ſua ſe diffindens.

נִיסָן m. *Niſan*; menſis Hebræorum legalis primus, maximam partem Aprili noſtro reſpondens, ante Abib אָבִיב dictus, Neh. 2, 1. Nomen hujus menſis videtur ortum eſſe a verbo Hebraico aut Arabico نسأ vel نشأ Crevit, excrevit; quemadmodum etiam אָבִיב ab ariſtis iſto menſe excreſcentibus, immo & poſtridie Paſchatis Deo offerri ſolitis, Ex. 34, 26. Lev. 23, 10. 11. Al. a נוס Fugere, quia iſto menſe Iſraëlitæ ex Aegypto fugerant. Ceterum menſis נִיסָן primus erat anni Eccleſiaſtici, תִּשְׁרִי vero primus anni naturalis.

נִין m. Filius; vid. in נון.

נִיר, נֵיר vid. in נור.

נכא. Ar. نكأ Læſit, percuſſit, dolore affecit. Hinc NIPH. Præt. pl. נִכְּאוּ *Percuſſi, profligati ſunt*, Job. 30, 8. Vid. etiam נכה.

נֶכֶד m. *Nepos, neptis*; immo etiam *Nepotes, pronepotes*; *poſteri, poſteritas*, Job. 18, 19. Jeſ. 14, 22. Cum Aff. נֶכְדִּי *Nepos meus*, Gen. 21, 23. Hæc vox videtur eſſe [ſcil. ד & ל quippe ejusdem naturæ inter ſe permutatis] Ar. نجل Genus, ſtirps, propago; it. Natus, filius, a verbo نجل Produxit, genuit.

נָכָה. (fere Latinum NOCEO, aut NECO) Ar. نكى Affecit noxa, neoe ſ. vulneribus. Nocuit, læſit. Hinc Hebr. נָכָה NIPH. Præt. *Percuſſus, cæſus; percuſſus eſt ad internecionem*, 2 Sam. 11, 15. PIH. Inf. ſeq. Makkaph נַכֵּה־ *Percutere*, Num. 22, 6. PYH. Præt. נֻכָּה *Percuſſus, læſus fuit*, ſpec. *Ictus fuit grandine*. Fem. in pauſa נֻכָּתָה *Icta eſt grandine*, Ex. 9, 31. Pl. נֻכּוּ *Icta ſunt grandine*, v. 32. HIPH. Præt. הִכָּה *Percuſſit, nocuit,*

necuit, cecidit, interfecit, Pſ. 135, 10. 2 pl. m. הִכִּיתֶם *Percuſſeritis*, Jer. 37, 9. Part. m. f. מַכֶּה *Percutiens*, Ex. 7, 17. Inf. הַכֵּה *Percutiendo*, Devt. 13, 15. לְהַכּוֹת *ad Percutiendum*, Gen. 8, 21. בִּן־הַכּוֹת *Dignus, qui percutiatur; morte dignus*, Devt. 25, 2. Imp. הַכֵּה *Percute*, Ez. 6, 11. apoc. הַךְ *Percute*, Zach. 13, 7. Fut. יַכֶּה *Percutiet*, Ex. 21, 20. Convers. & Apoc. וַיַּךְ *& Percuſſit*, Num. 11, 33. HOPH. Præt. הוּכָּה f. הֻכָּה *Percuſſus eſt; juſſus eſt cædi*, Pſ. 102, 5. Hoſ. 9, 16. הֻכֵּיתִי *Percuſſus ſum*, Zach. 13, 6. Fut. pl. תֻכּוּ *Percutiemini*, Jeſ. 1, 5. Converſ. וַיֻּכּוּ *& Percuſſi, cæſi ſunt*, Ex. 5, 14. Not. הוּכָּה (Dageſch poſt Schurek breve ad indigitandam originem a נכה) *Percuſſum eſt*, Pſ. 102, 5.

נָכֶה m. cſt. נְכֵה *Læſus, afflictus, percuſſus* v. g. ſpiritu, pedibus &c. Jeſ. 66, 2.

נֵכֶה m. unde Pl. נֵכִים *Percutientes, lædentes, verberantes*; LXX. μάστιγες, Pſ. 35, 15. Al. Percuſſi, infelices; claudi.

נָכֶי m. *Percuſſus, ictus*. Hinc Pl. נְכָאִים *Percuſſi*, Jeſ. 16, 7. a verbo נכא.

נְכֵאָה f. *Afflicta* v. g. mens, ſpiritus, Prov. 15, 13. 17, 22. 18, 14.

מַכָּה f. *Plaga, vulnus, percuſſio*, Job. 10, 10. Cſt. מַכַּת Jeſ. 14, 6. Aff. מַכָּתֵךְ *Plaga tua*, Nah. 3, 19. Pl. מַכּוֹת *Plagæ*, Devt. 26, 51. Cum Aff. מַכֹּתֶהָ *Plagæ ejus*, Jer. 19, 8. Plene מַכּוֹתֶיהָ Ib. 49, 17. it. *Triticum* in mortario *contuſum*, qſ. percuſſum, unde Pl. מַכּוֹת *Contuſa*, 2 Par. 2, 9.

מַכִּים pl. m. (a Sing. מַכֶּה) *Plagæ, vulnera*, 2 Reg. 9, 15.

I. נכח ab Ar. نَجِحَ Facile & expeditum fuit. II. Facile ſucceſſit res; unde etiam نُجْحٌ Proba ac recta ſententia. Hinc

נֹכַח m. *Rectitudo*. Cum Aff. נִכְחוֹ *Rectitudo ejus*, Jeſ. 57, 2. Pl. נְכֹחִים *Recti, veri, plani, certi*, Prov. 8, 9.

נְכֹחָה f. *Rectum, verum, aequum*, Jeſ. 59, 14. Pl. נְכֹחוֹת *Recta, plana, aequa*, Jeſ. 26, 10.

II. נכח. Ar. نَكَحَ Matrimonio junctus fuit. Uxorem duxit. It. Nupſit. Hinc

נֹכַח m. propr. Præſentia e regione; conjunctio ex adverſo; Præpoſitio, *Coram*, Jeſ. 57, 2. *Contra*, 1 Reg. 22, 35. *E regione*,

gione, Ex. 26, 35. לְנֹכַח *Ante, e regione; antrorsum*, Gen. 30, 38. *Pro*, Gen. 25, 21. Cum Aff. נֶגְדּוֹ *Coram eo*, Jes. 57, 2. *E regione ejus*, Ex. 14, 2. qſ. a נֹכַח.

I. נָכַל *Dolose, fraudulenter & callide egit; insidiatus est, insidias struxit alteri; dolos molitus, machinatus est. Callidus, versutus fuit.* Conv. plane cum Ar. نكل Verſutus fuit. IV. Impoſuit a'teri. KAL, Part. Ben. m. נוֹכֵל *Dolosus, versutus; deceptor, impostor*, Mal. 1, 14. PIH. Præt. pl. נִכְּלוּ *Struxerunt insidias; machinati sunt contra &c.* Num. 25, 18. HITHP. Præt. הִתְנַכֵּל *Dolose se gessit; machinatus est.* Inf. לְהִתְנַכֵּל *ad Machinandum*, Pſ. 105, 25. Fut. pl. conv. וַיִּתְנַכְּלוּ *& Machinati sunt* v. g. necem, Gen. 37, 18.

נֵכֶל m. *Machinatio callida, fraus, dolus; insidiæ.* Pl. cum Aff. נִכְלֵיהֶם *Insidiæ eorum*, Num. 25, 18.

II נכל. Ar. نكل Cepit exemplum, eoque cavit ſibi. II. Exemplum ſtatuit in aliquo. Hinc aliis HITHP. Fut. pl. conv. וַיִּתְנַכְּלוּ *& Consultarunt inter se statuere exemplum* v. g. in eo, Gen. 37, 18. Vid. etiam I. נכל.

נֶכֶס m. pro נֶסֶךְ a Rad. נָסַךְ Fudit, conflavit; unde מַסֵּכַת זָהָב *Fusile aurum*, Jeſ. 30, 22. nec non Ar. نسيك & نسيكة Aurum & argentum, ſegmenta auri vel argenti. Hinc igitur per Metatheſin litterarum נְכָסִים m. *Aurum & argentum, numi, pecunia;* ut LXX. χρήματα, 2 Par. 1, 11. Joſ. 22, 8. CHALD. Pl. m. נִכְסִין *Idem*, Eſr. 7, 26. Cſt. נִכְסֵי Eſr. 6, 8. Al. minus recte, ut ex Eſra patet, ſpecialiter Pecudes & pecora; Facultates, opes.

נכר in genere I. Sagaciter dignovit, diſcrevit, dijudicavit; ut Ar. نكر Sagax, intelligens, callidus fuit, ſpecialiter II. Dignoſcendo aliquem vel aliquid recepit, approbavit; rationem alicujus perſonæ aut rei habuit. III. Dignoſcendo aliquem vel aliquid rejecit, repudiavit, neglexit, idque 1) vel ſenſu aut judicio ſolum, 2) vel verbo etiam, 3) vel actu ipſo. Hinc Hebr. NIPH. Præt. נִכַּר α) (ex ſignificatione I. generali) *Dignotus, discretus fuit.* Pl. נִכְּרוּ *Discreti sunt*, Thren. 4, 8. β) (ex ſignificatione III.) *Negatus fuit, negavit se esse;* qſ. removit a ſe. Fut. יִנָּכֵר *Negatur esse* v. g. oſor, Prov. 26, 24. PIH. Præt. נִכַּר α) (ex ſigni-

significatione I.) *Dignovit, discrevit, dijudicavit.* Fut. pl. תַּנְכִּרוּ *Discernetis*, Job. 21, 29. β) (ex significatione II.) *Rationem habuit, personam accepit alicujus.* Præt. לֹא נִכַּר *Non accepit personam, non rationem habuit personæ* v. g. opulenti, Job. 34, 19. γ) (ex significatione III.) *Negavit*, qs. dicendo aut judicando removit; *sprevit; nihili, flocci fecit.* Fut. pl. יְנַכְּרוּ *Negent; nihili aestiment*, Devt. 32, 27. Germ. Miskennen möchten. δ) (ex significatione III.) *Rejecit, rejectum tradidit alicui;* Præt. נִכַּר *Rejectum tradidit*, 1 Sam. 23, 7. ε) Simpliciter *Rejecit.* Fut. pl. conv. וַיְנַכְּרוּ *& Rejecerunt, indignum judicarunt*, Jer. 19, 4. HIPH. Præt. הִכִּיר α) (ex significatione I.) *Discrevit, dignovit, discrete agnovit.* Imp. הַכֶּר־ *Discerne*, Gen. 37, 32. 38, 25. Fut. cum Aff. יַכִּירֶנּוּ *Discernit eum*, Ps. 103, 16. β) (ex significatione II.) *Agnovit ut suum; recepit*, Devt. 33, 9. Part. m. s. מַכִּיר *Agnoscens; recipiens*, Ps. 142, 5. Fut. אַכִּיר *Agnoscam*, Jer. 24, 5. Fut. conv. וַיַּכֵּר *& Agnovit ut suos*, Gen. 42, 8. γ) (ex significatione II.) *Rationem habuit; personam accepit.* Inf. הַכֵּר־ *Personæ rationem habere*, Prov. 24, 23. Fut. לֹא־תַכִּיר *non rationem habeas personæ*, Devt. 16, 19. HITHP. Præt. הִתְנַכֵּר α) (ex significatione I.) *Dignoscendum, discernendum se præbuit.* Fut. יִתְנַכֶּר־ *Discernendum se præbet*, Prov. 20, 11. β) (ex significatione III. a nomine נֵכָר) *Extraneam, ignotam, peregrinam se simulavit* s. *ostendit.* Part. f. s. מִתְנַכֵּרָה *Alienam se simulans*, 1 Reg. 14, 5. Fut. conv. וַיִּתְנַכֵּר *& Alienum se simulavit*, Gen. 42, 7.

נֵכָר־ m. (ex significatione III. qs. Remotus, rejectus) *Alienus, alienigena, peregrinus, extraneus; homo alius religionis* aut *linguæ*, Gen. 17, 12. Cst. נֵכַר Devt. 31, 16.

נֵכֶר m. (qs. Separatio, discretio) *Alienatio*, Job. 31, 3. Al. Infortunium.

נֹכֶר m. *Alienatio, remotio; exturbatio.* Aff. נָכְרוֹ *Exturbatio ejus*, Obad. 12.

נָכְרִי m. *Extraneus, peregrinus, alienigena, alienus, exterus*, Ex. 21, 8. Pl. נָכְרִים *Exteri, extranei, peregrini*, Thren. 5, 2.

נָכְרִיָּה f. *Extranea, peregrina, aliena*, Ex. 2, 22. Pl. נָכְרִיּוֹת *Extraneæ, peregrinæ*, Gen. 31, 15. It. *Adultera* i. e. aliena, Prov. 2, 16.

מֶכֶר

מַכָּר m. (ex fignif. I.) *Diftinctio, claffis, ordo, diœcefis.* Cum Aff. מַכָּרוֹ *Diftinctionis, claffis fuæ,* 2 Reg. 12, 6. Pl. cum Aff. מַכָּרֵיהֶם *Diftinctionum, claffium fuarum,* ib. v. 8. Al. Notus.

הַכָּרָה f. (ab HIPH. הִכִּיר) *Agnitio;* unde cft. הַכָּרַת *Agnitio* v. g. vultus, Germ. Man fiehet es ihnen im Geficht und an ihren Gebärden an, Jef. 3, 9. Al. Obfirmatio; pudor; irrifio; aliis omnium peffime Profopolepfia.

נָכַת *Percuffit; contudit, contrivit; ad internecionem dedit.* LXX. κατακόπτω, τιτρώσκω. Ar. نكت Conjecit in caput, & confodit. It. Confodit abfol. KAL, Fut. וָאֶכֹּת *& Percuffi, contudi,* Devt. 9, 21. HIPH. Præt. הִכִּית *Idem.* Fut. pl. conv. וַיַּכְּתוּ *& Percufferunt, contuderunt,* Devt. 1, 44. Cum Aff. וַיַּכְּתוּם *& Percufferunt, contuderunt eos,* Num. 14, 45. HOPH. Præt. הֻכַּת *Percuffus, contufus eft.* Fut. יֻכַּת *Confringetur, contundetur* v. g. porta, Jef. 24, 12. Pl. יֻכַּתּוּ cum Athnacho pro יֻכְּתוּ (forma mixta ex נכת & כתת) *Contundentur,* Job. 4, 20.

נְכֹת f. Sing. (formæ חָזוּת, pro נְקוּת per Metaplafmum, ut כּוֹבַע & קוֹבַע Galea) [a verbo نقا feu نقي Mundando felecta, bona & exquifita res fuit. IV. Selegit; unde etiam نقاوة Res melior exquifita & felecta] propr. *Selectus rerum optimarum & pretiofiffimarum;* hinc *Thefaurus rerum pretiofiffimarum, optimarum & pulcherrimarum,* בֵּית־נְכֹתֹה *Gazophylacium ejus* f. *Domus thefauri illius;* ut in Targ. בֵּית־גַּנְזוֹהִי 2 Reg. 20, 13. Jef. 39, 2. Al. pro fequente נְכֹאת Aromata, odoramenta.

נְכֹאת f. pl. (contracte pro נְכֹאוֹת, a Sing. נְכֹאָה Arab. نكأة f. quod alia dialectus Arabica idem dicit نكعة *Gummi,* pec. tragacanthæ, a verbo نكأ Efchara nudavit ulcus; gummata enim qf. efchara funt arborum vulneratorum f. ulceratarum, qf. Germ. Kruften von den Bäumen; Syr. ܢܟܘܬܐ Exfudatio, fcil. liquoris de arbore) LXX. θυμίαμα, *Suffimentum;* Aquila στύραξ; it. Vulg. Storax, Gen. 37, 25. it. 43, 10.

נְלוֹת Infin. NIPH. pro נִלְהוֹת ob meliorem fonum. נִלְהוֹת vero NIPHAL dicitur, ut נִגְלוֹת 2 Sam. 6, 20. pro הִגָּלוֹת a verbo لهي Segnis defitit a re, miffum fecit aliquid. Itaque כַּנְּלֹתְךָ לִבְגֹּד exponendum: *Quum ceffaveris aut finem feceris prævaricari,* Jef. 33,

33, 1. Sic reſpondet optime כַּהֲתִמְךָ שׁוֹ Quum abſolveris. Al. ad ſenſum:' Quum conſummaveris; al. ut Hieronymus, a verbo לאה, quum defatigatus fueris &c. Schultenſius a verbo نال pro نيل, quum conſecutus fueris &c.

מִנְלָה m. f. unde מִנְלָם Job. 15, 29. *Subſtantia ſ. facultates eorum;* a Rad. נלה ſignificationis verbi Ar. نال pro نيل Conſecutus eſt bona; unde etiam نال ſ. نيْل Facultas, ſubſtantia. Hoccine videlicet ſenſu optime etiam convenit cum antecedentibus. Itaque לֹא־יִטֶּה לָאָרֶץ מִנְלָם *Non extendit ſe* (augebitur) *ſuper terra ſubſtantia eorum*, Job. 15. 29. Al. conſummatio eorum. Vetus, Radicem ſuam. LXX. Umbra eorum. Leo autem Jud. Non ad plenum creſcit in terra.

I. נָמַל *Circumcidit, ſuccidit.* Arabes hoc per Metaphoram dicunt نمل Obtrectavit, h. e. laudes ſ. famam alicujus circumcidit. KAL, Præt. pl. conv. וּנְמַלְתֶּם & *Circumcidetis*, Gen. 17, 11. Fut. יִמּוֹל *Circumcidet*, Job. 18, 16. NIPH. Præt. נִמּוֹל *Circumciſus fuit*, Gen. 17, 26. Pl. נִמֹּלוּ *Circumciſi ſunt*, ib. v. 27. Part. pl. m. נִמֹּלִים *Circumciſi*, Gen. 34, 22.

II. נמל. Ar. نمل & نمل Conſcendit, peculiariter, proreptando arborem.

נְמָלִים pl. m. *Formicæ*, Prov. 30, 25. Ar. نمْل Collect. Idem.

נְמָלָה f. *Formica*, Prov. 6, 6. Ar. نمْلة Idem.

I. נמר. Ar. نمر Maculis diſtinctus fuit. Hinc

נָמֵר m. idem, quod Ar. نمْر, *Pardus, panthera*, Jeſ. 11, 6. Pl. נְמֵרִים *Pardi, pantheræ*, Cant. 4, 8.

נְמַר m. CHALD. *Idem*, Dan. 7, 6. ut & Syr. ܢܡܪܐ Apoc. 13, 2.

II. נמר. Ar. نمر Iratus, iracundus fuit. Hinc HIPH. Fut. 2 m. ſ. אַל־תַּמֵּר *Ne exacerbes ſ. iratum facias*, Ex. 23, 21. Al. pro תָּמֵר a מרר Amarum reddas.

נֵס Chald. vid. בְּנַס.

נֵס m. *Vexillum;* vid. in נסס.

נָסַג *Retroceſſit, receſſit, avertit ſe.* Convenit cum סוג; nec non fere cum Ar. نسخ Abolevit, delevit, i. e. avertit. VIII. Re-

Removit. KAL, Inf. נְסוֹג *Retrocedendo*, Jes. 59, 13. Sed Fut. יִסַּג Mich. 2, 6. est pro יַשִּׂג, videl. *Non attinget* (populus; coll. v. 5.) *ignominias*. HIPH. Præt. הִסִּיג *Retrocedere fecit*; i. e. *Removit, amovit; transtulit*. Part. m. f. מַסִּיג *Transferens, removens*, Devt. 27, 17. Fut. תַּסִּיג *Transferes*, Devt. 19, 13. וְתַסֵּג *& Transferes*, Mich. 6, 14. HOPH. Præt. הֻסַּג *Aversum, retroactum est*, Jes. 59, 14.

I. נָסָה pro נָשָׂא, quod vid. s. l. *Sustulit, levavit*. Conv. plane Æth. *Nasaa*, Sustulit, accepit; nec non Ar. نشا Elatus fuit. KAL, Imp. נְסָה *Eleva*, Ps. 4, 7. Fut. pl. הֲנִסָּה *Numquid si tollemus* s. *proferemus* sc. verbum, Job. 4, 2.

מַסָּה f. pro מִנְחָה, *Oblatio*; vid. etiam נשה. Cft. מִסַּת Devt. 16, 10.

II. נסה. Ar. نشا Exploravit. PIH. Præt. נִסָּה *Tentavit; probavit, expertus est, periculum fecit*, Gen. 22, 1. Pl. נִסִּיתֶם *Tentastis*, Devt. 6, 16. Part. מְנַסֶּה *Tentans*, Devt. 13, 4. Inf. נַסּוֹת *Tentare*, Ex. 20, 20. Imp. נַס־נָא *Tenta quæso*, Dan. 1, 12. Fut. אֲנַסֶּה *Tentabo*, Jes. 7, 12. Pl. תְּנַסּוּן *Tentabitis*, Ex. 17, 2.

מַסָּה f. *Tentatio, probatio*, Ps. 95, 8. Cft. מַסַּת Job. 9, 23. Pl. מַסֹּת *Tentationes*, Devt. 4, 34. 29, 2.

נָסַח *Amovit, avulsit, evulsit; exstirpavit, subvertit, destruxit*. Conv. prorsus cum Ar. نسخ Abolevit, delevit. KAL, Fut. יִסַּח *Demolietur, delebit*, Prov. 15, 25. Cum Aff. וְיִסָּחֲךָ *& Evellet te*, Ps. 52, 7. It. Passive *Evulsus, exstirpatus est*. Fut. pl. יִסְּחוּ *Evellentur*, Prov. 2, 22. NIPH. Præt. נִסַּח *Evulsus, eversus est*. Præt. pl. conv. וְנִסַּחְתֶּם *& Evellemini*, Devt. 28, 63.

נְסַח CHALD. Hinc ITHP. Fut. יִתְנְסַח *Avellatur*, Esr. 6, 11.

מַסָּח m. *Avulsio*; unde מַסָּח pro מֵמַסָּח *ab Abstractione*, i. e. ne quis quenquam vel quicquam abstrahat e domo Domini, scil. templo, 2Reg. 11, 6. Al. est Nomen proprium portæ Massah; male quidem!

I. נָסַךְ *Fudit, effudit; libavit*. It. *Perfudit, inunxit; ordinavit, constituit*. Conv. Ar. نسك Sacrificavit. It. Lavit (i. e. perfudit) aqua. KAL, Præt. Jes. 29, 10. נָסַכְתִּי *Inunxi, constitui*, Ps. 2, 6. Inf. cst. לִנְסֹךְ *ad Fundendum*, Jes. 30, 1. Fut. pl. יִסְּכוּ *Libabunt*, Hos. 9, 4. NIPH. Præt. נִסַּךְ *Ordinatus, constitutus fuit*. נִסַּכְתִּי *Constituta, ordinata fui*, Prov. 8, 23. PIH. Præt. נִסֵּךְ *Libavit, fudit*. Fut. conv. וַיְנַסֵּךְ *& Fudit*, 1Par. 11, 18.

HIPH.

HIPH. Præter. הִסִּיךְ *Fudit in libamen*, *libavit*. Præt. pl. conv. וְהִסַּכְתֶּם & *Libabunt*, Jer. 32, 29. Imp. הַסֵּךְ *Libato*, Num. 28, 7. Inf. הַסִּיךְ *Libare*, Jer. 44, 17. Fut. אַסִּיךְ *Libabo*, Pf. 16, 4. Fut. conv. וַיַּסֵּךְ & *Libavit*, Gen. 35, 14. HOPH. Præter. הֻסַּךְ *Libatus fuit*. Fut. יֻסַּךְ *Libabitur*, Ex. 25, 29. נַסֵּךְ PAH. CHALD. *Idem*, Dan. 2, 46.

נֶסֶךְ & נֵסֶךְ m. 1) *Libamen*, Ex. 30, 9. Gen. 35, 14. in pausa נָסֶךְ Joël. 1, 13. Cum Aff. נִסְכּוֹ *Libatio ejus*, Num. 28, 8. Pl. נְסָכִים *Libamina*, Lev. 23, 37. Cum Aff. נִסְכֵּיהֶם *Libamina eorum*, Pf. 16, 4. 2) *Fusile*, *simulacrum* f. *idolum fusum*; Cum Aff. נִסְכִּי *Fusile* f. *idolum meum*, Jef. 48, 5.

נָסִיךְ m. 1) *Libamen*, *libatio*; (Ar. نسيكة Sacrificium). Cum Affixo נְסִיכָם *Libationis eorum*, Devt. 32, 38. 2) *Princeps*, *præfectus*; *Prorex*; qf. unctus. Pl. cft. נְסִיכֵי *Principes eorum*, Pf. 83, 12.

מַסֵּכָה f. 1) *Fusile*, *idolum fusum*, *conflatile*, Devt. 9, 12. Cft. מַסֵּכַת *Conflatilis* (auri) Jef. 30, 22. Pl. מַסֵּכוֹת *Conflatilia*, *idola fusa*, 1 Reg. 14, 9. Cum Aff. מַסֵּכֹתָם *Conflatilia eorum*, Num. 33, 52. מַסֵּכוֹת *Conflatilia*, 2 Par. 28, 2. Michaëlis vero Sacrificia.

נְסַךְ m. CHALD. *Libamen*. Pl. cum Aff. נִסְכֵּיהוֹן *Libamina eorum*, Efr. 7, 17.

II. נסך. Ar. نسج Texuit, plexit. Hinc

מַסֶּכֶת f. *Textum*, *tela*, Jud. 16, 13. 14. Al. Licium; jugum textoris. Ar. منسج dicitur Textrina.

III. נָסַךְ *Texit*, *obtexit*; *obduxit*; *expandendo texit*. Convenit cum שָׂכַךְ, ut & Ar. سكّ Obduxit, obturavit; nec non شكّ Totum operuit fe. Part. Pah. f. נְסוּכָה *Obductum*, Jef. 25, 7. Inf. cft. לִנְסֹךְ *ad Tegendum*, Jef. 30, 1.

מַסֵּכָה f. *Tegumentum*, *operimentum*, *stragula*, Jef. 28, 20.

I. נסס. Ar. نشأ Elatus fuit. Hinc

נֵס m. 1) *Vexillum*, *pertica militaris*; fignum militare, Num. 21, 8. Cum Aff. נִסִּי *Vexillum meum*, Ex. 17, 15. Ar. alias dici-

dicitur مشنشنشة Vexillum. 2) *Pharus*, Jef. 5, 26. 13, 2. 30, 17. 49, 22. 62, 10.

נסס Vexillum erexit, tulit, fuftulit. It. Eminuit vexilli inftar. Part. Ben. נָסֵס male Signifer, vid. in II. נסס. HITHP. Præt. הִתְנוֹסֵס 1) *Elevavit fe.* Part. pl. f. מִתְנוֹסְסוֹת *Elevantes fe*, Zach. 9, 16. 2) *Elevavit fe vexilli inftar.* Inf. לְהִתְנוֹסֵס *ad Elevandum te* vexilli inftar, Pf. 60, 6.

II. נסס. Ar. نشّ Defecit. Hinc Part. Ben. aut potius Inf. PIH. נֹסֵס *Faciendo deficere*, velut *diffolvere*, Jef. 10, 18.

III. נסס vel נוס. Ar. ناس Agitatus fuit. Hinc PIH. Præt. 3 f. f. נֹסְסָה *Agitabit* illum v. g. Spiritus Jehovæ fluvium coërcitum, Jef. 59, 19.

עוֹלָה f. *Injustitia*, *iniquitas*. Cum ה intens. עוֹלָתָה Job. 5, 16. Pl. עוֹלֹת *Iniquitates*, Ps. 58, 3.

עַוְלָה f. *Idem*; it. *Pravitas*, Ps. 43, 1. Cum ה intens. עַוְלָתָה Ps. 92, 16. Per Metathesin עַלְוָה Hos. 10, 9. Schultensio, Ferox protervia.

עַוָּל m. *Injustus*, *injurius*, *iniquus*, Job. 18, 21. Zeph. 3, 5.

עֲוִיל m. *Injustus*, *iniquus*, Job. 16, 11. Aliud עֲוִיל vid. mox.

III. עוּל. Ar. عال Fut. O. Sustentavit, aluit, nutrivit familiam suam. Hinc

עֲוִיל m. unde Pl. m. עֲוִילִים *Parvuli*, i. e. qui domi aluntur, Job. 19, 18. Cum Aff. עֲוִילֵיהֶם *Parvuli eorum f. sui*, Job. 21, 11. Ar. عيل Idem.

עוֹן. Ar. عان Marito juncta hera f. mater familias fuit. Hinc

עוֹנָה f. *Favor*, *jus conjugale*; *cohabitatio maritalis*. Cum Aff. עוֹנָתָהּ *Cohabitatio cum ea*, Ex. 21, 10. Ar. عَوْنَة Idem.

מָעוֹן m. *Habitaculum*, *mansio*, 1 Sam. 2, 29. מְעוֹן Ps. 26, 8. Cum Aff. מְעוֹנוֹ *Mansio ejus f. sua*, 2 Par. 35, 15. Pl. מְעִינִים *Mansiones*, 1 Par. 4, 41. Symbolum duarum lectionum, הַ Keri מְעוּנִים Mansiones, & הַ Chethibh מְעִינִים (formæ מְלִיצִים a לוּץ) *Habitatores*.

מְעוֹנָה f. *Idem*, Deut. 33, 27. Cum Aff. מְעוֹנָתוֹ *Mansio ejus*, Ps. 76, 3. Pl. מְעוֹנוֹת *Mansiones*, Cant. 4, 8. Cum Aff. מְעוֹנֹתָיו *Mansiones ejus*, Nah. 2, 12.

עִוְעִים pl. *Distorsiones*; vid. sub עוה.

I. עוּף *Volavit*, *advolavit*, *avolavit*, *evolavit*, *involavit*. Ar. عاف Imminuit avis supervolitans. In aëre librata im-

 minuit.

minuit. KAL, Præt. pl. עָפוּ *Involarunt*, Jeſ. 11, 14. Part. f. ſ. עָפָה *Volans*, Zach. 5, 1. Inf. לָעוּף *ad Volandum*, Prov. 26, 2. Fut. cum ה Parag. אָעוּפָה *Avolarem*, Pſ. 55, 7. יָעוּף *Volabit*, Pſ. 91, 5. Fut. conv. וַיָּעָף *& Volavit*, Jeſ. 6, 6. PIH. Præt. עוֹפֵף *Volavit*. It. *Volare fecit*, i. e. *vibravit*. Part. m. ſ. מְעוֹפֵף *Volans*, Pſ. 15, 2. Inf. cum Aff. בְּעוֹפְפִי *Quando vibrabo* v. g. gladium, Ez. 32, 10. Fut. יְעוֹפֵף *Volitabit*, Gen. 1, 20. HIPH. Præt. הֵעִיף *Volare fecit*. Fut. תָּעוּף *Volare facies*, pro תָּעִיף aut תָּעוּף Prov. 23, 5. HOPH. Part. m. ſ. מֻעָף *Advolare juſſus*. בִּיעָף *in feſtinatione* (ab Ar. وغف celeriter inceſſit, advenit) Dan. 9, 21. HITHP. Fut. יִתְעוֹפֵף *Avolantem ſe præbebit*, Hoſ. 9, 11.

עוֹף m. *Avis, volucris, volatile*, Gen. 7, 14.

עוֹף m. Chald. *Idem*, Dan. 2, 38.

II. עוף Ar. عغا Eſſe deſiit. II. Exſtinctus fuit, qſ. avolavit. Hinc Fut. conv. וַיָּעָף *& Eſſe deſiit*, ſ. *extinctus eſt*, Jud. 4, 21. Al. eſt ab עיף quod vid. ſ. l.

III. עוף Ar. غاف Nutavit. II. Puſillanimis ſuit, timuit, fugit in pugna. Hebr. עוף *Laſſum, feſſum eſſe*. Fut. תָּעֻפָה *Defatigaberis*, (i. e. *etiam quando laſſeſces, ſicut mane eris*; Vid. quoque IV. עוף, poſt מָעוּף) Job. 11, 17. Fut. conv. וַיָּעַף *& Laſſatus erat*, v. g. populus, 1 Sam. 14, 28.

עָיֵף m. *Laſſus*; vid. עיף.

IV. עוף *Obtenebratus fuit*. Conv. Ar. عاف Obliteratus fuit. Hinc

עֵיפָה f. *Obſcuritas*, Am 4, 13. Cum ה Intenſ. עֵיפָתָה Job. 10, 22.

מָעוּף m. *Obſcuritas*. Cſt. מְעוּף Jeſ. 8, 22. Al. Volatus, volatura; incongrue! Reſertur huc etiam a nonnullis

תָּעֻפָה Job. 11, 17. exponentibus: *Quando tenebreſces, ſicut mane eris*; aut imperſonaliter: *Quando quoque tenebræ ingruent, tanquam mane erit*. Fere ambigi poteſt, utrum ſenſum hæc dictio habeat, illum alterum ſub III. עוף, an hunc potius? Judicium ſit penes lectorem! Liceat etiam tertiam ſubdere ſignificationem, ſcil. ab

V. עוף. Ar. عاف Diutius immoratus fuit in illo; unde KAL, Fut. cum ה Paragog. תָּעֻפָה pro תָּעוּף *Tametſi etiam diutius* (in vita) *immoratus ſueris, tanquam mane* (i. e. tanquam juvenis) *eris*, Job. 11, 17. Al. etiam Fulgebis.

Digitized by Google

עוץ (Idem, quod יָעַץ) *Confuluit, confilium iniit.* KAL, Imp. pl. עֻצוּ *Confulite, inite confilium*, Jud. 19, 30. Jef. 8, 10.

עיק. Ar. عاق Retinuit, impedivit. IV. Jumentum iter habere nequivit. It. Jumento vehi nequivit. Hinc HIPH. Præt. הֵעִיק *Hærere, impeditum f. implicatum fecit.* Part. m. f, *Ecce ego* מֵעִיק *Hærere f. impedita* (confilia & conatus veftros) *faciens jum fub vobis* (Germ. Ich mache es unter euch ftekend), *quemadmodum* תָּעִיק (Fut. 3 f. f.) *Hærere facit plauftrum plenitudo ei* (impofita) *manipulorum*, Am. 2, 12. LXX. κυλίω ὑποκάτω ὑμῶν, fubvolvendo evertam fubter vobis, ὃν τρόπον κυλίεται ἡ ἅμαξα ἡ γέμουσα καλάμης, quemadmodum fubvolvendo fubvertitur plauftrum plenum culmis. Recte ad fenfum! Al. Preffit, arctavit; Al. ut Vulg. Stridet.

עָקָה f. *Obftaculum, impedimentum; anguftia.* Cft. עָקַת Pf. 55, 4. LXX. θλίψις v. g. ab improbo. Al. Stridor, minus recte!

מוּעָקָה f. (Part. HOPH.) *Preffura, coarctatio, anguftia*, Pf. 66, 11. LXX. iterum θλίψις, anguftia.

I. עור *Expergefieri, excitari; evigilare.* Affine eft Ar. غار Accinxit fe. VI. Expergefactus eft e fomno. KAL, Imp. עוּרָה (fcil. cum ה Parag.) *Evigila*, Pf. 44, 24. Fem. עוּרִי *Evigila* Jef. 52, 1. Etiam Imp. עֻרָה (qf. ab ערר) *Evigila*, Jef. 32, 11. NIPH. Præt. נֵעוֹר (pro נֵעֹר) *Excitatus, expergefactus eft*, Zach. 2, 17 Fut. יֵעוֹר *Excitabitur*, Zach. 4, 1. PIH. Præt. עוֹרֵר *Excitavit, fufcitavit, expergefecit*, 2 Sam. 23, 18. וְעוֹרַרְתִּי & *Excitabo*, Zach. 9, 13. Imp. cum ה Parag. עוֹרְרָה *Excita*, Pf. 80, 3. Fut. pl. תְּעוֹרְרוּ *Excitabitis*, Cant. 2, 7. Ex alia forma, geminata prima radicali, Fut. יְעֹעֵרוּ *Sufcitabunt*, Jef. 15, 5. HIPH. Præt. הֵעִיר *Excitavit, fufcitavit.* It. *Experrectus fuit*, Jef. 41, 2. הַעִירוֹתִי *Excitavi*, ib. v. 25. Part. m. מֵעִיר *Excitans*, Jef. 51, 1. It. *Evigilans*, Hofeæ, 7, 4. Imp. cum ה Parag. הָעִירָה *Expergifcere*, Pf. 35, 23. Inf. בָּעִיר *Excitando*; Al. in urbe, Pf. 73, 20. Fut. אָעִירָה *Experpifcar*, Pf. 57, 9. יָעֵר & *Excitabit*, Dan. 11, 25. וַיָּעַר & *Excitavit*, 2 Par. 21, 16. cum Aff. וַיְעִירֵנִי & *Excitavit me*, Zach. 4, 1. HITHP. Præt. הִתְעוֹרֵר *Excitavit fe ipfum, excitatum fe præbuit.* וְהִתְעֹרַרְתִּי & *Excitabo me*, Job. 31, 29. Part. m. מִתְעוֹרֵר *Excitans fe ipfum*, Jef. 64, 6. Imper. f. f. הִתְעוֹרְרִי *Excita te*, Jef. 51, 17. Fut. יִתְעוֹרָר *Excitabit fe*, Job. 17, 8.

עַר m. *Vigilans*, *vigil*; it. *Magiſter diſcipulos excitans*, Mal. 2, 12. Cant. 5, 2.

עִיר m. Chald. *Vigil*, Dan. 4, 10. Pl. עִירִין *Vigiles*, Dan. 4, 14.

עִיר m. *Urbs*; vid. ſ. l.

II. עור ac potius ערר Ar. عرّ Læſit. II. Male habuit; afflixit. Hinc

עַר m. *Inimicus*, *adverſarius*. Idem, qui צַר. Cum Aff. עָרֶךָ *Inimicus*, *hoſtis tuus*, 1 Sam. 28, 16. Pl. cum Aff. עָרֶיךָ *Hoſtes tui*, Pſ. 139, 20.

עַר m. Chald. *Idem*. Pl. cum Aff. לְעָרָיךְ ſ. לְעָרָךְ *Hoſtes tui*, Dan. 4, 16.

עָרִים pl. m. *Urbes*; vid. in עִיר.

עוֹר m. *Cutis*, *pellis*; vid. in ערה.

III. עור Idem, quod ערה, ſcil. *Nudatus*, *denudatus fuit* v. g. arcus. Hinc NIPH. Fut. עֶרְיָה תֵעוֹר *Nudatione nudabitur*, Hab. 3, 9. Poſſit tamen etiam exponi: *Nudatione excitatur*, i. e. exploditur arcus tuus; aut תֵעוֹר formatum eſſe ab ערר, quod vid. ſ. I.

IV. עור. Ar. عار Occoecavit; unde etiam عاير Occoecans oculum. Hinc PIH. Præt. עִוֵּר *Excoecavit*, 2 Reg. 25, 7. Jer. 39, 7. 52, 11. Fut. יְעַוֵּר *Excoecabit*, Ex. 23, 8. Deut. 16, 19.

עִוֵּר m. *Coecus*, *occoecatus*, *captus oculis*, Deut. 27, 18. Pl. עִוְרִים *Coeci*, Pſ. 146, 8. Jeſ. 42, 16. Fem. pl. עִוְרוֹת *Coeci* v. g. oculi, Jeſ. 42, 7.

עַוֶּרֶת f. (Coecitas, Abſtractum pro concreto, i. e.) *habens coecitatem*, Lev. 22, 22.

עִוָּרוֹן m. *Occoecatio*, *coecitas*, Deut. 28, 28. Zach. 12, 4. Utrobique refertur ad animum.

I. עוש *Properare*, *accelerare*. Convenit Ar. عشّ III. Properavit. KAL, Imp. pl. עוּשׁוּ *Properate*, Joël. 4, 11. Al. Congregamini. Vulg. Erumpite!

II. עיש. Ar. غاث Splenduit. Hinc

עַשׁ m. *Arcturus*, *cynoſura*, Job. 9, 9.

עַיִשׁ m. *Idem*, Job. 38, 32. Sed

עָשׁ m. *Tinea*, Job. 13, 28. Vid. ſub עשש.

עות. Ar. عات Corrupit, depravavit, v. g. jus vel cauſam alicujus. Hinc PIH. Præt. עִוֵּת *Pervertit*, *depravavit*. It. *Incurvavit*,

vavit. Cum Aff. עִוְּתוֹ *Pervertit illud*, Eccl. 7, 13. עִוְּתָנִי *Subvertit me*, Job. 19, 6. Inf. לְעַוֵּת *ad Pervertendum*, Thren. 3, 36. Fut. יְעַוֵּת *Subvertet*, Pf. 146, 9. Job. 8, 3. PYH. Part. m. מְעֻוָּת *Perversum, curvum*, Eccl. 1, 15. HITHP. Præt. הִתְעַוֵּת *Pervertit se.* Fut. pl. conv. וְהִתְעַוְּתוּ *& Pervertent se*, Eccl. 12, 3. Sed לָעוּת Jef. 50, 4. (tanquam ab עות) eft pro לְעוּת ab עתת, quod vid. f. l.

עַוָּתָה f. *Perverfio, fubverfio.* Cum Aff. עַוָּתָתִי (ad formam בַּקָּשָׁתִי) *Subverfio mei*, Thren. 3, 59.

עֵז *Capra*; vid. fub עזז.

עָזַב *Reliquit, dereliquit, deferuit.* It. *Dimifit.* Conv. plane Ar. عزب Procul fuit, abfuit. Dereliquit. V. Abfuit, receffit. KAL, Præt. Gen. 24, 27. Cum Aff. עֲזָבוֹ *Dereliquit eum*, Pf. 71, 11. Part. Ben. m. עוֹזֵב *Relinquens*, Prov. 28, 13. Part. Pah. m. אֶפֶס עָזוּב *Nihil relictum i. e. extra urbes*, 2 Reg. 14, 26. Vid. etiam עצר. Fem. עֲזוּבָה *Relicta*, Jef. 6, 12. Inf. עָזוֹב *Relinquere*, i. e. *Et* (fi) *deftiteris relinquere eum* (fcil. fi opem ei tuleris), *relinquito* (eum) *cum eo* (i. e. onere) Ex. 23, 5. Cftr. עֲזֹב ibid. Cum Aff. עָזְבָם (Eo, quod) *Deferuerunt illi*, Jer. 9, 12. Imp. עֲזֹב *Relinque* i. e. defifte a &c. Pf. 37, 8. Cum ה Parag. עִזְבָה *Derelinque*, Jer. 49, 11. Fut. אֶעֱזֹב *Deferam*, 1 Reg. 6, 13. 2 m. f. תַּעֲזֹב *Relinques*, Lev. 19, 10. Cum Aff. יַעַזְבֵנוּ *Relinquet nos*, Pf. 37, 33. NIPH. Præt. נֶעֱזַב *Relictus eft*, Neh. 13, 11. Part. m. נֶעֱזָב *Relictus*, Pf. 37, 25. Pl. f. נֶעֱזָבוֹת *Derelictæ*, Ez. 36, 4. Fut. pl. יֵעָזְבוּ *Relinquentur*, Jef. 18, 6. PYH. Part. עֻזָּב *Derelictus*, Jef. 32, 14. Fem. עֻזָּבָה *Derelicta*, Jer. 49, 25. Not. וַיַּעַזְבוּ Neh. 3, 8. exponendum: *Et reliquerunt*, (intactam) Hierofolymam.

עִזָּבוֹן m. unde Pl. cum Aff. עִזְבוֹנַיִךְ *Merces tuæ*, qf. relictiones, i. e. quæ alienantur, aut venditione relinquuntur aliis, Ez. 27, 22.

עָזַז *Roboravit, corroboravit, confirmavit.* It. *Roboravit fe, confirmavit fe; Roboratus, corroboratus, confirmatus fuit.* Prorfus conv. Arab. عزّ Potens magnusque fuit. Corroboravit. IV. Valore & potentia corroboravit. KAL, Imp. עוּזָּה (pro עֻזָּה) *Corrobora*, Pf. 68, 29. Inf. cft. עֲזוֹז *Roborare*, Prov. 8, 28. It. עוֹז Jef. 30, 2. NIPH. Part. נוֹעָז, quod a nonnullis huc refertur; qf. *Roboratus* f. *robuftus*, Jef. 33, 19. potius eft ab Arab. وعز IV. Juffit,

Juffit, imperavit, i. e. עֹז Part. NIPH. *Imperans factus tyrannice.* HIPH. Præt. הֵעֵז *Obfirmavit, induravit*, Prov. 21, 29. 3 f. f. הֵעֵזָה pro הֵעֵזָּה *Obfirmavit*, Prov. 7, 13. Sed הָעֵז *Fac confugere*, Ex. 9, 19. & Pl. הָעִזוּ *Fugite*, Jer. 4, 6. 6, 1. vid. in עוּז.

עֹז f. עֻז m. *Robur, fortitudo*, Pf. 84, 6. 8, 3. Cum Makkaph עָז־ Jef. 26, 1. Cum Aff. עָזִּי *Fortitudo mea*, Pf. 118. 14. it. עֻזִּי Pf. 28, 7.

עוֹז m. *Idem.* Hinc cum Aff. עֻזְּךָ *Fortitudo tua*, Pf. 21, 14.

עֻזָּה f. *Idem;* unde fecundum nonnullos pl. עֻזּוֹ pro עֻזּוֹת *Fortitudines*, Pf. 59, 10. Sed rectius: *Quod attinet ad fortitudinem ejus* i. e. fingularis illius hoftis (forfan Sauli, quem Pfaltes videtur innuere).

עַז m. *Fortis, robuftus, firmus, validus;* it. *vehemens, durus*, Num. 13, 28. Jud. 14, 18. In paufa עָז Gen. 49, 7. Pl. עַזִּים *Validi, robufti, fortes*, Jef. 43, 16. Cft. עַזֵּי Jef. 56, 11.

עַזָּה f. *Firma, dura, fortis, robufta, valida*, Prov. 21, 14. Pl. עַזּוֹת *Dura*, Prov. 18, 23.

עֱזוּז m. *Robur fortitudo*, Jef. 42, 25. Aff. עֱזוּזוֹ *Robur ejus*, Pf. 78, 4.

עִזּוּז m. *Robuftus, fortis*, Pf. 24, 8.

מָעוֹז m. *Robur, fortitudo, firmitas*, Pf. 31, 3. Kamez hujus Subftantivi, quippe a verbo geminato, manet invariatum. Cft. מָעוֹז Pf. 27, 1. Cum Aff. מָעֻזְּכֶן *Fortitudo veftra*, Jef. 23, 14. It. *Locus munitus, munimentum*, Jud. 6, 26. Cum Aff. מָעֻזִּי *Munimentum meum*, Jef. 27, 5. Videlicet: *Aut* (quis) *firmaret munimentum meum*, (&) *redderet pacem mihi?* Michaelis: Aut (quis) prehendat afylum meum? Pl. אֱלֹהַ מָעֻזִּים *Deus templorum f. arcium munitarum f. fortitudinum* (forfan alluditur ad Martem) Dan. 11, 38. Cft. מָעֻזְנִי *Fortitudines*, ib. v. 19.

מָעֻזְנִים Pl. m. (Dagefch in נ refoluto) *Munitiones, munimenta, fortalitia.* Cum Aff. מָעֻזְנֶיהָ *Munimenta ejus*, Jef. 23, 11.

עָזְנִיָּה f. (Dagefch in נ refoluto) *Melanæetus*; Romanis *Valeria* a validitate dicta; etiam aliis Haliæetus, aquila nigra omnium robuftiffima, Bochartus in Hieroz. L. II. c. 6. p. 188. Ar. quoque غرن dicitur Aquila aut ei fimilis, Lev. 11, 13. Deut. 14, 12. Al. Gryps; al. Nifus.

עז

עֵז f. (ab Ar. عنز Declinavit, deflexit; ſcil. abſorpta littera נ 1) *Caper* & *Capra*, Gen. 15, 9. Pl. עִזִּים *Capræ*, Gen. 27, 9. Cum Aff עִזֶּיךָ *Capræ tuæ*, Gen. 31, 38.

עֲזָאזֵל m. (pro עֵזֶל אָזַל, ab Ar. عزل Deſcivit; & أزل Mentitus fuit, i. e. Apoſtata mendax, quo ſcil. nomine Diabolus, Joh. 8, 44. & Jud. 6. a Chriſto ejusque Apoſtolis inſignitur) videtur eſſe nomen *Satanæ* ceu Adverſarii Dei, cui velut Oppoſito לַיהוָה, nimirum לַעֲזָאזֵל Azazeli, Chriſtus olim in Diabolicas vexationes propter peccata noſtra tradendus per hircum præfigurabatur emiſſarium, Lev. 16, 8. Vid. Witſii Oeconomia Fœderum, Edit. Baſil. p. 537. & ſeqq. Cæterum Azazel, Sammaël, Azaël & Machazeel nomina eſſe Diaboli conſtans & recepta eſt Hebræorum opinio; immo & Diabolum Phœnicibus olim Azizos dictum eſſe, auctor eſt idem Witſius l. c. Al. Hircus bibere abiturus.

עָזַק *Fodit*, *circumfodit*. Fut. cum Aff. וַיְעַזְּקֵהוּ *& Circumfodit eam* v. g. vineam, Jeſ. 5, 2. Plane conv. Ar. عزق Fodit terram. It. Fodit, abſolute. Al. Sepivit.

עִזְקָא, Emph. עִזְקְתָא f. CHALD. *Annulus ſignatorius*. Cſt. עִזְקַת Dan. 6, 18. Cum Aff. עִזְקְתֵהּ *Annulus ejus ſ. ſuus*, ibid. Scil. ab effoſſione dictus.

I. עָזַר (Idem, quod Ar. عزر) *Juvit*, *adjuvit*, *auxiliatus eſt*, *opem tulit*, *opitulatus eſt*. KAL, Præt. עָזַרְתָּ *Auxiliatus es*, Job 26, 2. Cum Aff. עֲזָרַנִי *Adjuvit me*, Pſ. 118, 13. Part. Ben. m. f. עוֹזֵר *Adjuvans*, *adjutor*, Pſ. 10, 14. Part. Pab. m. f. עָזֻר *Adjutus*, Jeſ. 31, 3. Inf. cſt. לַעְזוֹר *ad Auxiliandum*, 2 Par. 14, 11. It. לַעְזִור Symbolum duarum lectionum, ſc. τῶ Keri לַעְזוֹר & τῶ Chethibh לַעְזִיר, quarum utraque eundem ſuſtinet ſignificatum, 2 Sam. 18, 3. Cum Aff. לְעָזְרֵנוּ *ad Auxiliandum nobis*, 2 Par. 32, 8. Imp. cum Aff. עָזְרֵנוּ *Adjuva nos*, Pſ. 79, 9. Fut. cum Makkaph יַעֲזָר־לִי *Auxiliabitur mihi*, Jeſ. 50, 7. Pl. in pauſa יַעֲזֹרוּ *Juvabunt*, Jeſ. 41, 6. Cum. Aff. יַעְזְרֶךָּ pro יַעֲזָרְךָ *Adjuvabit te*, Jeſ. 44, 2. NIPH. Præt. נֶעֱזַר *Adjutus eſt*. נֶעֱזַרְתִּי *Adjutus ſum*, Pſ. 28, 7. Inf. לְהֵעָזֵר *Ut juvetur*, 2 par. 26, 15. Fut. יֵעָזְרוּ *Juvabuntur*, Dan. 11, 34. HIPH. Præt. הֶעְזִיר *Opem tulit*, *adjuvit*. Part. Pl. m. מַעְזְרִים *Adjuvantes*, 2 Par. 28, 23. Inf. לַעְזִיר, vid. ſupra ad Inf. KAL.

עֵזֶר

עֵזֶר m. *Auxilium, adjumentum*, Gen. 2, 18. Cum Aff. עֶזְרִי *Auxilium meum*, Pſ. 121, 1.

עֶזְרָה f. *Idem*, Pſ. 46, 2. Cum ה intenſ. עֶזְרָתָה Pſ. 44, 27. Cum Aff. עֶזְרָתִי *Auxilium meum*, Pſ. 38, 23. Cſt. Jud. 5, 23.

עֶזְרָת f. pro עֶזְרַאת *Idem*, Pſ. 60, 13.

II. עֲזָרָה f. 1) *Atrium magnum populi, hypæthron*, i. e. locus, in quo Salomo ambonem, ubi coram populo precatus eſt, poſuit, 2 Par. 4, 9. ab Ar. ut videtur, عزر Abegit. Cohibuit ab aliquo. 2) Crepido, projectura, Ez. 43, 14. 17. 20. 45, 19.

עֵט m. (ab Ar. غاط Penetravit in rem) *Stilus*, ab inſculpendo dictus, Pſ. 45, 2. בְּעֵט בַּרְזֶל *Stilo ferreo*, Job. 19, 24.

I. עָטָה (Idem, quod Ar. غطا) *Operuit, obuelavit, amicivit ſe & aliquid. Circumpoſuit ſibi; obnupſit.* Conſtr. cum Acc. it. cum עַל. KAL Præt. Jer. 43, 12. part. Ben. m. עֹטֶה *Obtectus*, 1 Sam. 28, 14. Sed Fem. עֹטְיָה (pro עֹטָה) *Vagabunda, oberrans*, Cant. 1, 7. vid. II. עטה. Inf. & Part. cum Aff. עָטֹה עֹטְךָ *Operiet te operiendo*, Jeſ. 22, 17. Fut. יַעְטֶה *Obteget, operiet*, Lev. 13, 45. Fut. conv. וַיַּעַט *& Amicivit ſe*, Jeſ. 59, 17. HIPH. Præt. הֶעֱטָה *Obtexit, involvit.* הֶעֱטִיתָ *Obtexiſti*, Pſ. 89, 46.

מַעֲטֶה m. *Pallium, amictus, operimentum.* Cſt. מַעֲטֵה Jeſ. 61, 3.

II. עָטָה (Ut Ar. غطا Abiit iter habendo) *Abiit divagando, divertit.* Hinc Part. Ben. f. ſ. עֹטְיָה (pro עֹטָה) *Abiens divagando ſ. oberrando*, Cant. 1, 7. Al. Velata, ſ. operiens ſe (i. e. ut meretrix; vid. Gen. 38, 14.

III. עָטָה. Ar. عطا *Suſtulit manus ad capiendum* aliquid. Hinc HIPH. Præt. הֶעֱטָה *Idem*, Fut. conv. וַיַּעַט (Lectio Keri) *& Suſtulit* ſ. *injecit manum* ſcil. ad capiendam prædam, 1 Sam. 14, 32. Germ. zugreiffen. וַתַּעַט *& Injeciſti manus*, intell. ad prædam, 1 Sam. 15, 19. Al. Verſus eſt; feſtinavit.

IV. עטה. Ar. غطا Elatus fuit, extulit ſe. Hinc PYH. Part. מְעֻטָּה *Strictus, ſublatus*, intell. ad mactationem, Ez. 21, 20. Hinc fortaſſis etiam

עַיִט m. (formæ קַיִץ a קָצָה) *Avis, volucris*, aut collect. *Volucres*; petunt enim ſublimia, Job. 28, 7. Cſt. עֵיט Jeſ. 18, 6.

עֲטַלֵּף m. (Idem, quod Ar. عطليف) *Veſpertilio*, Lev. 11,

19. LXX. νυκτερὶς, volatile nocturnum. Compositionis hujus vocis varia a Philologis redditur ratio; verisimillima autem est, dici ab עָטַל & עוֹף, ab Ar. غطل Caliginosa fuit, v. g. nox, & עוּף f. עֹיף Avis, volatile; q. d. Volatile caliginosum. Quæcunque autem sit, sufficit, עֲטַלֵּף constanter a LXX. reddi Vespertilionem, & Arabibus quoque idem significare.

עטן. Ar. عطن Concinnavit pellem; & عطين Pellis f. corium. Hinc

עֲטִינִים Pl. m. unde cum Aff. עֲטִינָיו vulgo Mulctratia, sed rectius *Utres pellicei ejus* (Populi enim orientem spectantes ad excipiendum asseruandumque lac pecorum suorum utribus olim pelliceis utebantur & adhucdum utuntur) *pleni sunt lacte*, Job. 21, 24. LXX. ἔγκατα, intestina ejus plena sunt adipe; quos etiam Vulgatus sequitur. Chald. בִּיזוֹי Ubera ejus. Schultensius, Pecorosa latifundia ejus; minus congrue!

I. עָטַף propr. *Contraxit, complicavit se aut aliquid.* Hinc 1) עָטַף non secus atque Ar. عطف, & quod prope abest خطف in IV. In se plicatus collapsus que fuit. It. Contraxit se; in se reflexus fuit. Obriguit, exanimatus fuit v. g. mœrore, timore, deliquio animi, in morte &c. KAL, Part. Pah. pl. m. הָעֲטוּפִים *Contracti, in se plicati* i. e. collapsi (Germ. Eingerunzelt, halb verschmachtet) v. g. parvuli, Thren. 2, 19. Inf. cst. בַּעֲטֹף *dum Contrahit se*, i. e. *obrigescit*, *exanimatur*, v. g. cor, Ps. 61, 3. Fut. כִּי־יַעֲטֹף *si in se contractus fuerit*, i. e. *angustatus animo*, Ps. 102, 1. NIPH. Præt. נֶעֱטַף *Contractus, in se plicatus, exanimatus est*. Inf. בֵּעָטֵף *Quum exanimatur*, Thren. 2, 11. HITHP. Præt. הִתְעַטֵּף *Contraxit se, reflexus est; obriguit.* Inf. בְּהִתְעַטֵּף *Quum exanimaretur*, Jon. 2, 8. Cum Aff בְּהִתְעַטְּפָם *Quum contraherentur in se*, i. e. deliquium animi paterentur, Thren. 2, 12. Fut. 3 f. f. תִּתְעַטֵּף *Contrahetur in se*, v. g. spiritus, Ps. 77, 4. Hinc etiam 2) *Operuit, obvoluit, obduxit se* aut *aliquid.* Operientes enim f. amicientes se aut alium tegumenta f. indumenta solent contrahere f. complicare. Sic etiam Ar. عطف in IV. dicit Amicivit, induit se. Fut. יַעְטֹף *Operiat f. tegat* scil. dexteram, Job. 23, 9. יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ *Induit f. operit ceu vestis violentia eos*, Ps. 73, 6. Pl. יַעַטְפוּ *Operient se*, Ps. 65, 14.

מַעֲטָפוֹת f. pl. *Amicula;* Hieronymus *Palliola*, Jes. 3, 22. Ar. عطاف Pallium. Al. Tapetes.

II. עָטַף (Idem, quod Ar. عطف) *Inclinavit, propensus* fuit. Hinc KAL, Fut. *Spiritus a conspectu meo* יַעֲטוֹף *inclinabit se benevole;* LXX. ἐξελεύσεται, Jes. 57, 16.

III. עָטַף Videtur esse idem verbum, quod Ar. عطف Inclinavit, intell. dies. Vertit, convertit se; & quod huic confine est عتم (scil. ط & ت, nec non ف & م ceu elementis unius ejusdemque organi inter se, ut & alias fit, permutatis) Tardus fuit, sero fecit aliquid. In IV. Vesperi fecit aliquid. Hinc Part Pah. pl. m. עֲטֻפִים *Agni ex initu vespertino editi*, vulgo Serotini. Rectius vero dixeris *Vespertinos;* opponuntur enim τοῖς קְשֻׁרִים Agnis ex initu matutino editis, a Sing. Part. Pah. קָשׁוּר (hocque convenienter cum Ar. قسوة Exordium diei, i. e. mane) q. d. *matutino tempore factus;* sic etiam *conceptus*, Gen. 30, 42. Hinc etiam HIPH. Inf. בְהַעֲטִיף *Quando vero vesperi* aut *sero commiscebantur oves* &c. ibid. Tempora hic a Scriptore sacro alterum distingui ab altero, ex ipsa verborum consecutione liquido apparet, discrimen vero illud non inter vernale anni tempus poni & autumnale, sed inter matutinum diei & vespertinum tempus, non aliter ratio etymi, nescio, annon etiam fetificationis ovium permittit. Vid. Cocceji Lexicon ex edit. Schulzii ad h. v.

עָטַר (unde Ar. عضر aut عدر Abundavit. IV. Abundare fecit, i. e. Significatione a Cinxit s. circumdedit, secundaria Circumfluxit, circumfluere fecit) *Cinxit, circumdedit; coronavit.* KAL. Part. Ben. pl. m. עֹטְרִים *Circumdantes, cingentes, circumclaudentes*, 1 Sam. 23, 26. Fut. cum Aff. תַּעְטְרֶנּוּ *Circumdas s. coronas eum*, Ps. 5, 13. PIH. Præt. עִטֵּר *Coronavit, circumdedit.* It. *Circumfluere, affluere, abundare fecit.* עִטַּרְתָּ *Circumfluere fecisti; circumdedisti, coronasti*, Ps. 65, 12. עִטְּרָה f. *Coronavit*, Cant. 3, 11. Part. cum Aff. in pausa הַמְעַטְּרֵכִי *Coronans s. circumdans te*, Ps. 103, 4. Fut. cum Aff. תְּעַטְּרֵהוּ *Coronabis s. circumdabis eum*, Ps. 8, 6. HIPH. Præt. הֶעֱטִיר *Circumfluere fecit, circumdedit, coronavit.* Part. f. מַעֲטִירָה *Coronans;* rectius *Circumfluere faciens, ditans*, Jes. 23, 8.

עֲטָרָה

עֲטָרָה f. *Tiara, corona, cidaris, diadema*, Cant. 3, 11. Ez. 21, 31. Plur. עֲטָרוֹת *Coronæ*, Zach. 6, 11. Cft. עֲטֶרֶת Pf. 21, 4. Jef. 28, 1.

עטש. Ar. عطس Apparuit; altius evectus, erupit. Hinc

עֲטִישׁוֹת Pl. f. *Emicationes, apparentiæ*, intell. ob fquamas ejus fplendentes. Cum Aff. עֲטִישֹׁתָיו *Emicationes ejus*, Job. 41, 9. Al. Sternutationes.

עִי. m. (pro עְוִי ab Ar. وعى Collegit. IV. Condidit, recondidit; unde etiam وعي Theca, loculus) *Cumulus, acervus ruderum f. lapidum*, Mich. 1, 6. Pl. עִיִּים *Acervi, rudera*, Pf. 79, 1. It. עִיִּין (forma Chaldaica) Mich. 3, 12. Cft. עִיֵּי Num. 21, 12. It. *Repofitorium, loculus*, ut Job. 30, 24. *Veruntamen non* בְּעִי *in loculum meum* (i. e. in cineres meos) *inferet* (mors; ex verfu præcedente) *manum*; *fed* (quum deftruxerit eos, aut) *in deftructione illorum* (erit) *falus*.

מְעִי m. *Acervus ruinæ, rudera*, Jef. 17, 1.

מְעוֹת f. pl. (quod a nonnullis ab עיה derivatur, pertinet potius ad Ar. مغي Reliquias fupereffe fecit; unde etiam ماغية Scrupulus, i. e. quod exundationes fluviorum aut torrentes poft fe relinquunt) *Scrupi, lapilli*; unde כִּמְעֹתָיו *ficut Scrupi f. lapilli ejus*, intell. arenæ maris, Jef. 48, 19. LXX. χοῦς; Vulg. Lapilli.

עִיד Teftatus eft; vid. עוּד.

עַיִט m. Volucris; vid. fub עטה.

עַיִם m. (ab Ar. عام pro عيم Nubibus obductum fuit, v. g. cœlum; unde etiam غيم Nubes, pecul. quæ cœlum tegit; it. غيمة Nubes fingularis) *Turbo, procella*; Germ. nuncupaveris, Wafferhofen; qf. nubes denfiffima procellæ, Jef. 11, 15.

I. עין. Ar. عان Vidit. Hinc

עַיִן f. Ar. عين *Oculus*, Prov. 20, 12. Metaph. *Color*, qf. afpectus rei, Num. 11, 7. It. *Intentio, amor, ftudium, affectus*; qf. id, quod quis fpectat & quærit, Prov. 22, 9. 23, 6. Cft. עֵין Ex. 10, 15. Cum Aff. עֵינִי *Oculus meus*, Thren. 1, 16. Dual. עֵינַיִם *Oculi*, Gen. 20, 16. Cft. עֵינֵי Pf. 123, 2. Aff. עֵינֵיהֶם *Oculi eorum*, Efth. 1, 17.

עַיִן f. Chald. *Idem.* Cst. עֵין Esr. 5, 5. Pl. עַיְנִין *Oculi*, Dan. 7, 8. Cst. עַיְנֵי Ibid. cum Aff. עַיְנִי *Oculi mei*, Dan. 4, 31.

עֹיֵן f. עוֹיֵן (Symbolum duarum lectionum, τῷ Keri עוֹיֵן, & τῷ Chethibh עָיֵן) m. Part. Ben. *Oculis malevolis observans*, i. e. invidens, 1 Sam. 18, 9.

II. עין. *Ar.* عان II. Designavit, determinavit; unde عيون f. أعيان Domestici, cives. Hinc

מַעְיָן m. Sing. unde Pl. cum Aff. מַעְיָנַי *Cives mei*, qs. recensiti, Ps. 86, 7. LXX. etiam ἡ κατοικία; & Vulg. Qui habitant in te. Al. Fontes mei.

III. עין m. *Ar.* عان Manavit, fluxit, v. g. aqua. Hinc

עַיִן m. Ar. عين *Fons*, *scaturigo*, Gen. 24, 42. Cum ה Parag. עַיְנָה ib. v. 16. Cst. עֵין ib. v. 13.

עַיְנָה f. Sing. inus. unde Pl. עֲיָנוֹת *Fontes*, *scaturigines*, Deut. 8, 7. Item עֵינוֹת constr. Ex. 15, 27.

מַעְיָן m. *Fons*, *scaturigo*, Lev. 11, 36. Cst. מַעְיַן Jos. 15, 9. Cum ן Parag. מַעְיְנוֹ Ps. 114, 8. Pl. מַעְיָנִים *Fontes*, *scaturigines*, Ps. 104, 10. Cum Aff. מַעְיָנַי vulgo *Fontes mei*, Sed rectius Habitatores mei (vid. retro II. עין) Ps. 87, 7. Cst. מַעְיְנֵי Jes. 1[illegible] 3.

מַעְיָנָה f. Sing. unde Pl. מַעְיָנוֹת *Fontes*, *scaturigines*, Jes. 41, 18. Cstr. מַעְיְנוֹת Gen. 7, 11. Cum Aff. מַעְיְנֹתֶיךָ *Fontes tui*, Prov. 5, 16.

IV. עין. *Ar.* غان pro غين Pravus fuit. Hinc

עֵינֹתָם Symbolum duarum lectinonum, τῷ Keri עֲוֹנוֹתָם (ab עֲוֹנָה, vid. עוה) *Iniquitates eorum*, & τῷ Chethibh, עֵינֹתָם (a Sing. עֵינָה *Pravitas*, & hæc a dicta Rad. غان) *Pravitates eorum*, Hos. 10, 10.

עָיֵף (Idem, quod Ar. غاف Inclinavit in dextrum & sinistrum latus, nutavit) *Defecit*, *lassuit*. KAL, Præt. עָיְפָה *Defecit*, *lassuit*, Jer. 4, 31. Fut. וַיָּעַף & *Exstinctus est*, Jud. 4, 21, vid. II. עוף; Al. & *Nutavit*, *inflexit se*, Germ. Er sank dahin. Sed וַיָּעַף & *Defecit*, *lassuit*, 1 Sam, 14, 28. 31. 2 Sam. 21, 15.

עָיֵף m. *Fessus*, *lassus*, *defatigatus*, Gen. 25, 29. Pl. עֲיֵפִים *Fessi*, *lassi*, Jud. 8, 4. Fem. עֲיֵפָה *Lassa*, *defessa*, Prov. 25, 25.

עֵיפָה f. *Obscuritas*; vid. sub IV. עוף.

I. עִיר f. (ab Ar. عَرَّ Habitavit cum alio; unde etiam عُرَّةٌ Caterva hominum) *Civitas, urbs*, Gen. 4, 17. i. e. Societas hominum una habitantium. Cum ה locali הָעִירָה *In civitatem*, Gen. 44, 13. Cum Aff. עִירוֹ *Civitas ejus* vel *sua*, 1 Sam. 1, 3. Pl. עָרִים *Civitates, urbes*; pro עִירִים, unde etiam Kamez ejus invariatum manet! Num. 35, 2. Cst. עָרֵי Jud. 12, 7. Cum Aff. עָרֵיהֶם *Urbes* s. *civitates eorum*, Deut. 19, 1.

II. עִיר m. (ab Ar. غَارَ Excurrit in hostem diripiendo, capiendo, depopulandc. Incursum equorum in hostile solum rapina, captivitate, depopulatione grassantium movit) *Incursus populantium*; Germ. ein feindlicher Ueberfall, Jer. 15, 8. Al. Hostis.

III. עַיִר m. (ab Ar. عَارَ pro عَيَرَ Huc illuc vagatus fuit, v. g. asinus, equus &c. unde etiam عَيْرٌ Asinus) *Pullus asini adultus*, Zach. 9, 9. עַיִר פֶּרֶא *Pullus* s. *asinus ferus*, Job. 11, 12. Cum Aff. עִירֹה pro עִירוֹ *Pullus ejus* s. *suus*, Gen. 49, 11. Plur. עֲיָרִים *Pulli asinini*, Jud. 10, 4. It. עֲיָרִים Jes. 30, 6.

עַיִשׁ & עָשׁ vid. sub עוש.

עַכְבָּר m. (quod videtur compositum esse ex Ar. عَكَرَ Turbavit, & בַּר Frumentum, q. d. frumentum turbans) *Mus*, Lev. 11, 29. Pl. cst. עַכְבְּרֵי *Mures*, 1 Sam. 6, 4. Cum Aff. עַכְבְּרֵיכֶם *Mures vestri*, ib. v. 5. Sic etiam Ar. dicuntur عَكَابِر Talparum musculi.

עַכָּבִישׁ m. (i. e. עַכָּשׁ בִּישׁ, Ar. عَكَّاشٌ Araneus, & بِيسْ Phy! scil. Araneus foedus, dictus ob horrorem, quo communiter ab illo abhorremus) *Araneus*; it. *Tela aranei*, Jes. 59, 5. Job. 8, 14.

עַכְשׁוּב m. (Compos. ex Ar. عَكَسَ Invertit. V. In gyrum se convertit, & שׁוּב Reverti, q. d. inflectendo se in gyrum revertens) *Aspis*, Ps. 140, 4.

עֶכֶס m. (ab Ar. عَكَسَ Revinxit) *Compes*, Prov. 7, 22. it. *Periscelis*; Pl. עֲכָסִים *Periscelides*, Jes. 3, 18. i. e. ornatus pedum. Hinc

עִכֵּס PIH. *Periscelidibus* s. *laqueolis ornavit pedem*, qs. Compedivit. Fut. pl. תְּעַכַּסְנָה *Pedes suos periscelidibus ornant*, Jes. 3, 16.

עָכַר *Turbavit, conturbavit, perturbavit* fcil. ordinem f. difpofitionem. Convenit plane Ar. عكر Turbavit, turbidum effecit. KAL, Præt. 1 Sam. 14, 29. עָכַרְתִּי *Turbavi*, 1 Reg. 18, 18. 2 pl. Cum Aff. עֲכַרְתָּנוּ *Conturbafti nos*, Jof. 7, 25. Part. Ben. עֹכֵר *Perturbans*, Prov. 11, 29. Fut. cum Aff. יַעְכָּרְךָ (a forma abfol. יַעְ ר) *Conturbabit te*, Jof. 7, 25. NIPH. Præt. נֶעְכַּר *Turbatus, perturbatus eft*, Pf. 39, 3. Part. f. f. נֶעְכָּרֶת *Perturbata*, Prov. 15, 6.

עָכוֹר m. Nomen vallis Achor, ubi fcil. Achanus, quia populum Ifraeliticum perturbaverat, lapidatus eft, Jof. 7, 25.

עלג. Ar. علك Balbutivit. Hinc

עִלֵּג m. unde Pl. עִלְּגִים *Qui funt oris balbi f. blæfi*, Jef. 32, 4.

עָלָה idem, quod Ar. علا *Adfcendit, confcendit, tranfcendit; in altum tetendit f. evectus eft; exaltatus, elatus, elevatus fuit.* Diverfimode autem dicitur, v. g. 1) Adfcendit ftratum, ad portam, in altum, ex prædatione, ex terra, in terram &c 2) Adfcendit, abiit, difceffit ab aliquo. 3) Adfcendit via, fumus, aurora &c. 4) Adfcendit i. e. offertur munus. 5) Adfcendit i. e. tollitur. 6) Adfcendit i. e. fuccrefcit carduus, fpina, femen &c. 7) Adfcendit, i. e. procedit; ira i. e. exardefcit; cogitatio in cor, i. e. fuccurrit. KAL, Præt. Prov. 21, 22. עָלִיתָ *Adfcendifti*, Pf. 68, 19. Part. Ben. m. f. עֹלֶה *Adfcendens*, Devt. 32, 50. Inf. abf. עָלֹה *Adfcendendo*, Gen. 46, 4. cftr. עֲלוֹת *Adfcendere*, Gen. 32, 24. Cum Aff. עֲלֹתוֹ *Adfcendere ejus*, Jef. 11, 16. Imp. עֲלֵה *Adfcende*, Num. 27, 12. Fut. יַעֲלֶה *Adfcendet*, Devt. 29, 22. Fut. conv. וַיַּעַל *& Adfcendit*, Gen 46, 29. NIPH. Præt. נַעֲלָה *Sublatus, exaltatus eft adfcendendo*, Num. 9, 21. Sicetiam Ar. علي Excelfus fuit. נַעֲלֵיתָ *Sublevatus es*, Pf. 97, 9. Inf. הֵעָלוֹת *Tolli*, Num. 9, 17. Imp. pl. הֵעָלוּ *Sublevamini*, Num. 16, 24. Fut. יֵעָלֶה *Elevabitur*, Ex. 40, 37. It. *Difcedens factus eft, difceffit*, Præt 2 Sam. 2, 27. Inf. הֵעָלוֹת *Dum difcedentes facti funt*, Efr. 1, 11. Imp. pl. הֵעָלוּ *Difcedite, abite*, Num. 16, 24. Fut. pl. וַתֵּעָלוּ pro וַתֵּעָלוּ *& Abducti eftis*, Ez. 36, 3. (עָלָה PIH. quod a quibusdam hic fingitur, & unde Fut יְעַלְעוּ Job. 39, 30. derivant, vid. in לוּע.) HIPH. Præt. הֶעֱלָה 1) *Adfcendere fecit; extulit, obtulit, fuftulit, elevavit, evexit.* Ar. أعلى IV. Plane idem. Præt.

Præt. 2 Reg. 17, 4. Part. f. ſ. cſt. מַעֲלַת *Adſcendere faciens*, Lev. 11, 3. Inf. בְּהַעֲלוֹת *Quum adſcendere faceret* i. e. ſuperimponeret, Ex. 30, 8. Imp. הַעֲלֵה *Fac adſcendere*, Ez. 23, 46. Per apoc. וְהַעַל Ex. 8, 1. Fut. אַעֲלֶה *Adſcendere faciam*, Pſ. 137, 6. Apoc. וַיַּעַל & *Adſcendere fecit*, Ex. 10, 12. 2) *Abduxit, eduxit; ſuſtulit.* Præt. הֶעֱלָה pro הֶעֱלָה *Eduxit, extraxit*, Hab. 1, 15. Part. cum Aff. הַמַּעֲלֵם *Qui eduxit eos*, Jeſ. 63, 11. Fut. cum Aff. תַּעֲלֵנִי *Auferas me*, Pſ. 71, 20. HOPH. Præt. הֹעֲלָה 1) *Adſcendere factus* i. e. *oblatus, ſacrificatus eſt*, Jud. 6, 28. 2) *Abductus eſt*; Nah. 2, 7. HITHP. Præt. הִתְעַלָּה *Fecit ſe adſcendere*, i. e. *extulit ſe.* Fut. conv. & apoc. יִתְעַל *Superbiet*, Jer. 51, 3.

עָל m. Ar. عال *Excelſus*, 2 Sam, 23, 1. Hoſ. 7, 16. Cſt. עַל Hoſ. 11, 7.

עַל cſt. עָל Ar. علي propr. qſ. Supernitas, propinquitas; alias *Super, ſupra*, Gen. 1, 20. Lev. 16, 21. Subit vero alias quoque ſignificationes, v. g. 1) *A, ab*, Gen. 16, 5. 2) *Ad*, 2 Sam. 15, 4. 3) *Ante*, Gen. 30, 40. 4) *Apud, prope*, Gen. 16, 7. 5) *Circa, circum*, Gen. 24, 30. 6) *Contra*, Jeſ. 29, 8. 7) *Coram*, Gen. 18, 2. 8) *Cum, unacum*, Gen. 32, 12. 9) *De*, Gen. 18, 19. 10) *E, ex*, Gen. 27, 40. 11) *Erga*, Gen. 19, 16. 12) *In*, cum Acc. Gen. 47, 31. *In*, cum Abl. Lev. 8, 7. 13) *Inter*, Num. 31, 8. 14) *Juxta*, Gen. 16, 7. 15) *Intra*, Hoſ. 11, 8. 16) *Nempe*, 2 Reg. 18, 21. 17) *Non, ne*, Ez. 9, 5. 18) *Per*, Eſth. 1, 8. 19) *Poſt*, Jeſ. 32, 10. 20) *Præ, magis quam*, Gen. 48, 22. 21) *Præter*, Gen. 31, 50. 22) *Pro*, 1 Reg. 2, 18. 23) *Propter*, Ruth. 1, 19. 24) *Propterea, ideo*, Gen. 41, 32. 25) *Quamvis*, Job. 16, 17. 26) *Quantum ad, quod attinet ad*, Ruth. 4, 7. 27) *Quia, eo quod*, Pſ. 119, 136. 28) *Secundum, juxta, pro ratione*, Joſ. 22, 9. 29) *Secus*, Jeſ. 32, 20. 30) *Sub*, Num. 2, 2. 31) *Verſus*, Gen. 24, 49. 32) *Ultra*, Lev. 15, 25. 33) *Usque ad*, Joſ. 2, 7. Cum aliis Particulis; עַל־כֵּן *Idcirco, propterea.* עַל־כִּי ſ. עַל־אֲשֶׁר *Eo quod, propterea quod* עַל־דְּבַר *Propter.* מֵעַל, *A, ab; Deſuper, ſuperne.* אֶל־עַל aliis *Surſum* v. g. evocare; al. *Ad altiſſimum*, Hoſ. 11, 7. Pl. cſt. עֲלֵי Idem, quod עַל. Cum Suff. עָלַי *Super me.* עָלֶיךָ *Contra te* &c.

עַל Chald. *Idem*, quod Hebr. עַל. Cum Suff. עָלַי *Super me*,

 Dan.

Dan. 4, 31. עִלָּוֵהּ *Contra, ſuper, ad eum; in eo*, Dan. 4, 12. 20. Semel עִלָּא *Supra*, Dan. 6, 3.

עָלֶה m. *Folium*, i. e. quod eſt ſuperne in arbore, Jeſ. 64, 6. Cſt. עֲלֵה Gen. 3, 7. Cum Aff. עָלֵהוּ *Folium ejus*, Pſ. 1, 3. Pl. cſt. עֲלֵי *Folia*, Neh. 8, 15. Cum Aff. עָלֶהָ pro עָלֶיהָ *Folia ejus*, Jeſ. 1, 30.

עוֹלֶה m. Part. KAL, *Adſcendens*, vel *Adſcenſio*, *gradus*, Ez. 40, 40.

עוֹלָה vel עֹלָה f. 1) *Adſcenſus*, *adſcenſio*, v. g. in animum, ſcil. cogitatio, Ez. 20, 32. Cum Aff. עֹלָתוֹ *Gradus ejus*, 1 Reg. 10, 5. Pl. cum Aff. עוֹלוֹתָיו *Gradus ejus*, Ez. 40, 26. 2) *Holocauſtum*, Num. 28, 3. Cum Aff. עוֹלָתְךָ *Holocauſtum tuum*, Pſ. 20, 4. Cſt. עֹלַת Num. 28, 10. Pl. עֹלוֹת f. עוֹלוֹת *Holocauſta*, Pſ. 66, 15. Cum Aff. עוֹלֹתֶיךָ *Holocauſta tua*, Pſ. 50, 8.

עֲלָה f. CHALD. *Idem*. Hinc Pl. עֲלָוָן *Holocauſta*, Eſr. 6, 9.

עֱלִי m. *Piſtillum*; unde בַּעֱלִי (pro בְּעֱלִי) *Piſtillo*, Prov. 27, 22. Hæc vox videtur dici ab Ar. علا Percuſſit; i. e. tutudit. Sic quoque contraria ratione a Tundendo dicitur علاة Incus.

עֶלְיוֹן m. *Excelſus*; *Celſiſſimus*, *ſupremus*, Gen. 14, 18.

עֶלְיוֹן m. CHALD. *Idem*; hinc Pl. עֶלְיוֹנִין *Excelſi*, Dan. 7, 18.

עֶלְיוֹנָה f. *Superior*, *ſumma*; *excelſa*, *alta*, Ez. 41, 7. Pl. עֶלְיוֹנוֹת *Superiores*, Ez. 42, 5.

הָעֲלוֹת juxta R. Salom. *Piſtilla*, 2 Par. 24, 14. Sed eſt Inf. HIPH. Sic exponendus; כְּלֵי הַעֲלוֹת *Vaſa ad offerendum* i. e. *vaſa ad holocauſta pertinentia*. LXX. σκεύη ὁλοκαυτωμάτων. Al. Crateres, neſcio unde?

עֲלִיָּה f. *Coenaculum*; *conclave ſuperius*; ſcil. ad quod per gradus adſcenditur, Jud. 3, 24. Cſt. עֲלִיַּת 2 Reg. 4, 10. Cum Aff. עֲלִיָּתוֹ *Coenaculum ejus*, 2 Par. 9, 4. Pl. עֲלִיּוֹת *Coenacula*, Jer. 22, 14. Cum Aff. עֲלִיּוֹתָיו *Conclavia ejus ſuperiora*, Pſ. 104, 3. Ar. عِلِّيَّة Idem.

עִלָּי m. CHALD. *Excelſus*, *ſummus*, Emph. עִלָּאָה & עִלָּיָא Dan. 3, 26. 32. Ar. عَلِيّ Idem; eminens.

עִלִּית f. (a Maſc. עִלִּי) *Superius*; quod ſuperne eſt, Jud. 1, 15. Plur. עִלִּיּוֹת *Superiores*, Joſ. 15, 19.

עִלִּית

עִלִּית f. Chald. *Coenaculum*. Cum Aff. עִלִּיתֵהּ *Coenaculum ejus*, Dan. 6, 11.

מֹעַל m. *Elevatio*, Neh. 8, 6.

מַעַל m. propr. *Altitudo*; it. cum ה locali מַעְלָה & in pausa מָעְלָה Supra; de loco & tempore, de quantitate & statura, Ex. 30, 14. 1 Sam. 9, 2. לְמַעְלָה *Supra*; *sursum*, *versus*, Ez. 43, 15. מַעְלָה מַעְלָה *Altissime*, Deut. 28, 43. מִלְמַעְלָה *Superne*, Gen. 6, 16. מִמַּעַל *Supra*, *superne*, Gen. 22, 9.

מַעֲלֶה m. *Adscensus*, *gradus*; *suggestum*, Neh. 12, 37. Cft. מַעֲלֵה Jos. 10, 10. Pl. cum Aff. מַעֲלָיו *Adscensus ejus*, Ez. 40, 31.

מַעֲלָה f. *Gradus*, *adscensus*, *adscensio*; *coenaculum*; *excellentia*, *dignitas*, Esr. 7, 9. 1 Par. 17, 17. Pl מַעֲלוֹת *Adscensiones*; *coenacula*; *gradus*, Ez. 11, 5. Am. 9, 6. Ez. 40, 6. שִׁיר הַמַּעֲלוֹת *Canticum graduum*, Ps 120, 1, Lowthius de sacra Poësi Hebraeorum, Ed. Oxon. pag. 335. putat: hunc & sequentes Psalmos ideo Psalmos ascensionum dictos fuisse, quia pro iis, qui ad festa Hierosolymam ascendere debebant, aut qui post ex captivitate Babylonica Hierosolymam reduces erant, compositi fuerint. Ceterum etiam Ar. معلاة dicitur Excellentia.

תְּעָלָה f. 1) *Adscensio* s. *confirmatio ex morbo*, Jer. 30, 13. Al. Emplastrum, scil. quod ulceri superimponitur. 2) *Aquaeductus*, *canalis*, i. e. in quo aqua ex fluvio aliorsum derivatur, 1 Reg. 18, 32. Cft. תְּעָלַת Jes. 7, 3. Pl. cum Aff. תְּעָלֹתֶיהָ *Aquaeductus ejus*, Ez. 31, 4.

יָעֵל Rupicapra; vid. in יעל.

יַעֲלָה f. Idem, vid. ibid.

עָלַז (Idem, quod עָלַס & עָלַץ; aut, quod videtur, scil. commutato ל cum ר, Ar. عرص Alacer, lubens f. In VIII. Lusit, petulcus fuit v. g. in campo) *Exultavit*, *gestivit prae gaudio*, *tripudiavit*. KAL, Praet. עָלַז *Exultavit*, Jes. 5, 14. Inf. לַעֲלוֹז *ad Exultandum*, Jes. 23, 12. Imp. f. f. עִלְזִי *Exulta*, Zeph. 3, 14. Pl. עִלְזוּ *Exultate*, Ps. 68, 5. Fut. וְאֶעֱלֹזָה & *Exultarem*, Jer. 15, 17. Fut. conv. וַיַּעֲלֹז & *Exultavit*, Ps. 28, 7. Absol. pl. יַעֲלֹזוּ *Exultabunt*, Ps. 149, 5.

עָלֵז m. (vel est KAL, Praet.) *Exultans*, *exultabundus*, Jes. 5, 14.

עָלִיז m. *Exultans*; unde Pl. עַלִּיזִים *Exultantes*, Jef. 24, 8. Conftr. עַלִּיזֵי Zeph. 3, 11. Jef. 13, 3.

עַלִּיזָה f. *Lætans*, *ovans*, *exultabunda*, Jef. 22, 2. Zeph. 2, 16.

עלט. Ar. ضطل Caliginofa v. g. nox; immo etiam غلط XIII. Rem obfcuram atque inadfpectabilem aggreffus eft. Hinc

עֲלָטָה f. *Caligo*, *tenebræ*; it. *Crepufculum*, Ez. 12, 6. Gen. 15, 17.

עֲטַלֵּף m. *Vefpertilio*; vid. in עטל.

I. עלל. Ar. علّ caufam, occafionem dedit. It. Iteratis ictibus alium percuffit. It. Morbo laboravit. In IV. Debilitavit; morbo affecit Deus. Hinc Hebr.

1) HITHP. Præt. הִתְעַלֵּל & הִתְעוֹלֵל *Facientem fe præbuit*, i. e. *Fecit*, *operatus fuit*, *patravit*, 1 Sam. 6, 6. הִתְעַלַּלְתִּי *Operatus fum*, Ex. 10, 2. Fut. pl. conv. וַיִּתְעַלְּלוּ *& Operati funt*, Jer. 38, 19. Inf. לְהִתְעוֹלֵל *ad Faciendum*, Pf. 141, 4. Fut. יְעַלְעוּ *Lingent*, Job. 39, 30. eft a לוע.

עֲלִילָה f. 1) *Actio*, *opus*; *conatus*, *ftudium*; *confilium*; *facinus*; v. g. *Confilium*, Pf. 66, 5. Pl. עֲלִילוֹת *Actiones*, *Opera*, Ez. 24, 14. Cum Affixo עֲלִילוֹתָיו *Opera ejus*, Jef. 12, 4. 2) *Occafiones*, Deut. 22, 14.

עֲלִילִיָּה f. *Actio*, *opus*, Jer. 32, 19.

מַעֲלָל m. unde Pl. מַעֲלָלִים *Actiones*, *opera*; it. *Inftituta*, *ftudia*; v. g. *Opera*, *ftudia*, 1 Sam. 25, 3. Cum Aff. מַעֲלָלָיו *Studia ejus*, Hof. 4, 9. Cft. מַעַלְלֵי *Opera*, Pf. 77, 12. Cum Aff. מַעַלְלֵיהֶם *Opera eorum*, Pf. 28, 4.

עֲלִיל m. Cft. עֲלִיל *Catinus*, i. e. operatorium metalli, Pf. 12, 7.

עִלָּה f. CHALD. *Caufa*, *occafio*, Dan. 6, 4.

2) PIH. Præt. עוֹלֵל pecul. *Fecit male alicui. Percuffit*, *afflixit*; *debitavit*, *confecit*. It. *Infixit*. Part. מְעוֹלֵל *Affligens*, Jef. 3, 12. Imp. עוֹלֵל *Male fac*, *affige*, Thren. 1, 22. PYH. Præt. *Dolor*, qui עוֹלַל *Inflictus eft* mihi, Thren. 1, 12. HITHP. Præt. הִתְעַלֵּל *Percutientem*, *affligentem fe præbuit*, 1 Sam. 6, 6. הִתְעַלַּלְתְּ *Male fecifti*, Num. 22, 29. Fut. pl. conv. וַיִּתְעַלְּלוּ pecul. *& Malitiofe fecerunt*, Jud. 19, 25.

עֹל m. *Jugum*, quod videtur dici ab afflictione, 1 Sam. 6, 7. Conft עֹל Jef. 9, 4. Cum Aff. עֻלּוֹ *Jugum ejus*, Gen. 27, 40.

II.

II. עלל. Ar. عل iterum iterumque carpfit fructus. Hinc PIH. Pr. עולל Racemavit. Inf. & Fut. pl. עולל יעוללו Racemando racemabunt, f. decerpendo decerpent, Jer. 6, 9.

עוללות f. Pl. Racemationes, racemi, i. e. fructus iterum iterumque aut fecundo carpti, Jef. 17, 6. Cft. עללות Jud. 8, 2.

III. עלל m. (quod videtur effe ab Ar. عال Suftentavit, aluit, nutrivit familiam fuam) Parvulus, puer, puerulus, q. d. qui adhuc domi alitur & ad familiam pertinet, Jer. 6, 11. Pl. עוללים Parvuli, Joël 2, 16. Cum Aff. עולליהם Parvuli eorum, Pf. 17, 14. Cft. עללי Thren 2, 20.

עולל m. Idem, 1 Sam. 15, 3. Pl. עוללים Parvuli, Pf. 8, 3. In ftatu conftr. & conjuncto convenit cum עולל; vid. Thren. 2, 20. Pf. 17, 14.

התעלל HITHP. Præt. התעללת Ludificata es, illufifti (rectius ita; vid. I. עלל.) Num. 22, 29. Fut. pl. conv. ויתעללו & Ludificati funt, (rectius fic; vid. etiam I. עלל) Jud. 19, 25. fpec. cum muliere more venereo. Prope convenit etiam Ar. عل in V. Conj. Jocatus eft.

תעלול m. unde Pl. תעלולים Lufiones, illufiones, ludificationes, ludicra, Jef. 66, 4. It. Lufores, i. e. juvenes lufionum, Jef. 3, 4.

IV. עלל. Ar. غل Immifit, indidit. Hinc PIH. Præt. עולל Injecit, projecit; abjecit. עוללתי Projeci v. g. in pulverem f. terram, Job. 16, 15. Hinc etiam

עלל Chald. Ingreffus eft, intravit. Conv. Ar. غل Ingreffus eft, intravit. Pehal Præt. על Dan. 2, 16. Part. pl. m. עללין f. עלין Ingredientes, Dan. 4, 4. APH. Præt. הנעל (cum נ loco Dagefch) Introduxit, Dan. 6, 19. Inf. להנעלה ad Introducendum, adducendum, Dan. 4, 3. & הנעלה Dan. 5, 7. HOPH. Præt. הנעל Adductus, introductus eft, Dan. 5, 13. 15.

מעל m. Chald. unde Pl. cft. מעלי Ingreffus i. e. occafus folis, Dan. 6, 15.

I. עלם Occuluit, occultavit, abfcondit. Id videtur effe Ar. علم Signavit, firmavit rem, i. e. occlufit, conclufit, obfignavit. Part. Pah. עלום vide poft in Nominibus. NIPH. Præt. נעלם Occultum, abfconditum, abditum fuit, latuit, Lev. 4, 13. Part. m. fing. נעלם Abfconditum, 1 Reg. 10, 3. Pl. נעלמים Homines abditi,

diti, i. e. diſſimulantes, Germ. verſtekte Leute, Pſ. 26, 4. Fem. f. נַעֲלָמָה *Occluſa*, Nah. 3, 11. HIPH. Præt. הֶעְלִים f. 1) *Occultavit*; *occultavit*, 2 Reg. 4, 27. Pl. הֶעְלִימוּ *Occultarunt*, Ez. 22, 26. Part. m. מַעְלִים *Occultans*, Job. 42, 3. Inf. הַעְלֵם *Abſcondendo*, Lev. 20, 4. Fut. תַּעְלִים *Abſcondes*, Pſ. 10, 1. & תַּעְלֵם Thren. 3, 56. 2) *Occluſit*, *obturavit* v. g. oculos, aures ſuas; it. *Ignorare fecit*. Præt. Ez. 22, 26. Part. m. מַעְלִים *Occludens* v. g. oculos, Prov. 28, 27. Fut. Thren. 3, 56. 3) *Abſcondit*, *occultavit ſe*. Fut. Pſ. 10, 1. HITHP. Præt. הִתְעַלֵּם *Abſcondit*, *occultavit ſe*. 2 m. f. הִתְעַלַּמְתָּ *Abſcondiſti te*, Deut. 22, 1. Inf. לְהִתְעַלֵּם *ad Abſcondendum te*, ib. v. 3. Fut. תִּתְעַלֵּם *Abſcondens te*, Pſ. 55, 2. Cum Makkaph -יִתְעַלֶּם *Abſcondet ſe*, (ita aliis, ſed vide potius II. עלם) Job. 6, 16. In pauſa תִּתְעַלָּם Jeſ. 58, 7. Sed יַעְלֵם Deut. 28, 61. eſt Fut. HIPH. ab עָלָה Adſcendit, i. e. *Devenire faciet ea*.

עוֹלָם m. 1) *Mundus*; (perinde ut Ar. عالم Mundus) res eo contentæ, res creatæ; *terra*, *homines*; qſ. Firmatum, ab علم Firmam reddidit rem. Jeſ. 44, 7. Hab. 3, 6. Eccl. 3, 11. Pſ. 73, 12. 2) *Seculum*, *perpetuitas*, *æternitas*; *ſeculum hujus vitæ*; (unde Arab. عالمي Secularis, 1 Cor. 6, 3. Hebr. 9, 1.) Pſ. 89, 2. 3. מִן־עוֹלָם *a Seculo*, i. e. *jam olim*. Cum Aff. עוֹלָמוֹ *Perpetuitas ejus ſ. ſua*, Eccl. 12, 5. Pl. עוֹלָמִים *Perpetuitates*, *ſecula*, 1 Reg. 8, 13. Cſt. עוֹלְמֵי Jeſ. 45, 17.

עַלְמוּת f. *Perpetuitas*; ſic Pſ. 48, 15. pro לְעַלְמוּת *in Perpetuitatem*.

עָלוּם m. *Occultus*. Cum Aff. עֲלוּמֵנוּ *Abſconditum ſ. occultum*, i. e. ignoratum ſc. peccatum *noſtrum*, Pſ. 90, 8. Aliis eſt pro עֲלָמֵינוּ.

תַּעֲלֻמָה f. תַּעֲלוּמָה f. *Abſconditum*, *arcanum*, Job. 28, 11. Pl. תַּעֲלֻמוֹת *Occulta*, *abſcondita*, Pſ. 44, 22.

עָלַם, Emph. עָלְמָא m. Chald. *Seculum*, Dan. 4, 31. Pl. עָלְמִין *Secula*, Dan. 5, 10. & עָלְמַיָּא Dan. 2, 44.

עֵילוֹם m. *Seculum*, *æternitas*, 2 Par. 33, 7.

II. עלם Ar. علم Expertus fuit. Hinc HITHP. Fut. -יִתְעַלֶּם *Experiendum ſe dabit* v. g. nix i. e. veniet ſuper eos, Job. 6, 16. Al. Abſcondet ſe, male!

III.

III. עָלַם. Ar. غلم Conjunctionis cum altero fexu cupidus fuit, i. e. adultus fuit. Hinc

עֶלֶם m. *Puer adultus, adolefcens*, 1 Sam. 20, 22. Ar. غلم Libidinofus; it. غلام Adolefcens, puer adultus; filius.

עַלְמָה f. ut Ar. غلامة *Adolefcentula, puella adulta; virgo*, Gen. 24, 43. Jef. 7, 14. Pl. עֲלָמוֹת *Puellæ, virgines*, Cant. 1, 3. Sed עֲלָמוֹת *Voces* qf. *virgineæ*, f. Symphonia vocum virginearum, i. e. fonorarum; Pf. 46, 1. coll. 1 Chron. 15, 20. Forfan hinc Ar. علس Sonora voce fuit. Al. Inftrumentum muficum.

עֲלוּמִים Pl. m. *Adolefcentia, pueritia.* Cum Aff. עֲלוּמָיו *Adolefcentia ejus*, Job. 33, 25. Ar. علومة Idem. Sed. עֲלֻמֵנוּ *Occultum* v. g. peccatum *noftrum*, Pf. 90, 8. vid. fub 1. עלם.

עָלַס (Idem, quod עָלַז & עָלַץ) *Exfultavit.* KAL, Fut. יַעֲלֹס *Exfultabit*, Job. 20, 18. NIPH. Præt. נֶעֱלַס *Exfultans factus eft.* Part. f. f. נֶעֱלָסָה *Exfultabunda*, Job. 39, 13. HITHP. Præt. הִתְעַלֵּס *Exfultantem fe præbuit.* Fut. cum ה Parag. נִתְעַלְּסָה *Exfultantes nos præbeamus* f. *exfultemus*, Prov. 7, 18.

עלע, unde quidam יְעַלְעוּ *Lingent*, tanquam Fut. PIH. derivant, vid. in לוע.

עֲלַע m. CHALD. (idem, quod Hebr. צֵלָע aut Ar. ضلع) *Cofta*; unde Pl. עִלְעִין *Coftæ*, Dan. 7, 5.

I. עלף 1) Ar. غلف Operuit. Hinc PYH. עֻלַּף *Coopertus fuit.* Part. fem. מְעֻלֶּפֶת *Obtectum* v. g. ebur, Cant. 5, 14. HITHP. Præt. הִתְעַלֵּף *Operuit, texit, involuit fe.* Fut. conv. וַתִּתְעַלָּף & *Velavit fe* (femina) Gen. 38, 14. תִּתְעַלַּפְנָה *Velabunt fe* v. g. virgines, Am. 8, 13. 2) Ar. غلف Adhortationem cor non admifit, i. e. *Obrutus fuit. Stupuit animo.* Hinc HITHP. Fut. conv. וַיִּתְעַלָּף & *Obruit fe, obrutus fuit animo*, intell. dolore, triftitia, indignatione &c. Jon. 4, 8. Al. Defecit. Sic etiam aliis, quod fere rectius videtur, תִּתְעַלַּפְנָה *Stupebunt, obftupefcent*, Am. 8, 13. Vid. etiam paulo ante.

עֻלְפֶּה m. *Deliquium* ; per Metaph. Omnes arbores campi fuerunt qf. *flaccor*, Ez. 31, 15.

II. עלף. Ar. علف Pabulum, potumue præbuit. VIII. Saginatus

tus eſt; unde etiam علّق Potus multus; it. علّق Helluo. Hinc PYH. Præt. pl. עֻלְּפוּ *Obruti*, qſ. *inebriati fuerunt* e calice titubationis, Jeſ. 51, 20.

עָלַץ (Idem, quod עלז & עלס; aut, ut videtur, Ar. عرص Alacer, lubens fuit. In VIII. Luſit, petulcus fuit in campo) *Exſultavit.* KAL, Præt. 1 Sam. 2, 1. Inf. cſt. עֲלֹץ *Exſultare*, Prov. 28, 12. Fut. cum ה Parag. אֶעֶלְצָה *Exſultabo*, Pſ. 9, 3. יַעֲלֹץ *Exſultabit*, 1 Par. 16, 32.

עֲלִיצוּת f. *Exſultatio.* Cum Aff. עֲלִיצֻתָם *Exſultatio eorum*, Hab. 3, 14.

עלק. Ar. علق Suſpenſus avulſit. Dependit, adhæſit. Hinc עֲלוּקָה f. Idem, quod Ar. علقة *Hirudo, ſanguiſuga*, Prov. 30, 15.

I. עָמַד *Stetit, ſubſtitit; adſtitit* ſ. *miniſtravit.* Prope abeſt Ar. عمد Stabilivit, erexit. IV. Suſtinuit, firmavit. VIII. Pedes defixit in terra. KAL, Præt. Jer. 46, 15. f. עָמְדָה *Deſtitit, ſubſtitit* v. g. a pariendo, Gen. 30, 9. Part. Ben. m. עוֹמֵד *Stans*, Ex. 3, 5. Pl. f. עֹמְדוֹת *Stantes* i. e. *erectæ, ſitæ* v. g. urbes, Joſ. 11, 13. Inf. עֲמֹד *Stando*, Eſth. 9, 16. cſtr. לַעֲמֹד *ad Standum*, Eſr. 10, 13. cum Aff. עָמְדְךָ *Stante te*, Ob. 11. Fut. cum ה Parag. אֶעֱמֹדָה (in pauſa) *Stabo, perſiſtam*, Hab. 2, 1. יַעֲמֹד *Stabit, perdurabit, manebit*, Job. 14, 2. Pl. יַעֲמֹדְנָה (Perſona comm. generis, pro יַעַמְדוּ & תַּעֲמֹדְנָה) *Stabunt, durabunt*, Dan. 8, 22. HIPH. Præt. הֶעֱמִיד *Stitit, ſtatuit; ſtare, ſubſiſtere, perſiſtere, manere fecit; conſtituit, inſtituit; reſtituit, inſtauravit; ſtabilivit; excitavit, erexit; diſtinuit.* Præt. 2 Par. 19, 8. הֶעֱמַדְתָּ *Statuiſti* v. g. pedes meos, Pſ. 31, 9. Cum Aff. וְהַעֲמַדְתִּיהוּ *& Conſtituam eum*, 1 Par. 17, 14. Part. m. מַעֲמִיד *Stans*, 2 Par. 18, 34. Inf. לְהַעֲמִיד *ad Reſtituendum*, Eſr. 9, 9. Imp. הַעֲמֵד *Statue, conſtitue*, Jeſ. 21, 6. Fut. יַעֲמִיד *Conſtituet*, Prov. 29, 4. Fut. conv. וַיַּעֲמֵד *Stare fecit*, Pſ. 107, 25. HOPH. Præt. הָעֳמַד *Conſtitutus, ſtabilitus eſt.* Part. m. מָעֳמָד *Conſtitutus*, 1 Reg. 22, 35. Fut. יָעֳמַד *Conſtituetur*, Lev. 16, 10.

עֹמֶד m. *Statio*; hinc cum Aff. עָמְדוֹ *Statio ejus*, 2 Par. 34, 31. עָמְדֶךָ *Statio tua*, Dan. 10, 11. Al. eſt Infin.

עֶמְדָּה

עֶמְדָּה f. *Conſtitutio*, *ſtatio*. Cum Aff. עֶמְדָּתוֹ *Statio ejus ſ. ſua*, Mich. 1, 11.

עַמּוּד m. *Columna*, *ſtatua*; *ſtabilimentum*, 2 Reg. 25, 17. Cſt. עַמּוּד *Columna* v. g. ignis, Ex. 13, 22. Pl. עַמּוּדִים *Columnæ*, 1 Reg. 7, 2. Cum Aff. עַמּוּדָיו *Columnæ ejus* ſ. *ſuæ*, Cant. 3, 10. Cſt. עַמּוּדֵי Ez. 42, 6. item עַמֻּדֵי Num. 3, 37.

מַעֲמָד m. *Status*, *ſtatio*; *conſtitutio*, *miniſterium*. Cſt. מַעֲמַד 1 Reg. 10, 5. Cum Aff. מַעֲמָדָם *Statio eorum*, 1 Par. 23, 28.

עִמָּדִי propr. Quod adſtat mihi, i. e. *Apud* vel *Penes me*, *mecum*, Gen. 21, 23. *Contra me*, Ex. 17, 2. *Erga me*, Ruth. 1, 8. *Meus*, Job. 23, 10. *Præter me*, Deut. 32, 39.

II. עָמַד. Ar. عمد II. Cadere curavit. VIII. Inclinavit ſe. Hinc HIPH. Præt. הֶעֱמַדְתָּ *Cadere ſ. inclinare feciſti*; *incurvaſti*, Ez. 29, 7. Aliis eſt pro הִמְעַדְתָּ Vacillare feciſti, a מעד; Sed præter rem!

עָמַל *Laboravit*, *elaboravit*; propr. cum moleſtia & dolore. Meton. *Moleſtia affectus fuit*. Idem Ar. عمل Laboravit, elaboravit. Servitium detulit. Operatus eſt. Præt. עָמַל Eccl. 2, 21. & עָמַל ib. 18. Prov. 16, 26. Part. Pl. m. עָמֵלִים *Laborantes*, Jud. 5, 26. Fut. יַעֲמֹל *Laborabit*, Eccl. 8, 17.

עָמֵל m. (aliis Nomen, aliis Partic.) Idem, quod Ar. عامل *Laborans*; it. *Ærumnoſus*; Job. 20, 22. Plur. vid. in verbo.

עָמָל m. *Labor*; it. *Moleſtia*, *ærumna*; *defatigatio*, Pſ. 7, 15. Cſt. עֲמַל Pſ. 73, 5. Cum Aff. עֲמָלוֹ *Labor ejus*, Eccl. 1, 3. Ar. dicitur etiam عَمَل Labor. Hebr. etiam עָמָל dicitur *Religio* ſ. *cultus idolorum falſus*, i. e. moleſtiam afferens.

I. עָמַם. Ar. عَمَّ Communis fuit res. Communem fecit rem. Communiter præſtitit. Hinc

עַם & עָם m. *Populus*, *gens*, *natio*; *populares*, *cives* i. e. in communione agentes; Gen. 11, 6. Eſth. 1, 22. Cum Aff. עַמְּךָ *Populus tuus*, Jeſ. 10, 22. Pl. עַמִּים *Populi*, Pſ. 9, 12. Cſt. עַמֵּי Deut. 28, 10. Cum Aff. עַמָּיו *Populi ejus*, Gen. 25, 8.

עֲמָם m. Sing. inuſit. Hinc vero Pl. עֲמָמִים *Populi*, *gentes*, *nationes*, Neh. 9, 22. Cſt. עַמְמֵי Neh. 9, 24. Cum Aff. עֲמָמֶיךָ *Populi tui*, Jud. 5, 14.

עָמִית

עֲמִית m. (quod aliis ab עמם derivatur, rectius vero ab Ar. عمت Glomeratim i. e. conjunctim f. simul collegit, devenire videtur) *Popularis, socius, vicinus;* vulgo etiam *proximus.* Cum Aff. עֲמִיתִי *Proximus meus; qui est ut ego, apud me*, Zach. 13, 7. Joh. 1, 1. Phil. 2, 6. עֲמִיתְךָ *Popularis tuus*, Lev. 18, 20.

עֻמָּה (ab eodem verbo عمت) propr. Conjunctio, combinatio; per modum Præpos. vero, *Secundum, juxta.* Cst. & fere semper cum Præf. ל, לְעֻמַּת *E regione, contra*, Ez. 3, 8. Nude, עֻמַּת *Juxta, propinque*, Eccl. 5, 15. Cum Aff. לְעֻמָּתוֹ *Juxta, penes ipsum*, 2 Sam. 16, 13. לְעֻמָּתָם *ex Opposito s. adverso, e regione eorum*, Ez. 1, 20. Plur. לְעֻמּוֹת *Ex adverso, e regione*, Ez. 45, 7.

עִם propr. Communio. Ut Præpositio 1) *Cum*, Gen. 18, 23. 2) *A, ab*, Job. 27, 13. 3) *Ad*, 2 Par. 1, 9. 4) *Apud, prope*, Gen. 27, 44. 5) *Circa*, Jud. 19, 10. 6) *Contra*, Ex. 17, 8. 7) *Coram*, 1 Sam. 2, 21. 8) *Erga*, Jos. 2, 12. 9) *Et*, 1 Sam. 16, 12. 10) *Æque ac*, Eccl. 2, 16. 11) *In;* cum Abl. Num. 14, 24. 12) *Inter*, Jes. 38, 11. 13) *Nempe*, Gen. 21, 10. 14) *Præ, magis quam*, Eccl. 7, 11. 15) *Præter*, Ps. 73, 25. 16) *Pro*, 1 Sam. 14, 45. 17) *Quamdiu*, Ps. 72, 5. 18) *Quum, quando*, Esr. 1, 11. 19) *Sicut, tanquam*, Deut. 18, 13. 20) *Simul*, 1 Sam. 17, 42. 21) *Sub*, 2 Par. 17, 14. 22) *Super*, Job. 30, 1. 23) *Usque ad* s. *in;* Cum Accus. Dan. 3, 23. Cum מ Præf. *E, ex*, Gen. 48, 12. Cum Aff. עִמְּךָ *Tecum*, Gen. 21, 22. Et sic cum reliquis.

Dei (h. e. angelorum, magnorum & multorum populorum, corporum cœleſtium, rerum creatarum, 2 Sam. 5, 10.) cœli, (i. e. Sidera, ſpec. a gentilibus adorata, Devt. 4, 19.) militum, Devt. 20, 9. miniſtrantium, Num. 1, 3. cſt. צְבָאוֹת Ex. 12, 41. Aff. צִבְאֹתָם *Exercitus eorum*, Ex. 6, 26.

צבב. Ar. ضبّ Tumuit, intumuit. It. Carnoſus fuit. Hinc

צָב m. I. *Currus cameratus*, qſ. tumidus; it. *Tumor*; ac potius צָב Num. 7, 3. Pl. צַבִּים *Currus camerati*, Jeſ. 66, 20. II. *Lacerta Lybica* ſ. *Arabica* ſ. *terreſtris*, diſtentiore corpore & cauda, Lev. 11, 29. Ar. ضبّ Idem. Al. Bufo; al. Crocodilus.

I. **צָבָה** *Tumuit, intumuit*; qſ. inflatus fuit, ab Ar. صبا Flavit ventus. Præt. f. וְצָבְתָה & *intumeſcet*, Num. 5, 27. HIPH. הִצְבָּה *Tumidum reddidit.* Inf. cum Præf. לַצְבּוֹת pro לְהַצְבּוֹת *ad tumidum reddendum*, Num. 5, 21.

צָבֶה f. *Tumens, tumida*, Num. 5, 22.

II. צבה. Ar. صفا Clarus, purus fuit; unde etiam صفاء Claritas, puritas; nec non صافي Nitens, ſplendens v. g. enſis. Hinc fortaſſe, aut, quia homines plerumque ornamentis intumeſcere ſolent, a צָבָה eſt

צְבִי m. *Decus, gloria, ornamentum*, Jeſ. 28, 1. in pauſa צֶבִי Dan. 8, 9. הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל *O decus Iſraëlis*, 2 Sam. 1, 19. Al. Caprea, inepte!

III. צְבִי m. Idem, quod Ar. ظبي *Capreolus, dorcas; gazella*, Cant. 2, 19. Pl. צְבָיִם & צְבָאִים *Capreoli*, 2 Sam. 2, 18. 1 Chr. 12, 8.

צְבִיָּה f. Ar. ظبية *Caprea*, Cant. 4, 5. Hinc Tabitha Act. 9, 36.

צְבָאוֹת f. pl. (fortaſſe a Sing. צְבָיָה) *Capreæ*, Cant. 2, 7. cſt. צִבְאוֹת Jer. 3, 19.

צָבַט *Porrexit.* Reſpondet Ar. ضبط Cepit, tenuit; carpſit. Fut. conv. וַיִּצְבָּט & *cepit* pro illa, Ruth. 2, 14.

I. **צָבַע** *Tinxit; coloravit; pinxit.* Idem plane Ar. صبغ Tinxit, imbuit, immerſit. Conv. etiam cum טָבַע Immerſus, demerſus fuit. Part. Pah. הַעַיִט צָבוּעַ *Num avis colorata* ſ. *diſcolor* (i. e. noctua) erit hæreditas mea? Jer. 12, 9.

צְבַע Chald. *Idem.* Part. PAH. pl. מְצַבְּעִין *Intingunt*, Dan. 4, 22. ITHP. Fut. יִצְטַבַּע *Tingatur*, ib. v. 12.

צֶבַע m. Hebr. *Color*, *tinctura*, *coloratum*, Jud. 5, 30. Pl. צְבָעִים *Vestes coloratæ*, ibid. Ar. صبغ Colore infecta vestis. Al. Operis Phrygionici s. polymita.

אֶצְבַּע m. *Digitus;* ab intingendo dictus, Jes. 58, 9. Aff. אֶצְבָּעוֹ *Digitus suus*, Lev. 4, 6.

אֶצְבָּעָה f. Sing. inusit. unde Pl. אֶצְבָּעוֹת *Digiti*, Jer. 52, 21. cst. אֶצְבְּעוֹת 2 Sam. 21, 20. Aff. אֶצְבְּעֹתֶיךָ *Digiti tui*, Ps. 8, 4.

אֶצְבְּעָן f. pl. Chald. *Digiti*, Dan. 5, 5. Emph. אֶצְבְּעָתָא Dan. 2, 41. cst. אֶצְבְּעָת ib v. 42.

II. צְבֹעִים pl. m. a Sing. צְבֹעִי Patronym. *Tzeboitæ.* Cum ה emph. 1 Sam. 13, 18. Boch. Hyænæ; al. Regulorum; al. Viperarum.

צָבַר *Congessit*, *collegit*, *coacervavit.* Respondet plane Ar. صبر Congessit. II. Comportavit. Fut. יִצְבֹּר *Congeret*, Ps. 39, 7. Job. 27, 16. Fem. conv. וַתִּצְבֹּר *& congessit*, Zach. 9, 3. Pl. יִצְבְּרוּ *Coacervabunt*, Gen. 41, 35.

צִבּוּר m. *Acervus;* unde Pl. צִבֻּרִים *Acervi*, 2 Reg. 10, 8.

צבת. Ar. ضبث Adstrinxit manu; unde إضْبَاث Pugilli. Hinc

צֶבֶת m. *Manipulus minor.* Pl. צְבָתִים *Manipuli*, Ruth. 2, 16.

צדד. Ar. صدّ Vultum avertit, h. e. aversum latus ostendit. Hinc

צַד m. *Latus*, Jes. 60, 4. Aff. צִדּוֹ *Latus ejus*, 1 Sam. 6, 8. Fem. צִדָּה (sine Mappik) 1 Sam. 20, 20. Pl. צִדִּים *Latera*, Jud. 2, 3. cst. צִדֵּי Ex. 26, 13. Aff. צִדֵּיכֶם *Latera vestra*, Jos. 23, 13.

צַד m. Chald. *Idem.* Cum Præf. לְצַד *ad latus; adversus*, *contra*, Dan. 7, 25. Ar. صدد Ex adverso. מִצַּד *Propter;* rectius *Contra*, Dan. 6, 5.

I. צָדָה (affine est verbo צוּד Ar. صاد pro صيد Venatus est) *Studiose quæsivit*, *venatus est.* Præt. צָדָה *Quæsiverit*, Ex. 21, 13. Part. צֹדֶה *Quærens*, 1 Sam. 24, 12. NIPH. נִצְדָּה *Vastatus fuit*, ex usu Chald. aut Syr. Præt. pl. נִצְדּוּ *Desolatæ sunt*, Zeph. 3, 6. Sic etiam Ar. صدى in IV. dicit: Profligavit. Perdidit.

צְדִיָּה f. *Indagatio, induſtria, data opera*, Num. 35, 22.

II. צדה. Ar. صدى II. Se oppoſuit. IV. Averſus, adverſatus fuit. Hinc videtur eſſe הַצְדָא Chald. *Aph.* pro אַצְדָּא *Num adverſatus fuit?* Dan. 3, 14. Al. Serione; verumne eſt; an ſtudio, num de induſtria?

צדק *Juſtus, æquus; fidelis; verax fuit; Juſtificatus eſt; Juſte egit.* Ar. صدق plane Idem. Præt. צָדַקְתָּ *Juſte egiſti*, Job. 33, 12. Pl. צָדְקוּ *Juſta ſunt*, Pſ. 19, 10. Fut. אֶצְדָּק *Juſtus ſum*, Job. 9, 20. Pl. תִּצְדַּקְנָה *Juſtæ ſunt*, Ez. 16, 52. NIPH. Præt. נִצְדַּק *Juſtificatus eſt*, Dan. 8, 14. PIH. צִדֵּק *Juſtificavit, juſtum declaravit.* Præt. f. צִדְּקָה Jer. 3, 11. Inf. cum Aff. צַדְּקֶךָ *Juſtum declarare te*, Job. 33, 32. Alia forma בְּצַדֶּקְתֵּךְ *quum juſtificas tu*, Ez. 16, 52. Fut. conv. f וַתְּצַדְּקִי *& juſtificaſti*, Ez. 16, 51. HIPH. הִצְדִּיק *Juſtificavit, juſtum pronunciavit, abſolvit.* Præt. conv. cum Aff. וְהִצְדַּקְתִּיו *& juſtum declarabo eum*, 2 Sam. 15, 4. Part. מַצְדִּיק *Juſtificans*, Prov. 17, 15. Pl. cſt. מַצְדִּיקֵי *Juſtificantes*, Jeſ. 5, 23. Inf. הַצְדִּיק *Juſtificare*, 1 Reg. 8, 32. Imp. pl. הַצְדִּיקוּ *Juſtificate*, Pſ. 82, 3. Fut. אַצְדִּיק *Juſtificabo*, Ex. 23, 7. HITHP. Fut. pl. נִצְטַדָּק *Juſtificabimus, excuſabimus nos*, Gen. 44, 16.

צֶדֶק m. *Juſtum, juſtitia; jus*, Devt. 16, 20. Aff. צִדְקוֹ *Juſtitia ejus*, Pſ. 50, 6. Ar. صدق Idem.

צְדָקָה f. *Juſtitia*, Jeſ. 45, 23. *Judicium*, Jeſ. 28, 17. *Miſericordia, beneficentia*, Pſ. 112, 9. It. *Eleemoſyna.* cſt. צִדְקַת Ez. 18, 20. Aff. צִדְקָתוֹ *Juſtitia ejus*, Pſ. 22, 32. Pl. צְדָקוֹת *Juſtitiæ*, Eſ. 45, 24. צִדְקוֹת Mich. 6, 5. Aff. צִדְקֹתֵינוּ *Recte facta noſtra*, Eſ. 64, 5.

צַדִּיק m. *Juſtus, juſtificatus; verax, promiſſa præſtans*, Gen. 6, 9. Neh. 9, 8. *Fortis, violentus*, Jeſ. 49, 24. Synon. עָרִיץ. Ar. صدّوق aut صدّيق Id. Al. Juſtus, i. e. qui bello, ut juſto titulo, aliquid acquiſivit. Pl. צַדִּיקִים *Juſti*, Pſ. 1, 5.

צהב. Ar. صهب Rubedo albedini mixta. Flavedo. Hinc HOPH. Part. מֻצְהָב *Fulgens f. fulvus factus*, Eſr. 8, 27.

צָהֹב m. *Fulgens colore flavo, fulvus*, Lev. 13, 30.

צָהַל *Hinnivit, exultavit*, Ar. صهل Idem. Præt. f. צָהֲלָה *Exultavit*, Eſth. 8, 15. Pl. צָהֲלוּ *Exultaverunt*, Eſ. 24, 14. Imp. f. צַהֲלִי

f. צַהֲלִי *Exulta*, Jeſ. 10, 30. Pl. צַהֲלוּ *Exultate*, Jer. 31, 7. Fut. תִּצְהֲלִי *Exultabis*, ſec. Cheth. Jer. 50, 11. Pl. תִּצְהֲלוּ *Exultabitis*, ſec. Keri, ibid. יִצְהָלוּ (in pauſa) *Exultabunt*, Jer. 5, 8. HIPH. Inf. לְהַצְהִיל *ad exhilarandum*, Pſ. 104, 15. dicitur pro לְהַצְהִיר ad ſplendidam efficiendam faciem; vid. צהר.

מִצְהָלָה f. Sing. inuſ. unde Pl. cſt. מִצְהֲלוֹת *Hinnitus*, Jer. 8, 16. Aff. מִצְהֲלוֹתַיִךְ *Hinnitus tui*, Jer. 13, 27.

צהר Idem, quod זהר Luxit, ſplenduit. Conv. etiam ظهر Luxit. Fut. quaſi hujus verbi eſt

יִצְהָר m. *Oleum*, a pellucido colore dictum, Num. 18, 12. Aff. יִצְהָרְךָ (in pauſa) *Oleum tuum*, Devt. 7, 13. Hinc HIPH. Fut. pl. יַצְהִירוּ *Oleum expriment*, Job. 24, 11.

צֹהַר m. *Feneſtra*, i. e. transmittens lucem, Gen. 6, 16.

צָהֳרַיִם m. Du. *Meridies*, *medius dies*; qſ. duo ſplendores, Jer. 20, 16. Ar. ظهيرة Idem.

צוא, צוֹאָה vid. in יצא.

צַוָּאר m. Collum; vid. in צור.

I. צוד Idem, quod Ar. صاد pro صيد *Venatus eſt*. Cepit; unde etiam صيْد Piſcatio; nec non صيّاد Piſcator; it Venator. Præt. pl. צָדוּ *Venati ſunt*, Thr. 4, 18. aut ut vox Milrah eſt a צדה Part. צָד *Venator*, Gen. 27, 33. Inf. צוּד & צוֹד *Venari*, Thr. 3, 52. Gen. 27, 5. Imp. cum ה parag. צוּדָה *Venare*, Gen. 27, 3. Fut. יָצוּד *Venabitur*, Lev. 17, 13. PIH. צוֹדֵד *Idem*. Part. pl. fem. מְצוֹדְדוֹת *Venantes*, Ez. 13, 20. Inf. צוֹדֵד *Venari*, ib. v. 18. Fut. pl. f. תְּצוֹדֵדְנָה *Venamini*, ibid.

צַיִד m. *Venatio*, *quod venando capitur*, Gen. 25, 27. 28. Ar. صيْد Idem. cſt. צֵיד Lev. 17, 13. Aff. צֵידוֹ *Venatio ſua*, Gen. 27, 30.

צֵידָה & צֵדָה f. *Idem*, Gen. 27, 3. c. 42, 25.

צַיָּד m. *Venator*, Ar. صيّاد Idem. Pl. צַיָּדִים *Venatores*, ſec. Keri Jer. 16, 16. Cheth. צַיָּדִים Idem.

מָצוֹד m. *Muſcipula*, *decipula*; *rete*. Cſt. מְצוֹד Prov. 12, 12. Pl. מְצוֹדִים *Retia*, Eccl. 7, 26. Arab. مصيدة Rete, Caſſes, funes.

מָצוֹר m. *Rete*, pec. venatorium; *laqueus*. Aff. מְצוּדוֹ *Rete suum*, Job. 19, 6.

מְצוֹדָה f. *Sagena*, Eccl. 9, 12.

מְצוּדָה f. *Venatio*, Ez. 13, 21. *Sagena*, Ez. 12, 13. *Rete*, Pf. 66, 11. Ez. 17, 20.

II. צוּד. Ar. زَوَّدَ (fignificatione a feq. nomine petita) *Pro commeatu & viatico affumfit quid.* Hinc HITHP. Præt. pl. הִצְטַיַּדְנוּ *Viaticum fumfimus*, Jof. 9, 12.

צַיִד m. Idem, quod Ar. زَوْد *Commeatus*, *viaticum*, Neh. 13, 15. Aff. צֵידוֹ *Commeatus ejus*, Prov. 12, 27.

צֵדָה f. *Idem*, Gen. 42, 25. Jof. 1, 11. & צֵידָה Jof. 9, 11.

I. צוה. Ar. وصي II. Præcepit; unde etiam وَصِيَّة Præceptum; ab Hebr. צִוָּה *Præcepit*, *juffit*, *mandavit*; *commendavit*; *ordinavit* (quod ipfum fortaffe a ضاء in II. Lucidum reddidit. In re profpectus fuit.) Hebr. צִוָּה conftr. cum אֶל, עַל & לְ. Præt. צִוָּה 1 Sam. 20, 29. Cum Aff. צִוַּנִי *Præcepit mihi*, Devt. 4. 5. צִוְּךָ (in paufa, pro צִוְּךָ) *Præcepit tibi*, Devt. 6, 17. צִוָּהוּ *Præcepit ei*, Gen. 7, 5. צִוָּם *Præcepit eis*, Gen. 50, 12. 3 f. f. צִוְּתָה Efth. 4, 17. cum Aff. צִוָּתָהּ (pro צִוְּתָה) *Præcepit ei*, Ruth. 3, 6. 2 p. f. צִוִּיתָ & צִוִּיתָה *Præcepifti*, Pf. 7, 7. 119, 4. 1 p. f. צִוִּיתִי & צִוֵּיתִי *Præcepi*, Ex. 29, 35. Lev. 8, 31. cum Aff. צִוִּיתִים aut צִוִּיתָם *Præcepi eis*, Jer. 7, 22. Dev. 9, 12. Part. מְצַוֶּה *Præcipiens*, Devt. 4, 2. Cum Aff. מְצַוְּךָ *Præcipiens tibi*, ib. v. 40. in paufa מְצַוֶּךָּ Devt. 6, 2. inde cum י epenth. מְצַוֶּיךָ Devt. 12, 14. Inf. צַוֹּת *Præcipere*, Gen. 49, 33. Imp. צַוֵּה *Præcipe*, Jof. 4, 16. apoc. צַו Num. 5, 2. Pl. צַוּוּ *Præcipite*, Jof. 1, 11. Fut. אֲצַוֶּה *Præcipiam*, Ex. 25, 22. apoc. וָאֲצַו *& præcepi*, Devt. 3, 18. 3 f. m. יְצַוֶּה *Præcipiet*, Gen. 18, 19. apoc. וַיְצַו *& præcepit*, Gen. 2, 16. PYH. צֻוָּה *Præceptum fuit*, Num. 3, 16. צֻוֵּיתִי *Juffus fum*, *præceptum mihi eft*, Lev. 8, 35. Fut. יְצֻוֶּה *Jubebatur*, Ex. 34, 34.

מִצְוָה f. *Præceptum*, *mandatum*, Prov. 6, 23. Cft. מִצְוַת Pf. 19, 9. Aff. מִצְוָתוֹ *Præceptum ejus*, Num. 15, 31. Pl. מִצְוֹת *Præcepta*, Prov. 10, 8. Aff. מִצְוֹתֶךָ & מִצְוֹתֶיךָ *Præcepta tua*, Pf. 119, 6. Dan. 9, 5.

II.

II. צוח. Ar. ضاح pro ضوأ IV. Excrevit; nec non Æthiop. Zajaa, Foetuit. Hinc

צֹא Sordes f. *foetor*, Jes. 28, 10. 13. Hos. 5, 11. Al. Præceptum, s. præcipe!

צֹאָה f. *Sordes*, *excrementa*, Jes. 28, 8.

צָוַח *Vociferatus est*. Ar. صاح pro صيح plane Idem. Fut. pl. in pausa יִצְוָחוּ *Vociferentur*, Jes. 42, 11.

צְוָחָה f. *Clamor luctuosus*, *vociferatio*, Jes. 24, 11. cst. צִוְחַת Jer. 14, 2. Aff. צְוָחָתֵךְ *Clamor tuus*, Jer. 46, 12. Ar. صيح & صيحة Idem.

צול rad. inusit. Conv. צלל & ضلّ Obumbrari & profundum petere. Inde vero

צוּלָה f. *Profundum*, *profunditas*, Jes. 44, 27.

מְצוּלָה f. *Idem*, Ps. 69, 3. it. מְצֻלָּה Zach. 1, 8. Pl. מְצוּלוֹת & מְצֻלוֹת *Loca profunda*, Zach. 10, 11. Ps. 68, 23.

מְצוֹלָה f. unde Pl. מְצוֹלוֹת *Loca profunda*, Ex. 15, 5.

צום *Jejunare*. Ar صام prorsus Idem. Præt. צַמְתָּ *Jejunasti*, 2 Sam. 12, 21. Pl. צַמְתֶּם *Jejunastis*, Zach. 7, 5. Cum Aff. צַמְתֻּנִי pro צַמְתֶּם לִי *Jejunastis mihi*, ibid. Pl. צַמְנוּ *Jejunavimus*, Jes. 58, 3. Part. צָם *Jejunans*, Neh. 1, 4. Inf. צוֹם *Jejunando*, Zach. 7, 5. Imp. pl. צוּמוּ *Jejunate*, Esth. 4, 16. Fut. אָצוּם *Jejunabo*, Esth. 4, 16. conv. וַיָּצָם & *jejunavit*, 2 Sam. 12, 16. & in pausa וַיָּצוֹם 1 Reg. 21, 27. Pl. וַנָּצוּמָה pro וַנָּצוּם & *jejunavimus*, Esr. 8, 23.

צוֹם m. *Jejunium*, Jes. 58, 6. Aff. צוֹמְכֶם *Jejunium vestrum*, Jes. 58, 3.

צוֹמוֹת f. pl. *Jejunia*, Esth. 9, 31.

צוף *Fluere*, *effluere*, *exundare*. Ar. طاف in IV. Inundare fecit. Stillavit. Præt. pl. צָפוּ *Fluxerunt*, Thr. 3, 54. HIPH. Præt. הֵצִיף *Inundare*, *fluere*, *natare fecit*, Devt. 11, 4. Fut. conv. וַיָּצֶף & *natare fecit*, 2 Reg. 6, 6.

צָפָה f. (formæ קָמָה) *Inundatio*. Cum Aff. צָפָתֶךָ *Inundationis tuæ*, deiner Wäfferung, Ez. 32, 6. Al. est. Partic. fem. gen.

צוּף m. *Favus*, Prov. 16, 24. Pl. צוּפִים *Favi*, Ps. 19, 11.

צוץ. Ar. صاص Protulit v. g. planta, palma. Hinc Hebr. צוץ *Florere*, Præt. צָץ *Effloruit*, *erupit in florem*, Ez. 7, 10.

HIPH.

HIPH. הֵצִיץ *Floruit; it. Profpeſtavit*, qſ. emicuit. Part. מֵצִיץ *Profpectans*, Cant. 2, 9. Fut. יָצִיץ *Floret*, Pſ. 90, 6. Pl. יָצִיצוּ *Florebunt*, Pſ. 72, 16.

צִיץ m. 1) *Flos* (intell. fructus, non foliorum) Ex. 28, 36. Pl. צִצִּים pro צִיצִים *Flores*, 1 Reg. 6, 18. Dicitur pro נִצָּן, vid. נצץ 2) *Antiæ*, *capronæ*, Jer. 48, 9. Vid. ad נָצָא.

צִיצָה f. *Idem*. Cſt. צִיצַת Eſ. 28, 4. Dicitur pro נִצָּה.

צִיצִת f. vid. in נצץ.

I. צוק *Fundere*. Ar. صاق in V. Inquinatus h. e. perfuſus fuit. Præt. pl. cum ן parag. צָקוּן *Fundebant* orationem querulam, Jeſ. 26, 16. Fut. יָצוּק *Fundit*, Job. 28, 2. 29, 6.

II. צוק *Arctari*, *coarctari*; *arcte cohærere*. Reſp. Ar. ضاق Anguſtus, arctus fuit. II. Arctavit. Fut. יָצוּק *Arcte cohærebit*, Job. 41, 15. *Arctabitur*, Pſ. 41, 9. HIPH. הֵצִיק *Arctavit*, *coarctavit*; *anxit*; *preſſit*. Conſtr. cum Dat. interdum cum Acc. Præt. f. הֵצִיקָה *Arctavit*, Jud. 16, 16. Cum Aff. הֱצִיקַתְהוּ *Arctavit eum*, Jud. 14, 17. 1 p. ſ. conv וַהֲצִיקוֹתִי *& premam*, Jeſ. 29, 2. Part. מֵצִיק *Arctans*, Jeſ. 51, 13. Pl. מְצִיקִים *Arctantes*, Jeſ. 29, 7. Fut. יָצִיק *Premet*, Devt. 28, 53. Pl. יָצִיקוּ *Prement*, Jer. 19, 9. HOPH. Part. m. מוּצָק *Anguſtia affectus*, Jeſ. 8, 23.

צוֹק m. *Anguſtia*, Dan. 9, 25. Ar. ضِيق Idem.

צוּקָה f. *Idem*, Jeſ. 8, 22.

מָצוֹק m. *Idem*, Pſ. 119, 143. Ar. مضيق Idem.

מָצוּק m. *Firmamentum*, *ſtatumen*, i. e. quod premitur ſ. arctatur, 1 Sam. 14, 5. Pl. cſt. מְצֻקֵי *Statumina*, 1 Sam. 2, 8.

מוּצָק & מוּצַק m. *Anguſtum*, *anguſtia*, Job. 36, 16. 37, 10.

מְצוּקָה f. *Idem*, Zeph. 1, 15. Pl. cum Aff. מְצוּקוֹתַי *Anguſtiæ meæ*, Pſ. 25, 17.

I. צור *Formare*, *effigiare*. Idem cum Ar. صار pro صور Efformavit. II. Effecit. Figuravit. Fut. conv. וַיָּצַר *& formavit*, Ex. 32, 4. 1 Reg. 7, 15.

צִיר m. Forma, vid. in יצר.

צוּרָה f. *Forma*. Cſt. צוּרַת Ez. 43, 11. Aff. צוּרָתוֹ *Forma ejus*, ib. צוּרָם pro צוּרָתָם *Forma eorum*, ſec. Keri Pſ. 49, 15. Pl. cum Aff. צוּרוֹתָיו *Formæ ejus*, Ez. 43, 11.

II.

II. צור *Includere, colligare.* Conv. quoque Ar. صلى pro صير Congeſſit, cohibuit. II. Concluſit; ut & صر Nodavit, circumligavit. Præt. conv. וְצַרְתָּ *& ligabis*, Devt. 14, 25. Cum Aff. צַרְתַּנִי *Incluſiſti me*; al. Formaſti me, Pſ. 139, 5. Imp. צור *Liga*, Jeſ. 8, 16. Fut. conv. וַיָּצַר *& ligavit*, 2 Reg. 5, 23. Pl. נָצוּר *Colligabimus*, Cant. 8, 9.

מָצוֹר m. *Munitio, propugnaculum, circumvallatio*, Devt. 20, 19. Mich. 7, 12. Jeſ. 19, 6. 37, 25. 2 Reg. 19, 24. It. *Caſtellum, ſpecula*, Hab. 2, 1. עִיר מָצוֹר *Urbs munita*, Pſ. 31, 22. 60, 11. 2 Chr. 8, 5. 11, 5. 10. 11. 12, 4. Cſt. מְצוֹר Ez. 4, 7.

מְצוּרָה f. *Idem*, 2 Chr. 14, 5. Pl. מְצוּרוֹת & מְצֻרוֹת *Propugnacula*, 2 Chr. 11, 10. 23.

III. צור *Obſedit, arctavit; inimicatus eſt; hoſtiliter egit; preſſit, incluſit.* Reſp. Ar. ضار pro ضير, aut ضر Nocuit, læſit, hoſtis fuit. V. Contorſit. Præt. צָר Jeſ. 63, 9. Part. pl. m. צָרִים *Obſidentes*, Jud. 9, 31. Inf. צוּר *Obſidere*, 1 Sam, 23, 8. Imp. f. צוּרִי *Obſide*, Jeſ. 21, 2. Fut. תָּצוּר *Obſidebis*, Devt. 20, 19. cum Aff. תְּצֻרֵם *Hoſtiliter ages cum illis*, Devt. 2, 19. 3. f. m. יָצַר *Hoſtiliter aget*, Jeſ. 11, 13. Sed יֻצַּר *Premetur*, Prov. 4, 12. pertinet ad יצר. Pl. conv. וַיָּצֻרוּ *& obſederunt*, 2 Reg. 20, 15. NIPH. Part. m. (ex terminatione ר) נָצוּר *Obſeſſus*, Ez. 6, 12. Fem. נְצוּרָה Jeſ. 1, 8. aut utrumque eſt a נצר. HIPH. הֵצִיר & הֵצַר *Preſſit, anxit, anguſtavit, anguſtia affecit.* Conſtr. cum Dat. Præt. conv. וְהֵצַר *& arctabit*, Devt. 28, 52. וַהֲצֵרוֹתִי Jer. 10, 18. vid. צרר II. Part. f. מְצֵרָה *Anguſtans ſe*, Jer. 48, 41. Inf. הָצֵר *Arctari*, 2 Chr. 28, 22. Fut. תָּצַר *Arctabis*, Devt. 2, 9. יָצֵר *Anget*, 1 Reg. 8, 37. Pl. conv. וַיָּצֵרוּ *& anxerunt*, Neh. 9, 27.

צַר & צָר m. 1) *Anguſtus, arctus*, Num. 22, 26. Jeſ. 49, 20. 2) *Anguſtia*, Jud. 11, 7. Jeſ. 5, 30. 3) *Hoſtis, infeſtus; arctator*, Jeſ. 59, 19. Aff. צָרִי *Hoſtis meus*, Job. 16, 9. Pl. צָרִים *Hoſtes*, Thr. 1, 7. cſt. צָרֵי Jeſ. 9, 10. Aff. צָרֶיךָ *Hoſtes tui*, Mich. 5, 8.

צָרָה f. 1) *Anguſtia, anxietas*, Zach. 10, 11. Aff. צָרָתוֹ *Anguſtia ejus*, Jeſ. 46, 7. Pl. צָרוֹת *Anguſtiæ*, Pſ. 25, 17. Aff. צָרוֹתָם *Anguſtiæ eorum*, Pſ. 34, 18. 2) *Aemula; inimica*, 1 Sam. 1, 6.

צִיר

צִיר m. 1) *Cardo* (a ضار Contorsit se) Prov. 26, 14. 2) *Dolor, tormen*, (ab eodem). Pl. צִירִים *Dolores*. Jes. 13, 8. 45, 16. Cst. צִירֵי c. 21, 3. Aff. צִירֶיהָ *Dolores ejus*, 1 Sam. 4, 19.

מָצוֹר m. *Obsidio, circumvallatio obsidionalis*, Ez. 4, 8. cst. מְצוֹר c. 4, 7.

מָצוֹר m. *Idem*. Cum·Aff. in pausa מְצוּרֵךְ *Obsidio tua*, Ez. 4, 8.

מְצוּרָה f. *Idem*, Nah. 2, 2.

מֵצַר m. *Angustia*; vid. צרר.

IV. צוּר. Ar. صار Fecit, ut propenderet. Amputavit; unde etiam صارة Jugum montis. Hinc

צַר m. *Rupes, petra*, pec. prærupta, Jes. 5, 28.

צֹר m. *Idem*, Ez. 3, 9. It. *Acies, culter acutus*, Ex. 4, 25. Targ. Lapis acutus.

צוּר m. I. *Rupes, petra*, Devt. 32, 13. Aff. צוּרִי *Rupes mea*, Ps. 19, 15. Pl. צֻרִים *Rupes*, Ps. 78, 15. Cst. צוּרֵי 1 Sam. 24, 3. II. *Acies*, Ps. 89, 44.

צוּרָה f. unde Pl. צוּרוֹת *Rupes*, Job. 28, 10.

V. צוּר Fortasse Ar. زار Visitavit. Adiit honoris ergo hominem, locumve; unde etiam زائر Visitator. Hinc

צִיר m. *Missus, legatus*, Prov. 25, 13. Jer. 49, 14. Obad. v. 1. Pl. צִירִים Nuntii, legati, Jes. 18, 2. Aff. צִירַיִךְ *Legati tui*, Jes. 57, 9. A quo

הִצְטַיֵּר HITHP. *Legatum se præbuit*. Fut. pl. conv. in pausa וַיִּצְטַיָּרוּ *& legatos se gesserunt*, Jos. 9, 4.

VI. צוּר. Fortasse est Ar. دار Circumivit. Gyrum egit. Conversus fuit; unde دوار Gyratus, rotundus; it. Gyrum agens. Atque hinc

צַוָּאר m. *Collum*; a rotunditate dictum & quia caput tantum non gyrat, Jes. 8, 8. Semel צַוָּר Neh. 3, 5. Cst. צַוַּאר Jer. 28, 10. Aff. צַוָּארֵנוּ *Collum nostrum*, Thr. 5, 5. צַוָּרָם (sine א) *Collum eorum*, Neh. 3, 5. Pl. cst. צַוְּארֵי Gen. 45, 14. Aff. צַוָּארָיו *Colla ejus*, Gen. 27, 16.

צַוָּארוֹת f. pl. *Colla*. Cum Aff. צַוְּארֹתֵיכֶם *Colla vestra*, Mich. 2, 3.

צַוַּאר m. CHALD. *Idem*. Aff. צַוְּארָךְ *Collum tuum*, Dan. 5, 16.

צִיּוּן

צַוְּרֹן m. unde Pl. צַוְּרֹנִים *Collaria, monilia.* Aff. צַוְּרֹנָיִךְ *Collaria tua*, Cant. 4, 9.

צוּרָה f. Forma; vid. יצר.

צות (Ar. صات Sonuit res. *Strepitum fecit.* Hinc IV. Fecit, ut creparet.) HIPH. הֵצִית propr. *Crepare fecit.* Meton. *Accendit, combussit.* Fut. cum Aff. אֲצִיתֶנָּה יָּחַד *Omnes combusturus essem;* ich wollte sie alle zusammenkrachen lassen, Jes. 27, 4.

צחה Ar. ضحي Passum fuit solem, i. e. vim in illud exseruit sol. Vid. etiam צחח. Hinc Hebr. Præt. pl. צָחוּ (sec. alios צחו a צחח) *Candidi fuerunt*, Thr. 4, 7.

צַח m. 1) *Arefaciens*, v. g. calor, Jes. 18, 4. 2) *Candidus;* qui qs. a sole inalbuit, Cant. 5, 10. 3) Metaph. Pl. f. צָחוֹת *Pura, recta, vera*, Jes. 32, 4. ubi al. צַחוֹת.

צִחֶה m. unde constr. צִחֵה צָמָא *Arens siti*, Jes. 5, 13.

I. צחח. Ar. ضحّ Splenduit qs. a sole IV. Vim suam in rem exseruit sol. vid. etiam antec. צחה. Hinc

צְחִיחַ m. *Conspicuus, nudus* v. g. locus, rupes; qs. apricus & nitidus. Cft. Ez. 24, 7. 8. 26, 4. 14. Pl. צְחִיחִים *Loca conspicua, ardua*, Neh. 4, 7.

צְחִיחָה f. *Ariditas*, i. e. *Locus valde desertus & aridus sterilisque*, Ps. 68, 7.

צַחְצָחוֹת f. pl. *Siccitates; summa ariditas*, Jes. 58, 11.

מֵצַח m. (formæ מֵסַב; pro מִצְחָה) *Frons;* a nitore dicta, Ex. 28, 38. Aff. מִצְחוֹ *Frons ejus*, ib.

מִצְחָה f. unde Pl. מִצְחוֹת *Frontes*, Ez. 9, 4.

מִצְחָה f. Metaph. *Anterior rei facies, frontale.* Cft. מִצְחַת *Frontale* aereum super Pedibus ejus, 1 Sam. 17, 6. ab Arab. صحصح f. ضحضح Manifesta fuit res.

II. צחח. Ar. صحّ Vehementia sua perstrepuit; obtudit, surdas reddidit aures; unde صاخّة Sonus radens, obtundens aures. Hinc

צַח m. *Vehementer strepens, valde sonorus & obtundens aures strepitus*, v. g. ventus, Jer. 4, 11. Al. Serenus, siccus.

צחן. Ar. صخي Conspurcatus fuit; unde صخي Macula, sordes;

fordes; cui convenit Syriacum ܨܘܐ Sordidus, contaminatus. Hinc

צַחֲנָה f. *Putor, fordes.* Aff. צַחֲנָתוֹ *Putor ejus*, Joël 2, 20. LXX. βρῶμος, vitiofe ut puto, pro βρῶμος, graveolentia, foetor.

צָחַק *Rifit, arrifit.* Idem cum Ar. ضحك Rifit, irrifit. Conv. etiam cum שָׂחַק Præt. f. צָחֲקָה Gen. 18, 13. Fut. יִצְחַק pro יִצְחָק *Ridebit*, Gen. 21, 6. Fem. conv. וַתִּצְחַק *& rifit*, Gen. 18, 12. PIH. צִחֵק *Irrifit; lufit, illufit, collufit, jocatus eft.* Cft. cum ב & ל Part. מְצַחֵק *Irridens*, Gen. 21, 9. Inf. צַחֵק *Irridere*, Ex. 32, 6. Fut. conv. וַיְצַחֵק *& lufit*, Jud. 16, 25.

צְחֹק m. *Rifus, lufus*, Gen. 21, 6. Ez. 23, 32.

צחר. Ar. صحر XI. Valde albus fuit. Hinc

צַחַר m. *Candor, nitor*, Ez. 27, 18.

צָחֹר m. *Nitidus;* unde Plur. f. צְחֹרוֹת *Nitidæ*, v. g. afinæ, Jud. 5, 10.

צִי m. Navis; vid. in צִיא.

צִיָּה f. (ab Ar. صوي Exaruit; unde صاو; f. صاوية & صوية Siccus,) *Aridus locus f. terra*, Job. 24. 19. 30, 3. Pl. צִיּוֹת *Loca arida*, Pf. 105, 41.

צָיוֹן m. *Siccitas*, Ef. 25, 5. 32, 2.

צִיִּים m pl. (forte a fing. צִיָּה Aridus) I. *Arida loca, loca deferta*, Jef. 23, 13. II. Meton. *Deferticolæ*, 1) Beftiæ, Jef. 13, 21. 2) Homines, i. e. *gentiles*, Pf. 72, 9. 74, 14.

צִיּוּן m. *Signum, tumulus; monumentum;* a lapidibus dictus, Ez. 39, 15. 2 Reg. 23, 17. Sic etiam Ar. صوة Cumulus lapidum, cippus in deferto, viæ fignum & indicium. Pl. צִיּוּנִים *Signa*, Jer. 31, 21.

צִיץ vid. in צוץ & נָצַץ.

צִיר m. Cardo; vid. in צוּר.

צְלָא & צְלָה Chald. Oravit, precatus fuit. Refp. Ar. صلا Juftus fuit. II. Precatus fuit. PAH. Part. מְצַלֵּא *Orans*, Dan. 6, 11. Plur. מְצַלַּיִן *Orantes*, Efr. 6, 10.

צָלָה *Affavit.* Ar. صلا pro صلو Idem. Inf. cft. צְלוֹת *Affare*, 1 Sam. 2, 15. Fut. אֶצְלֶה *Affabo*, Jef. 44, 19.

צָלִי m. *Affum, affatura*, Jef. 44, 16. Cft. צְלִי Ex. 12, 8.

צְלִל & צָלִל m. *Tostum* (ad formam הָגִיג ab הָגָה) Jud. 7, 13. Al. Strepitus.

I. צָלַח vel צָלֵחַ propr. Pertransire v. g. fluvium, spatium quoddam, per hostes, ad metam. Hinc I. *Pertransiit, trajecit, pervasit, processit.* Resp. Ar. سلخ Ad finem perduxit. VII. Egressus est ex aliqua re. Præt. conv. וְצָלְחָה & *pervadet*, 1 Sam. 10, 6. Pl. צָלְחוּ *Pertransierunt*, 2 Sam. 19, 18. Imp. צְלַח *Procede*, Ps. 45, 5. Fut. יִצְלַח *Pertransibit*, Am. 5, 6. II. *Profecit, successit, prosperatus fuit, prosperum successum habuit.* Conv. hic quoque Ar. صلح Recte se habuit res. Idoneum, aptum fuit. II. Rectificavit. IV. Prospere successit res. Præt. f. in pausa צָלֵחָה Jer. 12, 1. Fut. יִצְלַח *Apta est*, Jer. 13, 7. HIPH. הִצְלִיחַ *Secundavit, prosperavit, prosperum effecit.* It. *Secundatus, prosperatus fuit.* Præt. הִצְלִיחַ Gen. 24, 56. conv. וְהִצְלַחְתָּ & *secundaberis*, 1 Chr. 22, 11. Part. מַצְלִיחַ *Secundans*, Gen. 24, 42. Imp. הַצְלַח *Prospero successu utere*, 1 Reg. 22, 15. cum ה parag. הַצְלִיחָה *Secunda*, Ps. 118, 25. Fut. יַצְלִיחַ *Prosperum efficiet*, Ps. 1, 3.

צְלַח Chald. *Processit; prosper fuit.* APH. Præt. הַצְלַח *Prosperos effecit*, Dan. 3, 30. It. *Prospere egit*, Dan. 6, 29. Part. מַצְלַח *Prospero successu utens*, Esr. 5, 8. Pl. מַצְלְחִין *Cum successu*, ib. 6, 14.

II. צְלֹחִית f. *Paropsis, patina*, 2 Reg. 2, 20. Ar. قُلْحٌ dicuntur Patinæ magnæ a قلح Gustavit.

צַלַּחַת f. *Idem*, 2 Reg. 21, 13.

צְלָחָה f. unde Pl. צְלָחוֹת *Patinæ*, 2 Chr. 35, 13.

I. צָלַל *Obumbratus, obscuratus fuit.* Idem cum Ar. ظلّ Obumbravit; aut quod frequentius scribitur ظلّ Umbrosus fuit. II. & IV. Umbra operuit. Præt. pl. צָלְלוּ *Obumbratæ sunt*, Neh. 13, 19. HIPH. הֵצַל *Umbram fecit, obumbravit.* Part. מֵצַל (pro מֵצֵל) *Obumbrans*, Ez. 31, 3.

צֵל m. *Umbra*, Jud, 9, 36. Aff. צִלּוֹ *Umbra ejus*, Cant. 2, 3.

צֵלֶל m. *Idem.* Aff. צִלְלוֹ *Umbra sua*, Job. 40, 22. Pl. צְלָלִים *Umbræ*, Cant. 2, 17. cst. צִלְלֵי Jer. 6, 4. Legitur etiam צֶאֱלִים Job. 40, 16.

צְלָצַל m. al. Umbra; potius: Navis, vid. infra.

צֶלֶם m. *Imago, species;* ab adumbratione dicta, Gen. 9, 6. Aff. צַלְמוֹ *Imago sua*, Gen. 1, 27. Pl. cst. צַלְמֵי *Imagines*, Num. 33, 52. Aff. צְלָמָיו *Imagines ejus*, 2 Reg. 11, 18. Vel est a طلم Formavit.

צְלֵם & צֶלֶם CHALD. *Idem & statua*, Dan. 2, 31. 3, 5. Emph. צַלְמָא Dan. 2, 31.

צַלְמוֹן m. Tenebræ, caligo; umbrosus: nomen montis prope Sichemum, Pf. 68, 15. Ningebat in *Zalmone.*

צַלְמָוֶת f. 1) *Umbra mortis*, i. e. quæ mortis accessu oculis offunditur, Jes. 9, 1. Job. 16, 16. 2) *Umbra in ipsa morte regnans*, Job. 10, 22. 3) Meton. *Loca & res obscurissimæ*, Job. 28, 3.

II. צָלַל *Tinnivit.* Idem cum Ar. صلّ Sonuit cum tinnitu. NIPH. Fut. pl. f. תְּצִלֶּנָה *Tinnient*, Jer. 19, 3. 2 Reg. 21, 12. HIPH. Fut. pl. f. תְּצִלֶּינָה *Tinnient*, 1 Sam. 3, 11.

צֶלְצַל m. Sing. inus. unde Pl. צֶלְצְלִים *Tintinnabula, cymbala,* 2 Sam. 6, 5.

צְלָצַל m. I. Idem, quod Ar. صلصال *Locustæ*, forte stridentes, Devt. 28, 42. II. *Tintinnabulum, cymbalum*; unde Pl. cst. צִלְצְלֵי *Tintinnabula*, Pf. 150, 5. III. *Navigiolum, navis*; unde cst. הוֹי אֶרֶץ צִלְצַל כְּנָפָיִם *Væ terræ navium alatarum*, i. e. *velocium*, Jes. 18, 1. Sic enim non solum 1) optime cum consecutione verborum conspirat; neque solum 2) LXX. hanc vocem interpretantur: πλοίων πτέρυγες; verum etiam 3) Ar. ظلال Naves appellantur, fortasse opertæ, ut, qui iis vehuntur, umbram habeant.

מְצִלּוֹת f. pl. pro מְצִלְצְלוֹת *Tintinnabula, cymbala*, Zach. 14, 20.

מְצִלְתַּיִם m. Dual. *Idem*, 1 Chr. 15, 19.

III. צָלַל *Tremuit, palpitavit.* Præt. pl, צָלְלוּ *Tremuerunt*, Hab. 3, 16. Ita Vulg. Scil. id videtur esse Ar. زلّ Cæspitavit, aut زلزل Contremuit; cui in tantum etiam conv. ضلّ Erravit.

IV. צָלַל *Mersus fuit.* Conv. cum Ar. ضلّ Disparuit. Abditus fuit in aliqua re. IV. Abdidit. Paff. Humatus, sepultus fuit. Præt. pl. צָלְלוּ (pro צָלְלוּ aut צַלּוּ) *Submersi sunt*, Ex. 15, 10.

צָלָל m. *Fiscella*, intell. *piscatoria*; a submersione dicta; qs. Decipula piscium, ut Ar. مُضِلّ Decipiens dicitur, Job. 40, 31.

מְצֻלָה fem. *Locus depressus*, *profundus*, Zach. 1, 8. Vid. etiam צוּל.

צָלִיל m. Tostum, vid. in צלה.

צֶלֶם m. Imago; vid. I. צָלַל.

צָלַע *Claudicavit*; ab Ar. ضلع Inclinavit, propendit; unde ضلع Hebr. צֵלָע (quod vide mox) Costa. Convenit etiam ظلع Inclinavit in latus, claudicavit. Part. צֹלֵעַ *Claudicans*, Gen. 32, 32. Gem. הַצֹּלֵעָה Mich. 4, 6.

צֵלָע & צֶלַע c. I. *Costa*, Gen. 2, 22. II. *Latus*, etiam rei inanimatæ, v. g. aedificii, montis, tabernaculi; Ez. 41, 5. Ex. 26, 27. 35. 2 Sam. 16, 13. III. Hinc *Cella*, *cubiculum* s. *substructio in latere structa*, Ez. 41, 6, 1 Reg. 6, 8. IV. *Asser lateralis*, 1 Reg. 6, 15. 16. V. *Claudicatio*. Aff. צַלְעִי *Claudicatio mea*, Ps. 35, 15. Pl. צְלָעִים *Valvæ*, 1 Reg. 6, 34.

צֵלָעָה f. Sing. inus. Pl. צְלָעוֹת 1) *Costæ*, Aff. צַלְעֹתָיו *Costæ ejus*, Gen. 2, 21. 2) *Latera*, Ex. 30, 4. 3) *Cellæ laterales*, 1 Reg. 6, 5. 4) *Asseres laterales*; cst. צַלְעוֹת 1 Reg. 6, 15.

צָמֵא *Sitivit*, *siticulosus fuit*. Idem cum Ar. ظمئ Sitivit. Præt. f. צָמְאָה Ps. 42, 3. 2 f. conv. וְצָמִת (pro צָמֵית qs. a צָמָה) & *sities*, Ruth. 2, 9. 1 p. צָמֵאתִי *Sitivi*, Jud. 4, 19. Fut. conv. וַיִּצְמָא & *sitivit*, Ex. 17, 3. Pl. in pausa יִצְמָאוּ *Sitient*, Jes. 49, 10.

צָמָא m. *Sitis*, Am. 9, 11. Jes. 5, 13. ubi al. צָמָה. Aff. צְמָאִי *Sitis mea*, Ps. 69, 22.

צָמֵא m. *Sitiens*, *sitibundus*, Jes. 21, 14. Pl. צְמֵאִים *Sitientes*, Ps. 107, 5. Fem. צְמֵאָה *Sitibunda*, Devt. 29, 19.

צִמְאָה f. *Sitis*, Jer. 2, 25.

צִמָּאוֹן m. *Sitis*, vel *siticulosa*, Jes. 35, 7. Devt. 8, 15.

I. צָמַד. Ar. ضمد Alligavit s. colligavit pec. fascia, tænia, vitta. Hinc NIPH. נִצְמַד *Bos junctus est aratro*; Metaph. *Copulatus*; *conjunctus est*; it. *Copulavit*; *junxit se*. Part. pl. נִצְמָדִים *Jungentes se*, Num. 25, 5. Fut. conv. וַיִּצָּמֶד & *junxit se*, ib. v. 3. Pl. וַיִּצָּמְדוּ & *copularunt se*, Ps. 106, 25. PYH. Part. f. מְצֻמֶּדֶת *Jun-*

Junctus sc. gladius, 2 Sam. 20, 8. HIPH. הִצְמִיד *Copulavit, concinnavit*. Fut. תַּצְמִיד *Concinnat*, v. c. fraudes, Pf. 50, 19.

צָמִיד m. *Armilla, vinculum manus*, Num. 31, 50. Pl. צְמִדִים & צְמִידִים *Armillæ*, Gen. 24, 22. 30.

צֶמֶד m. 1) *Par, jugum, i. e. bini*, 1 Sam. 11, 7. Jef. 21, 7. 2) *Iugerum*, i. e. ager, quantus a pari boum arari poteft, 1 Sam. 14, 14. Aff. צִמְדּוֹ *Jugum i. e. jumenta ejus*, Jer. 51, 23. Pl. צְמָדִים *Juga*, 1 Reg. 19, 19. cft. צִמְדֵּי *Jugera*, Jef. 5, 10.

II. צָמִיד m. *Operculum coriaceum*; ut Ar. صمان Corium, quo operitur os ampullæ. Num. 19, 15.

צמח *Pullulavit, germinavit; crevit, provenit; ortus, exortus fuit, effloruit*. Conv. Ar. سمخ Primum protuberavit f. germinavit v. g. femen. Nefcio, an etiam cognatione accedat أضماً Germina emifit. Præt. צָמַח *Effloruit* v. g. capillus, Lev. 13, 37. Pl. וְצָמְחוּ & *efflorefcent*, Jef. 44, 4. Part. צֹמֵחַ *Efflorefcens*, Eccl. 2, 6. Pl. f. צֹמְחוֹת *Efflorefcentes*, Gen. 41, 6. Fut. יִצְמַח *Germinabit*, Gen. 2, 5. Pl. f. תִּצְמַחְנָה *Germinent*, Jef. 42, 9. PIH. Præt. צִמַּח *Germinavit, crevit*, Ez. 16, 7. Inf. צַמֵּחַ *Crefcere*, Jud. 16, 22. Fut. יְצַמַּח *Crefcat*, 2 Sam. 10, 5. HIPH. הִצְמִיחַ *Fecit germinare; effloruit*. Præt. cum Aff. הִצְמִיחָהּ *Fecit germinare eam*, Jef. 55, 10. Part. מַצְמִיחַ *Germinare faciens*, Pf. 104, 14. Inf. הַצְמִיחַ *Germinare facere*, Job. 38, 27. Fut. יַצְמִיחַ *Germinare faciet*, Jef. 61, 11. Conv. וַיַּצְמַח & *crefcere fecit*, Gen. 2, 9.

צֶמַח m. *Germen*, Jef. 4, 2. Aff. צִמְחָהּ *Germen ejus*, Jef. 61, 11.

I. צמם. Ar. ضمّ Collegit, contraxit in fe, aggregavit. Reftrinxit. Hinc

צַמָּה f. *Peplum*, Aff. בְּעַד צַמָּתֵךְ *Pone peplum tuum*, Cant. 4, 1. 3. coll. Jef. 47, 2. Al. Coma; minus recte!

II. צמם. Ar. صمّ Percuffit v. g. fufte, lapide &c. II. Diffecuit gladius. Momordit dentibus infixis, morfumque tenuit. Hinc

צַמִּים m. Idem, quod Ar. صميم Vir magnus & robuftus, fortibus præditus membris; it. Vir munitus; hinc *Latro*. Cum Dagefch. euphon. pro צְמִים Job. 5, 5. 18, 9. Al. Comatus, hirfutus; it. Sitiens, fitientes; præter rem!

צמק *Arefcere, exficcari*; cui prope accedit non modo Chaldaicum

daicum אִצְטַמֵּק Arefcere; fed etiam Ar. صمق f. صمك, quæ in derivatis fundunt fenfum Infpiffationis. Hinc Part. pl. m. שָׁדַיִם צֹמְקִים *Ubera arida, exficcata;* qf. infpiffata, LXX. μαστοὺς ξηρούς, Hof. 9, 14.

צִמּוּק m. unde Pl. צִמֻּקִים *Cafei uvarum paffarum*, Venetiis etiam Simmuki dictarum; LXX. σταφίδες, 1 Sam. 25, 18.

I. צמר. Convenire videtur Arab. زمر Pilos habuit; atque hinc effe

צֶמֶר m. *Lana*, Devt. 22, 11. Etiam Æthiop. dicitur *Zamyry:* quin in Ar. idiomate hinc quoque effe videtur ضمر Tenuia fupercilia (qf. lanea) habens; ut & زمر Paucâ lanâ v. g. brutum. Aff. צַמְרִי *Lana mea*, Hof. 2, 7. 11.

II. צמר. Ar. ضمر Gracilis f. tenuis fuit. In VIII. Idem; unde etiam ضمار Arbor quædam Simar dicta. Hinc

צַמֶּרֶת f. pro מְצַמֶּרֶת *Calamus, fumus ramus;* Lutherus, der Wipfel; a gracilitate dictus, Ez. 17, 3. 22. Aff. צַמַּרְתּוֹ *Ramus ejus*, Ez. 31, 3. 10.

צָמַת *Excidit, fuccidit; confumfit, abolevit.* (Congruit. Æthiop. Zamatha, Funditus everfus fuit. Prope etiam abeft Ar. صمت Siluit. Si enim id fiat perpetuo, idem eft, ac fi dicas: Siluit filentium fempiternum, i. e Deletus, abolitus eft; quam fignificationem fere videas quoque Pf. 31, 18.) Præt. pl. צָמְתוּ *Exciderunt*, Thr. 3, 53. NIPH. נִצְמַת *Excifus, abolitus eft.* Præt. נִצְמַתִּי (pro נִצְמַתְתִּי) *Excifus fum*, Job. 23, 17. Pl. in paufa נִצְמָתוּ *Excifi funt*, Job. 6, 17. PIH. צִמֵּת *Penitus excidit, abolvit.* Præt. f. cum Aff. צִמְּתַתְנִי *Excidit me*, Pf. 119, 139. Pl. cum Aff. & ת geminato ad exaggerationem indicandam צִמְּתוּתֻנִי *Penitus exciderunt me*, Pf. 88, 17. HIPH. הִצְמִית *Excidit, aboluit.* Præt. cum ה parag. הִצְמַתָּה (pro הִצְמַתָּ) *Excidifti*, Pf. 73, 27. Part. pl. cum Aff. מַצְמִיתַי *Excidentes me*, Pf. 69, 5. Imp. cum Aff. הַצְמִיתֵם *Excide eos*, Pf. 54, 7. Fut. אַצְמִית *Excidam*, Pf. 101, 5. 8.

צְמִיתֻת f. *Abfciffio perpetua, abdicatio fempiterna.* לִצְמִיתֻת *In perpetuum*, Lev. 25, 23. 30.

צֹנָה vid. צאה.

צָנַח *Reclinavit, inclinavit ſe* aut *rem.* Conv. cum זָנַח Humiliavit. Reſpondet etiam Ar. (commutato ץ cum ד) ذنخ Humilis, demiſſus fuit. It. II. ذنّخ Humiliavit ſe, demiſit ſe aut caput. Fut. conv. וַתִּצְנַח *& inclinavit ſe*, Joſ. 15, 18. Jud. 1, 14. 4, 21. Aliis צָנַח Immobilis manſit; it. Immobilem fecit, i. e. Defixit, fixit; ab Æthiop. *Zanyha*, Fxſpectavit. Sedit alicubi immobilis. Imminuit, manſit aliquem. Permanſit, perduravit; ſed aliene!

צְנֻמִם rectius צָנוּם ad formam הָדוּם, ſcil. a צנה [Ar. ضَلي Male habuit. IV. Emaciavit; unde forſan etiam صنْم Extenuavit] cum ם intenſivo; unde Pl. f. צְנֻמוֹת *Valde extenuatæ, tenuiſſimæ*, ſcil. ſpicæ; Græc. λεπτοὶ, Gen. 41, 23.

I. צנן. Convenit cum שָׁנַן & Ar. سنّ Acuit, exacuit v. g. enſem. Confodit acie haſtæ. II. Acuit; unde etiam سنين Acutus; it. سنان Acies, cuſpis haſtæ. Hinc

צְנִים m. pl. (a Sing. inuſ. צֵן) *Spinæ, ſentes, vepres*; it. *Sudes*, Prov. 22, 5. Sic: אֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ *Vel ex ſpinis ſumet eam*, Job. 5, 5.

צְנִינִם m. pl. *Aculei*, Num. 33, 55. Joſ. 23, 13.

צִנָּה f. unde Pl. צִנּוֹת *Aculei, hami aculeati*, Am. 4, 2. Al. Scaphæ.

II. צנן. Hinc צִנָּה f. (ſignificatione, ut videtur, a verbo Ar. صان pro صنّ huc accommodata, Cuſtodivit; unde صاين Cautus; nec non تصوّن Circumſpectio) *Clypeus, ſcutum, umbo*; quaſi Repoſitorium brachii & pectoris, 1 Reg. 10, 16. Pl. צִנּוֹת *Clypei*, 2 Chr. 11, 12.

צִנְצֶנֶת f. LXX. ςάμνος, *Urna, hydria*, fortaſſe Ar. صنانة Olla, Ex. 16, 33.

צַנְתְּרוֹת f. pl. (compoſ. ex צִנּוֹת Scutellæ & צָרוֹת Manantes, ab Ar. صرّ Manavit, fluxit; h. e.) *Scutellæ roſtratæ*, intell. *effuſoriæ*. Hinc: Quid ſunt duo termites illi olearum, qui ſunt a latere duarum צַנְתְּרוֹת *ſcutellarum roſtratarum* ſ. *effuſoriarum* aurearum (eorum, i. e. inſervientium iis,) qui evacuant ex iis aurum (i. e. ſcutellas ipſas), Zach. 4, 12.

III.

III. צִנָּה f. (conveniens cum Chald. צְנַן, אִצְטַנַּן Frigefcere, frigefieri; unde fortaffe voces Ar. compofitæ صنبور Ventus frigidus; & صنابر Intenfius frigus hiemis; cuique videtur convenire شن Sparfim affudit aquam (fcil. frigidam) vino; a quo شنان Aqua frigida) *Frigus:* כְּצִנַּת שֶׁלֶג *Sicut frigus nivis*, i. e. *potus in nive frigefactus*, Prov. 25, 13.

צנע *Modeftus; humilis fuit.* Conv. Ar. ضنع Demifit fe. Vilis, abjectus fuit. Part. Pah. pl. צְנוּעִים *Humiles*, Prov. 11, 2. HIPH. Inf. הַצְנֵעַ *Modefte agere*, Mich. 6, 8.

צנף *Volvit, circumvolvit, obvolvit.* Concordat etiam Ar. ضنف Contraxit fe & recepit, i. e. convertendo fe & volvendo. Inf. & Fut. צָנוֹף יִצְנָפְךָ *Volvendo provolvet* i. e. projiciet *te* inftar pilæ, Jef. 22, 18. Fut. יִצְנֹף *Circumdabit*, Lev. 16, 4.

צָנִיף m. *Cidaris, diadema*, i. e. longior fafcia capiti pluribus fpiris in orbem ductis circumvolvi folita, Zach. 3, 5. cft. צָנִיף fec. Keri Jef. 62, 3.

צְנִיפוֹת f. pl. *Diademata, tiaræ*, Jef. 3, 23.

צְנֵפָה f. *Circumvolutio, rotatio*, Jef. 22, 18.

מִצְנֶפֶת f. *Cidaris, diadema*, Ex. 28, 4.

צִנְצֶנֶת f. Urna, hydria; vid. in צנן.

צנק eft Ar. زنق Frænavit; conftrinxit, arcte habuit. Hinc צִינֹק m. *Cippus, compes, vinculum*, i. e. quo pedes, manus, vel cervices conftringuntur, Jer. 29, 26.

צִנּוֹר m. *Canalis, aquæ ductus;* Aqu. Κρουνός 2 Sam. 5, 8. Sine dubio eft (commutato ץ cum ת) Ar. تنّار Locus, ubi fcaturit aqua, & ubi fe colligit in valle; & fortaffe eft a Rad. fimili Ar. زنر Implevit. Certe etiam in Plur. צִנּוֹרִים Pf. 42, 8. a LXX. vertitur καταῤῥάκται i. e. *Canales*; nec non a Chald. מַרְזְבִין Idem.

צַנְתְּרוֹת f. pl. vide in צנן II.

צעד *Ingreffus, progreffus eft; inceffit, proceffit.* Idem etiam dicit Ar. صعد Inceffit. Adfcendit. it. Defcendit. Præt. f. צָעֲדָה (Quilibet ramorum) *procedit* ultra murum, Gen. 49, 22. Plur. צָעֲדוּ *Progreffi funt*, 2 Sam. 6, 13. Inf. cum Aff. בְּצַעְדְּךָ *Cum procederes*, Jud. 5, 4. Fut. תִּצְעַד *Progredieris*, Hab. 3, 12. Pl. in

pausa יִצְעָדוּ *Incedent*, Jer. 10, 5. HIPH. הִצְעִיד *Incedere fecit.* Fut. cum Aff. ה תַּצְעִידֵהוּ *Incedere facies eum*, Job. 18, 14.

צַעַד m. *Gressus, passus, progressus*, Prov. 30, 29. Aff. צַעֲדוֹ *Gressus ejus*, Jer. 10, 23. Pl. צְעָדִים *Gressus*, 2 Sam. 6, 13. cst. צַעֲדֵי Job. 18, 7. Aff צְעָדַי *Gressus mei*, Job. 14, 16.

צְעָדָה f. *Incessus*, 2 Sam. 5, 24. Pl. צְעָדוֹת *Periscelides*, h. e. incessum decorantes, Jes. 3, 20.

מִצְעָד m. unde Pl. cst. מִצְעֲדֵי *Gressus, incessus*, Ps. 37, 23. Affix. מִצְעָדָיו *Incessus ejus*, Dan. 11, 43.

אֶצְעָדָה f. *Periscelis*, Num. 31, 50. It. *Armilla, brachiale* s. *brachii ornamentum* (ut Ar. per transpos. معصد Idem) 2 Sam. 1, 10.

I. צָעָה Idem, quod Ar. صغا Inclinato capite fuit. Propendit. IV. Inclinavit v. g. vas; & صغي Inclinatus fuit. Vergit, i. e. venire, pervenire aliquo. Part. m. מִהַר צֹעֶה Festinavit *inclinans se*, ut solvatur a vinculis, Jes. 51, 14. Fem צֹעָה *Inclinata eras*, Jer. 2, 20. Vulg. Prosternata eras (amatorum cupiens). PIH צִעָה *Idem*. Præt. pl. conv. צֹעִים וְצֵעֻהוּ Mittam ei (subvertentes) *inclinantes, & inclinabunt* (subvertent) *eum*, Jer. 48, 12.

II. צָעָה Idem cum Ar. طغي Extulit se v. g. potentia, copia sua &c. Efferbuit. Part. צֹעֶה *Efferens se*, Jes. 63, 1. Al. Incedens.

צָעַן Idem, quod Ar. ظعن Migravit, processit; i. e. Translatus, loco motus est. Fut. יִצְעַן *Migrabit*, Jes. 33, 20.

צעע. Unde צַעֲצֻעַ *Conflatum*. Conv. Ar. صاغ Conflavit; unde صايغ Aurifaber. Hinc Pl. m. צַעֲצֻעִים *Conflata*, i. e. Aurificis arte elaborata, 2 Chr. 3, 10. Al. Motiones. Al. Pueri, pro צֶאֱצָאִים; utrumque aliene!

צעף. Ar. ضعف Duplum, duplex effecit. Auxit. Hinc

צָעִיף m. *Peplum, velum tenue*, quo feminæ faciem maxime obvelare olim tenebantur, atque adhucdum inter Muhammedanos & alios, orientem spectantes populos tenentur. Gen. 24, 65. Al. ut LXX θέριστρον. Aff. צְעִיפָהּ *Peplum suum*, Gen. 38, 19.

צַעֲצֻעִים vid. in צעע.

צָעַק *Clamavit, exclamavit, vociferatus est* v. g. præ terrore, dolore, angustia. Idem dicit Ar. صعق Exclamavit præ terro-

terrore; unde etiam صعق Clamor. Præt. צָעַק 1 Reg. 20, 39. Pl. צָעֲקוּ *Clamarunt*, Pſ. 34, 18. in pauſa צָעָקוּ 2 Reg. 4, 40. Part. f. צֹעֶקֶת *Clamans*, 2 Reg. 8, 5 Pl. m. צֹעֲקִים *Clamantes*, Gen. 4, 10. Inf. abſ. צָעֹק *Clamando*, Ex. 22, 22. cſt. צְעֹק *Clamare*, 2 Reg. 8, 3. Imp. f. צַעֲקִי *Clama*, Jer. 22, 20. in pauſa צְעָקִי (pro צַעֲקִי) ib. Pl. f. צְעַקְנָה *Clamate*, Jer. 49, 3. Fut. אֶצְעַק *Clamabo*, Job. 19, 7. cum ה parag. in pauſa אֶצְעָקָה Pſ. 77, 2. Pl. conv. וַנִּצְעַק *&* *clamavimus*, Num. 20, 16. NIPH. Fut. conv. וַיִּצָּעֵק *& convocatus eſt*, Jud. 7, 23. Pl. וַיִּצָּעֲקוּ *& convocati ſunt*, Jud. 10, 17. PIH. Part. מְצַעֵק *Clamans*, 2 Reg. 2, 12. NIPH, Fut. conv. וַיַּצְעֵק *& convocavit*, 1 Sam. 10, 17.

צְעָקָה f. *Clamor*, *vociferatio*, Ex 11, 6. cſt. צַעֲקַת Ex. 3, 9. Aff. צַעֲקָתוֹ *Clamor ejus*, Ex. 22, 22.

צָעַר *Minutus*, *diminutus fuit*, *parvus*, *exiguus factus eſt*. Reſpondet plane Ar. صغر Minor eſt; & صغر Parvus fuit. II. Parvum fecit; Diminuit. Fut pl. יִצְעֲרוּ *Diminuentur*, Job. 14, 21. in pauſa יִצְעָרוּ Jer. 30, 19.

צָעִיר m. Ar. صغير *Parvus*, *exiguus*, *minor*, & qualitate & quantitate & ætate; hinc etiam *Minor & minimus natu*, Jud. 6, 15. Aff. צְעִירוֹ *Natu minor ejus*, 1 Reg. 16, 34. Pl. צְעִירִים *Natu minores*, Job. 30, 1. cſt. צְעִירֵי Jer. 49, 20. Aff. צְעִירֵיהֶם *Parvi eorum*, Jer. 14, 3. Fem. צְעִירָה *Minor*, *minus*; it. *Minor natu*, Gen. 19, 31. Dan. 8, 9. (al. מִצְּעִירָה cum מ Heemantico eſt Perparvum.) it. *Minorennitas*; cum Aff. צְעִרָתוֹ *Minorennitas ejus*, Gen. 43, 33.

צָעֹר m. *Minor*, *parvulus*, *exilis*; unde Pl. צְעֹרִים *Parvuli*, Zach. 13, 7.

מִצְעָר m. *Perexigua res*, *perexiguum*; *Paucitas*, Gen. 19, 20. cſt. מִצְעַר 2 Chr. 24, 24. לַמִּצְעָר *Propemodum*, Jeſ. 63, 18.

צָפַד *Adhæſit*, *cohæſit*, *concretum eſt*, Thr. 4, 8. Conv. fere Ar. صفد Ligavit. Adſtrinxit, conſtrinxit.

I. צָפָה *Speculatus eſt*, *proſpectavit*; *Exploravit*, *obſervavit*; *exſpectavit ſpeculando*. Conv. Ar. طفا Exſtitit ſupra aliqua re; Apparuit. Perſpectam habuit rem. Al. a صفا Clarum fuit. II. Clarum fecit v. g. oculos. Part. m. צוֹפֶה *Speculator*, Ez. 3, 17.

Pl. צֹפִים *Speculatores*, Num. 23, 14. Aff. צֹפָיו (pro צֹפָיו *Speculatores ejus*, Jef. 56, 10. Fem. צוֹפִיָּה (mutata 3 radicali ה in י) *Speculans*, Prov. 31, 27. Pl. צֹפוֹת *Speculantes*, Prov. 15, 3. Pah. צָפוּ pro צָפוּי *Exploratus*, Job. 15, 22. Inf. (loco Imper.) צָפֹה *Speculando* fc. fpeculare, Jef. 21, 5. Fut. apoc. יִצֶף *Speculabitur*, Gen. 31, 49. Pl. 3 p. f. תִּצְפֶּינָה *Speculantur*, Pf. 66, 7. PIH. צִפָּה *Idem*. Præt. pl. צִפִּינוּ *Speculati fumus*, Thr. 4, 17. Part. מְצַפֶּה *Speculator*, Jef. 21, 6. Pl. c. Aff. מְצַפֶּיךָ *Speculatores tui*, Mich. 7, 4. Imp. צַפֵּה *Speculare*, Nah. 2, 2. Fem. צַפִּי Jer. 48, 19. Fut. אֲצַפֶּה *Speculabor*, Pf. 5, 4.

צְפִית f. *Speculatio*, Jef. 21, 5.

צְפִיָּה f. *Profpectatio*, Aff. צְפִיָּתֵנוּ *Profpectatio noftra*, Thr. 4, 17.

מִצְפֶּה m. *Specula*, *profpectus*, Jef. 21, 8.

מִצְפָּה f. *Idem*, Gen. 31, 49.

צְפִיצָפָה f *Locus apertus & confpicuus*, i. e. *planus*. צַפְצָפָה שָׂמוֹ (pro בְּצַפְצָפָה) In *loco fpectabili* f. *aperto pofuit illud*, Ez. 17, 5. Hoc fenfu reddunt non folum LXX. Vulg. & Syr. fed optime etiam conv. cum antec. & confeq. nec non cum Ar. صفصف q. d. Locus planus & æqualis. Al. Adverb. Circumfpectiffime; Al. ad falices; al. ad latus montis.

צָפָה Ez. 32, 6. vid. צוּף.

II. צָפָה PIH. (ab eodem verbo Ar. طفا Extitit fupra aliqua re. Operuit eam. Hinc Hebr.) *Obduxit*, *obtexit*, v. g. auro, argento, lapidibus &c. Præt. צִפָּה Ex. 36, 34. Fut. תְּצַפֶּה *Obduces*, Ex 26, 29. apoc. וַיְצַף & *obduxit*, Ex. 36, 34. PYH. Part. מְצֻפֶּה *Obductum*, Prov. 26, 23. Pl. מְצֻפִּים *Obducta*, Ex. 26, 32.

צִפּוּי m. *Obductum*, *tectorium*, Num. 17, 3. 4.

צֶפֶת f. *Capitellum*, *coronamentum* v. g. columnæ, 2 Chr. 3, 15. Fortaffe Ar. صفوة Exceffus.

צפח. Ar. صفح Rem latam effecit; dilatavit. II. Idem, & obduxit. Hinc

צַפִּיחִת f. *Placenta*, *fritella*, *laganum* v. g. melle obductum f. mellitum, Ex. 16, 31.

צַפַּחַת f. *Ampulla*, *lecythus*, 1 Sam. 26, 11, 1 Reg. 17, 14. Conv. fere Ar. صفيحة Opertorium.

I. צפן

I. צָפַן *Obtexit, obduxit, obvolvit; recondidit, repofuit; abfcondit.* It. *Abfcondit fe, delituit.* Dicitur v. g. de opibus, fermonibus, infidiis. Conv. Ar. دفن Abfcondit, recondidit v. g. fub terra; occultavit, texit. V. Paff. Latuit. Præt. צָפַן Prov. 27, 16. Fut. יִצְפֹּן *Recondit*, Job. 21, 19. cum Aff. יִצְפְּנֵנִי *Abfcondet me*, Pf. 27, 5. Pl. cum ה parag. נִצְפְּנָה *Delitefcemus*, i. e. *infidiabimur*, Prov. 1, 11. NIPH. נִצְפַּן *Abditus fuit*, Jer. 16, 17. Plur. נִצְפְּנוּ *Abditi funt*, Job. 24, 1. HIPH. הִצְפִּין *Abfcondit.* Inf. cum Aff. הַצְפִּינוֹ *Abfcondere eum*, Ex. 2, 3. Fut. cum Aff. תַּצְפִּינֵנִי *Abfcondas me*, Job. 14, 13.

צָפוֹן m. *Septentrio, aquilo*; qf. abfconditus foli, Cant. 4, 16. cft. צְפוֹן Jof. 8, 11. Cum ה locali צָפוֹנָה *Septentrionum verfus*, Ez. 47, 17.

צָפֹנָה f. *Idem*, Jud. 21, 19.

צְפוֹנִי m. *Aquilonaris*, Joël. 2, 20.

צָפוּן m. 1) *Reconditus, reconditum; thefaurus reconditus*, Prov. 13, 22. Idem plane dicit Ar. دفين. Aff. צְפוּנְךָ *Thefaurus tuus*, Pf. 17, 14. Pl. cum Aff. צְפוּנֶיךָ *Reconditi tui*, Pf. 83, 4. צְפוּנָיו *Thefauri ejus*, Job. 20, 26. 2) *Adytum* f. *abfconditus locus*. Aff. צְפוּנִי *Adytum meum*, Ez. 7, 22. Sic etiam Ar. دُفُن Loca tecta.

מַצְפֻּן m. unde Pl. cum Aff. מַצְפֻּנָיו *Reconditi thefauri ejus*, Obad. v. 6. Sic etiam Ar. مَدْفُون Abfconditus.

צְפָנָה f. *Res abfcondita*; hinc צָפְנַת פַּעְנֵחַ *Abfconditorum revelator*, Gen. 41, 45. vid. פען.

II. צָפַן. Ar. صفن Compofuit. Prohibuit. Part. Ben. pl. cum Aff. צֹפְנֶיהָ *Prohibentes eam*, Prov. 27, 16.

I. צפע. Ar. ضفع Expulit, ejecit. Hinc

צְפִיעַ m. unde Pl. cft. צְפִיעֵי *Excrementa*, (boum), Ez. 4, 15. Sic etiam Ar. ضُفْع Elephanti ftercus.

צְפִיעוֹת f. pl. *Genimina*; qf. egreffa aut exclufa; v. g. *Et fufpendent fuper* f. *ex eo omnem gloriam patris fui domus*, הַצֶּאֱצָאִים וְהַצְּפִיעוֹת *prognati omnes & pofteri* &c. Jef. 22, 24. Vates videtur his duabus vocibus utrumque fexum pofterorum comprehen-

prehendisse. Targ. redditur בְּנִין וּבְנֵי בְנַיָּא. Al. Proventus & reditus ejus. Al. Ornatus & mitræ.

II. צֶפַע m. *Basiliscus*, Jes. 14, 29. Sic etiam Aquila; nec non LXX. Prov. 23, 32. reddunt. Videtur autem esse ab Ar. صقع unde صوقعة Cidaris; Pileus rotundus. Basiliscus enim est serpens pileo aut qs. corona ornatus. Al. Hæmorrhois s. hæmorrhous.

צִפְעוֹנִי m. *Idem*, Jes. 11, 8. Pl. צִפְעֹנִים *Basilisci*, Jer. 8, 17.

צִפְצֵף. PIH. צִפְצֵף Verbum ὀνοματοποιητικόν, *Pipivit*. Proprium Jesajæ. Part. מְצַפְצֵף *Pipiens*, Jes. 10, 14. Pl. מְצַפְצְפִים *Pipientes*, Jes. 8, 20. Fut. אֲצַפְצֵף *Pipiebam*, Jes. 38, 14.

צַפְצָפָה f. vid. in צָפָה.

I. צָפַר *Acceleravit*, *festinavit*. Respondet Ar. صفر Cucurrit. Præteriit. Fut. יָשֹׁב וְיִצְפֹּר Redeat & *festinet* &c. Jud. 7, 3. Al. Mane discedat.

II. צפר. Ar. صفر Vacuus, inanis fuit. Hinc

צְפִירָה f. *Evacuatio*, *eversio*, *devastatio*, Ez. 7, 7. 10. Al. Matutinum tempus, Syr. ܨܦܪܐ. Al. Ordo pœnæ circularis, Germ. die Reihe.

III. צפר. Ar. طفر Insiliit, impetum fecit, pec. a parte superiori ad inferiorem. Hinc

צָפִיר m. (Ar. صفيري) *Hircus*, i. e. insiliens & cornibus impetum faciens, Dan. 8, 21. cst. צְפִיר ib. v. 8. Pl. cstr. צְפִירֵי *Hirci*, Esr. 8, 35.

צְפִיר m. CHALD. *Idem*. Unde Pl. cst. צְפִירֵי *Hirci*, Esr. 6, 17.

IV. צפר. Ar. صفر Fistulavit, sibilavit, sibiloso sono cecinit; unde صافر Quælibet avis vocalis. Hinc

צִפּוֹר m. *Avis*, *avicula quævis*, Lev. 14, 5. Pl. צִפֳּרִים *Aves*, Lev. 14, 4.

צְפַר m. CHALD. unde Pl. צִפְּרִין *Aves*, Dan. 4, 30. cst. צִפְּרֵי ib. v. 9. Emph. צִפְּרַיָּא ib. v. 11.

V. צפר. Ar. ضفر Plexuit v. g. comam. Nexuit v. g. coronam; unde etiam ضفر & ضفرة Opus plexile. Hinc

צְפִירָה f. *Cidaris*, *diadema*. cst. צְפִירַת Jes. 28, 5.

VI.

VI. צפר. Ar. ظفر (significatione a nomine petita dicit) Unguibus vulneravit, eos immisit in faciem. II. Ungues infixit; a nomine ظفر Unguis. It. Ungula pecoris. Hebr. dicitur

צִפֹּרֶן m. *Unguis*, *ungula*. Metaph. *Stilus*, *scalprum*, Jer. 17, 1. Pl. cum Aff. צִפָּרְנֶיהָ *Ungues suos*, Devt. 21, 12.

VII. צְפַרְדֵּעַ c. collect. Idem, quod ضفدع *Rana*; it. pl. *Ranæ*, Ps. 98, 45. Pl. צְפַרְדְּעִים *Ranæ*, Ex. 8, 3. 6.

צֶפֶת vid. in צפה.

צִקְלוֹן m. (formæ זִפְרוֹן) *Pera major*. Aff. בְּצִקְלֹנוֹ *In pera sua*, 2 Reg. 4, 42. Forsan ab Ar. صقل Latus; eine Tasche an der Seite. Al. Gluma.

צרב (conv. cum שָׂרַף; nec non cum Ar. ضرب Percussit. IV. Incendit, inflammavit; unde etiam ضربان Pulsatio, s. dolor vulneris.) NIPH. Præt. pl. conv. וְנִצְרְבוּ *& inflammabuntur*, Ez. 21, 3.

צָרֶבֶת f. propr. Incensum, percussum, i. e. *Crusta ulceris*, videl. similis adustioni, Lev. 13, 23. It. *Ardens*, *adurens*. Prov. 16, 27.

צרח. Ar. ضرا Manavit, fluxit. Hine

צְרִי & צֳרִי m. *Resina terebinthi*, i. e. lacrima arboris terebinthi vulneratæ cultro aut clavo, Gen. 37, 25. c. 43, 11. Jer. 8, 22. 46, 11. 51, 8. in pausa צֹרִי Ez. 27, 17. Ar. ضرو i. e. Lacrima arboris ضكضكام, quæ est Terebinthus. Sic etiam Chald. קְטַף Resina. LXX. constanter ῥητίνη, uti quoque Vulg. Resina. Al. Opobalsamum; sed præter rem, quia Opobalsamum non tam terræ Chananææ, quam potius Arabicæ proventus erat, certe quidem eo tempore, quo Ismaëlitæ Gen. 37, 25. ejus commercium faciebant. Al. Theriaca, sed inepte! Al. Resina cedrina, sed sine veri specie.

מְצָרִים pl. m. vid. in צרר.

I. צָרַח *Valde, graviter exclamavit.* Idem Ar. صرخ Valde exclamavit; ita auxilium imploravit. Part. צֹרֵחַ *Amare clamans*, Zeph.

Zeph. 1, 14. HIPH. הִצְרִיחַ *Exclamavit, vociferatus est.* Fut. יַצְרִיחַ *Vociferabitur*, Jes. 42, 13.

II. צרח. Ar. صرح Clarus, apertus, manifestus fuit. Hinc

צְרִחַ m. *Arx, propugnaculum, turris munita.* cst. צְרִחַ Jud. 9, 46. Pl. צְרִיחִים *Turres munitæ*, 1 Sam. 13, 6. Ar. صرح Idem, & Excelsior quævis structura.

צֹרֶךְ m. (ab Ar. ضرك Infelix, pauper fuit) *Indigentia, necessitas.* Cum Aff. in pausa צָרְכֶּךָ *Indigentia tua*, 2 Chr. 2, 15.

I. צָרַע *Leprosus, lepra affectus fuit.* Prope abest Ar. ضرع Vilem, abjectum se prædicavit; unde etiam ضريع Cadaver foetens. Leprosi enim contaminatos se prædicare debebant. Alias سلع dicitur Leprosus fuit. Part. pah. צָרוּעַ *Leprosus*, Lev. 13, 44. 45. PYH. Part. מְצֹרָע *Leprosus*, 2 Reg. 5, 1. pl. מְצֹרָעִים *Leprosi*, 2 Reg. 7, 3. Sing. f. מְצֹרַעַת *Leprosa*, Ex 4, 6.

צָרַעַת f. *Lepra*, Lev. 13, 3. Aff. צָרַעְתּוֹ *Lepra ejus*, 2 Reg. 5, 3.

II. צרע. Ar. صرع Cecidit, pupugit. Hinc

צִרְעָה f. *Crabro*, i. e. feriens, pungens, Ex. 23, 28. Devt. 7, 20.

צָרַף (Ar. صرف Mutavit. Vertit, convertit. II. Mutavit v. g. metallum de specie in speciem. it. Hinc inde versavit. Hinc Hebr.) *Conflavit, purgavit, defæcavit.* Metaph. *Exploravit, examinavit, probavit.* Præt. צָרַף *Conflat*, Jer. 6, 29. Fem. cum Aff. צְרָפַתְהוּ *Exploravit eum*, Ps. 105, 19. 2 f. m. cum Aff. צְרַפְתָּנִי *Explorasti me*, Ps. 17, 3. Part. Ben. cum Aff. צֹרְפָם *Explorans eos*, Jer. 9, 6. Pah. כֶּסֶף צָרוּף *Argentum fusum, purgatum*, Ps. 12, 7. Ar. صريف Idem. Fem. צְרוּפָה *Purgatum*, Prov. 30, 5. Inf. abs. צָרוֹף *Conflando*, Jer. 6, 29. Cst. צְרֹף *Conflare*, Ps. 66, 10. Imp. cum ה parag. צָרְפָה *Proba*, sec. Keri Ps. 26, 2. Fut. אֶצְרֹף *Defæcabo*, Jes. 1, 25. Aff. אֶצְרְפֵנּוּ *Defæcabo eum*, Jud. 7, 4. NIPH. נִצְרַף *Conflatum fuit.* Fut. pl. יִצָּרְפוּ *Purgabuntur*, Dan. 12, 10. PIH. צֵרַף *Conflavit.* Part. מְצָרֵף *Conflans*, Mal. 3, 3.

צֹרֵף m. *Conflator, fusor, aurifaber*, Jud. 17, 4. Pl. צֹרְפִים *Aurifabri*, Neh. 3, 8.

מַצְרֵף m. *Catinus, vas fusorium*, Prov. 17, 3.

צָרַר

צָרַר (Ar. صر Nodavit, circumligavit. IV. In servitutem est redactus. it. Transit: Contraxit, coarctavit; unde مصر Angustia; cui proxime accedit ضر Noxa affecit, læsit; unde ضرى & ضر Noxa, tribulatio; it. Angustia. Hinc Hebr.)

I. רָבָה *Multus, magnus, major fuit; Auctus, multiplicatus fuit; crevit, major factus est.* Item plane Ar. ربا pro ربو Auctus, multiplicatus fuit. Accessione crevit. Intumuit, qs. major factus est. II & IV. Educavit, aluit. Præt. f. רָבְתָה *Magna facta est*, 1 Sam. 14, 30. רָבִיתָ *Magnus factus es*, Devt. 30, 16. Pl. רָבוּ *Multiplicati sunt*, Gen. 8, 17. Inf. cst. רְבוֹת *Multiplicari*, Ex. 11, 9. Imp. רְבֵה *Multiplicare*, Gen. 35, 11. Pl. רְבוּ *Multiplicamini*, Gen. 1, 22. Fut. יִרְבֶּה *Multiplicetur*, Devt. 8, 13. apoc. יֵרֶב Gen. 1, 22. 3 f. תִּרְבֶּה Devt. 7, 22. apoc. וַתֵּרֶב *& major fuit*, Gen. 43, 34. Pl. יִרְבּוּ *Multiplicentur*, Devt. 11, 21. cum ן parag. יִרְבְּיֻן & יִרְבּוּן *Augescent*, Ps. 139, 18. Devt. 8, 13. PIH. רִבָּה *Multiplicavit, auxit, crescere fecit; Educavit.* Præt. רִבִּיתָ *Auxisti*, Ps. 44, 13. רִבִּיתִי *Educavi*, Thr. 2, 22. Imp. רַבֵּה pro רַבֵּה *Multiplica*, Jud. 9, 29. HIPH. הִרְבָּה *Idem*, Devt. 1, 10. הִרְבִּיתָ *Multiplicasti*, Jes. 9, 2. Pl. הִרְבּוּ *Multiplicarunt*, 1 Chr. 23, 11. Part. מַרְבֶּה *Multiplicans*, Prov. 28, 8. cst. מַרְבֵּה Lev. 11, 42. Pl. מַרְבִּים *Multiplicantes*, Ex. 36, 5. Fem. מַרְבָּה Neh. 9, 37. Inf. הַרְבּוֹת *Multiplicare*, Devt. 17, 16. it. הַרְבֵּה *Multiplicari*, Ez. 21, 20 & הַרְבָּה Gen. 3, 16. Imp. הַרְבֵּה *Multiplica*, Ps. 51, 4. apoc. הֶרֶב Jud. 20, 38. Pl. הַרְבּוּ *Multiplicate*, Am. 4, 4. Fut אַרְבֶּה *Augebo*, Gen. 3, 16. יַרְבֶּה *Multiplicabit*, Ex. 30, 15. apoc. יֶרֶב Job. 34, 37. Pl. תַּרְבּוּ *Multiplicabitis*, 1 Sam. 2, 3.

רְבָה Chald. *Idem*, Dan. 4, 8. Fem. רְבַת *Aucta eſt*, ib. 19. רְבַת *Creviſti*, ib. PAH. רַבִּי *Magnificavit, auxit*, Dan. 2, 48.

רְבוּ f. Chald. pro רְבוּת *Amplitudo, magnificentia*, Dan. 4, 33. Emph. רְבוּתָא Dan. 5, 18. Aff. רְבוּתָךְ *Amplitudo tua*, Dan. 4, 19.

הַרְבֵּה Inf. HIPH. ut nomen ſeu ut adverbium uſurpatum, *Multum, plurimum, plus*, 2 Reg. 10, 18. ſemel הַרְבָּה Jer. 42, 2.

הַרְבִּית f. *Multiplicatio*, ſec. Cheth. 2 Sam. 14, 11. הַרְבַּת *Idem*, ſec. Keri. ib. qſ. in Regim. ab הַרְבָּה.

מַרְבֶּה m. Part. HIPH. *Multum; Amplitudo*, Jeſ. 33, 23.

מַרְבִּית f. 1) *Multitudo, pars magna*. Aff. מַרְבִּיתָם *Magna pars illorum*, 1 Chr. 12, 29. 2) *Fenus*, Lev. 25, 37. Ar. رِبا & رِبْيَةٌ Idem. 3) *Educatio, incrementum* vel *ſoboles*, 1 Sam. 2, 33. 4) *Amplitudo*, 2 Chr. 9, 6.

מַרְבָּה f. *Amplus, a, um*, Ez. 23, 32.

תַּרְבִּית f. *Fenus*, Lev. 25, 36. Ez. 18, 8.

תַּרְבּוּת f. 1) *Turba, multitudo*. 2) *Soboles, progenies, indoles*, Num. 32, 14. Ar. تُرْبِيَةٌ Natura, indoles.

אַרְבֶּה m. *Locuſta*, f. collect. *Locuſtæ*, dictæ a multiplicatione, propr. die Zugheuſchrecken. Ex. 10, 4. Ar. أُرْبِيان Locuſta marina.

II. רָבָה *Jecit, jaculatus eſt*. Ar. رَبا dicit ſuper re aliqua fuit. Hoc ſi tranſitive ſumatur, eſt ſuper rem aliquam jecit. Part. רֹבֶה m. *Jaculans, jaculator*, Gen. 21, 20.

רָבַךְ. Ar. رَبَكَ Commiſcuit, pec. Bene paravit juſculo confractum intritumve panem; unde رَبِيكَةٌ Cibarium pec. cum butyro coctum. Hinc HOPH. Part. f. מֻרְבֶּכֶת *Frigendo* vel *coquendo bullatum factum*; i. e. *ſuper igne paratum*, Lev. 6, 21. 1 Chr. 23, 29.

רֶבַע m. Ar. رُبْع *Quarta pars, quadrans*, 1 Sam. 9, 8. Pl. cum Aff. רִבְעָיו *Quadraturis ejus*, Ez. 43, 16. Hinc

1) רָבַע *Quadratus fuit* vel *factus eſt*. Part. *Pah.* רָבוּעַ *Quadratus*, Ex. 27, 1. Pl. רְבֻעִים *Quadrati*, 1 Reg. 7, 5. Fem. רְבֻעָה *Quadrata*, Ez. 41, 21. PYH. Part. מְרֻבָּע *Quadratum*, Ez. 45, 2. Fem.

a. Fem. מַרְבַּעַת *Quadrata*, Ez. 40, 47. Pl. מְרֻבָּעוֹת *Quadrata*, 1 Reg. 7, 31. Ar. ربع Quartus fuit.

רֹבַע m. *Quarta pars, quadrans*, 2 Reg. 6, 25. Ar. رُبع Id.

רְבִיעִי m. *Quartus, a, um*, Gen. 1, 19. Pl. רְבִיעִים *Quarti*, 2 Reg. 10, 30. Fem. רְבִיעִית *Quarta pars*, Ex. 29, 40. *Quarto*, Lev. 19, 24.

רְבִיעָי m. CHALD. *Idem*. Emph. רְבִיעָאָה *Quartus; quartum*, Dan. 2, 40. Fem. emph. רְבִיעָיְתָא *Quarta*, Dan. 7, 19.

רִבֵּעַ m. unde Pl. רִבֵּעִים *Quartani* f. *abnepotes*, i. e. quartæ generationis, Ex. 20, 5.

אַרְבַּע f. Arab. أربع *Quatuor*, Gen. 11, 16. אַרְבָּעָה m. Arab. أربعة *Idem*, Prov. 30, 18. & אַרְבַּעַת Num. 7, 7. unde cum Aff. אַרְבַּעְתָּם *Quatuor illi*, Ez. 1, 8. Dual. אַרְבַּעְתַּיִם *Quadruplum*, 2 Sam. 12, 6. Pl. אַרְבָּעִים *Quadraginta*, Deut. 29, 5.

אַרְבַּע f. CHALD. *Quatuor*, Dan. 7, 2. m. אַרְבְּעָה ib. 6.

2) רָבַע *Coivit, inivit*, propr. dicitur de quadrupedibus; q. quadrupes fc. animal affiliit. Conv. Ar. ربع Incurvavit fe fupra aliquid. IV. Multum coivit. Inf. cum Aff. לְרִבְעָהּ *ad ineundam eam*, Lev. 18, 23. at cum ה parag. רִבְעָה *Inire*, Lev. 20, 16. HIPH. הִרְבִּיעַ *Sivit coire*. Fut. תַרְבִּיעַ *Coire finas*, Lev. 19, 19.

3) רָבַע *Cubuit, recubuit*; etiam de Homine dicitur, licet Chaldaicum רְבַע, quod pro Hebraico רָבַץ (litera ע more Chaldæorum in ע mutato) dicitur, cujusque huc transfertur fignificatio, proprie de beftiis tantum ufurpetur. Hinc Inf. cum Aff. רִבְעִי *Cubare* f. *recubare meum*, Pf. 139, 3. Id cur KAL, LXX. σχοῖνόν μου, & Vulg. cum iftis Funiculum meum verterint, non liquet, nifi dicas, hanc fignificationem defumfiffe vel ab Ar. ربع Contorfit ex quatuor partibus funem, vel accepiffe illud pro رفعة quod dicit Funem compedi alligatum. Videas contra, annon רִבְעִי potius refpondeat Ar. مرباع Manfio; Status; Sedes, a rad. ربع II. Quadrata forma figuravit; ut Cubare f. recubare fit: Et pedes & manus humi protendere, prout Germani dicunt: Alle viere von fich ftrecken.

רָבַץ *Cubuit, decubuit, recubuit, fuccubuit; Jacuit*. Peculiariter

liariter dicitur de quadrupedibus, ut שָׁכַב de hominibus. *Ar.* idem ربض; pec. Complicatis pedibus pectori incubuit. Præt. רָבַץ Gen. 49, 9. Fem. רָבְצָה (in pausa) Ez. 19, 2. Pl. conv. וְרָבְצוּ *& recubabunt*, Jef. 17, 2. Part. רֹבֵץ *Recubans*, Ex. 23, 5. Pl. רֹבְצִים *Cubantes*, Gen. 29, 2. Fem. רֹבֶצֶת Gen. 49, 25. Fut. יִרְבַּץ *Cubabit*, Jef. 11, 6. Pl. יִרְבְּצוּ *Cubabunt*, Jef. 11, 7. HIPH. Part. מַרְבִּיץ *Cubare faciens*, Jef. 54, 11. Fut. cum Aff. יַרְבִּיצֵנִי *Cubare me facit*, Pf. 23, 2.

רֵבֶץ m. *Accubitus; cubile.* Metaph. *Requies*, Jef. 65, 10. Aff. רִבְצוֹ *Cubile fuum*, Jer. 50, 6. *Ar.* رِبْض, رَبَض & رَبْضَة Manfio, ubi pecudes quiefcunt; locus, ubi quis quiefcit.

מַרְבֵּץ m. *Cubile ovium*, Zeph. 2, 15. Arab. مَرْبِض plane Idem.

מִרְבָּץ m. *Idem.* Ar. مَرْبَض Id. cft. מִרְבַּץ Ez. 25, 5.

רבק. Ar. رَبَق Fune in collo firmiter alligavit; quemadmodum pecora, quæ faginantur, alligari folent. Hinc

מַרְבֵּק m. *Saginarium*, Am. 6, 4. Mal. 3, 20.

רגב; unde Pl. רְגָבִים (pro רְגָמִים, fcil. literis ב & מ ceu homogeneis inter fe permutatis. Ar. enim رجب dici pro رجم auctor eft Golius in Lex. p. 946. Quare cum رجم fignificet Fecit ftruxitque tumulum congeftis lapidibus, & رَجْم Sepulcrum, tumulus, cippus; Hebr. רְגָבִים funt) *Lapides, faxa, filices, glareæ*; ut LXX verterunt Κάχληκες & κύβος; Vulg. item Glareæ; ut fenfus fit: בְּצֶקֶת עָפָר לַמּוּצָק וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ *Cum funditur pulvis ad fufum* (intell. pluvia) *& lapides* (qf. luto f. cæmento) *conglutinantur*, Job. 38, 38. Cft. מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל *Dulcefcunt ei* (i. e. honorifici ac placidi ei reddantur laudibus, quibus poft mortem effertur, fcil. impius) *filices torrentis* (i. e. tumulus lapidum, quibus fepulcrum ejus obftruitur atque contegitur) Job. 21, 33. Al. Glebæ, fiffuræ.

רָגַז *Contremuit, commotus fuit* ira f. pavore. Idem Arab. رَجَز Laboravit tremore femorum; nec non رجس Concuffum fuit cum valido fragore. Præt. f. רָגְזָה *Contremuit*, Jef. 14, 9. Pl. conv. וְרָגְזוּ *& contremifcent*, Devt. 2, 25. Imp. pl. רִגְזוּ *Commove-*

movemini ſc. ira, Pſ. 4, 5. Inf. cum ה parag. רָגְזָה *Contremiſcere* i. e. contremiſcite, Jeſ. 32, 11. Fut. יִרְגַּז *Commovebitur*, Am. 8, 8. Pl. יִרְגָּזוּן *Commovebuntur*, Joel. 2, 1. HIPH. הִרְגִּיז *Commotum reddidit*, *commovit*, *ad iram provocavit*, Jeſ. 23, 11. Part. מַרְגִּיז *Commovens*, Job. 9, 6. Pl. cſt. מַרְגִּזֵי *Commoventes*, Job. 12, 6. Inf. הַרְגִּיז pro הַרְגִּיז *Commovere*, Jer. 50, 34. Fut. אַרְגִּיז *Commovebo*, Jeſ. 13, 13. HITHP. הִתְרַגֵּז *Commotum ſe præbuit.* Inf. cum Aff. הִתְרַגֶּזְךָ *Commotionem* i. e. *inſolentiam tuam*, 2 Reg. 19, 27. 28.

רֹגֶז m. *Commotio*, Job. 3, 17. Aff. רָגְזֶךָ (in pauſa) *Commotio tua*, Jeſ. 14, 3.

רָגְזָה f. *Idem*, Ez. 12, 18.

רַגָּז m. *Commotus*, Devt. 28, 65.

רְגַז CHALD. unde APH. Præt. pl. הַרְגִּזוּ *Provocarunt ad iram*, Eſr. 5, 12.

רְגַז m. CHALD. *Ira*, *commotio*, Dan. 3, 13.

רֶגֶל c. Ar. رِجْل ut & مِرْكَل *Pes*, Ez. 1, 7. Aff. רַגְלוֹ *Pes ejus*, 2 Sam. 15. 18. Dual. רַגְלַיִם *Pedes*, Lev. 11, 42. cſt. רַגְלֵי Gen. 24, 32. Aff. רַגְלָיו *Pedes ejus*, Gen. 40, 10. Varii hujus vocabuli idiotiſmi leguntur, v. g. הֵסֵךְ אֶת־רַגְלָיו *Tegere pedes ſuos*, i. e. *exonerare alvum*, Jud. 3, 24. 1 Sam. 24, 3. Al. Mingere; al. Abſtergere anum. לְרֶגֶל 1) *Pro viribus gradiendi*, Gen. 33, 14. 2) לְרַגְלוֹ *Quocunque vadit*, Jeſ. 41, 2. לְרַגְלָהּ *Pone eam*, 1 Sam. 25, 42. 3) לְרַגְלָיו *Cum eo*, ſ. *a tergo ejus*, Hab. 3, 5. 4) לְרַגְלִי *Per curam meam*, Gen. 30, 30. הִשְׁקָה בְרַגְלוֹ *Irrigare pede ſuo*, i. e. perambulando, Devt. 11, 10. בְּרַגְלוֹ & בְּרַגְלָיו *Pedibus*, πεζῇ, 2 Sam. 15, 18. מִבֵּין רַגְלָיו *Satus ex eo*, Gen. 49, 10. Devt. 28, 57. מֵימֵי רַגְלַיִם *Urina*, 2 Reg. 18, 27.

רְגַל c. CHALD. *Pes*. Dual. רַגְלַיִן *Pedes*, *uterque pes*, Dan. 7, 4. Emphat. רַגְלַיָּא Dan. 2, 41. Aff. רַגְלוֹהִי *Pedes ejus*, ib. 33.

1) רגל. Ar. رَجِلَ Pedes fuit. IV. Peditem effecit, peditem eſſe juſſit; unde porro رَجْل & رَجِيل Vir iter habens acriter, fortis in itinere. Vir pedeſtri inceſſu validus. Sed & Hebr. HIPH. Præt. תִּרְגַּלְתִּי pro הִרְגַּלְתִּי *Præceſſorem* ſ. *ducem conſtitui* aliquem, Hoſ. 11, 3. Itaque illum locum ſic interpretarer: v. 1. Cum puer (adhuc)

(adhuc) esset Israël, diligebam illum, & ex Ægypto vocavi filium meum. v. 2. Vocarunt (Moses & Aaron) eos (Israëlitas); (sed) ita profecti sunt ab eis, ut Baalibus sacrificarent, & sculptilibus adolerent. v. 3. Etsi ego virum fortem in itinere praefessorem constitui Ephraimitis, (qui) sustulit eos in brachia sua; non tamen agnoverunt, me curasse eos.

רַגְלִי m. *Pedes; pedites*, Num. 11, 21. Pl. רַגְלִים *Pedites*, Jer. 12, 5.

רְגָלִים m. pl. *Vices;* a motu pedum, qui per vices moventur, dictae, Ex. 23, 14. Num. 22, 28.

מַרְגְּלָה f. *Locus pedum* s. πρὸς ποδῶν. Pl. cum Aff. מַרְגְּלוֹתָיו pro לְמַרְגְּלוֹתָיו *ad pedes ejus*, vel *ad stragulas pedales ejus*, Ruth. 3, 8. Dan. 10, 6.

2) רִגֵּל PIH. *Exploravit*; exploratores enim explorandi & indagandi gratia, quod volunt, discurrere a loco in locum solent. Part. pl. מְרַגְּלִים *Exploratores*, Gen. 42, 9. Inf. רַגֵּל *Explorare*, Jos. 14, 7. Imp. pl רַגְּלוּ *Explorate*, Jos. 7, 2.

3) רָגַל *Obtrectavit, detraxit, calumniatus est;* per Metonconseq. ab Explorando dictum. Praet. רָגַל Ps. 15, 3. PIH. רִגֵּל *Idem*. Fut. conv. וַיְרַגֵּל *& calumniatus est*, 2 Sam. 19, 27. Consonat etiam Ar. رجل Suxit. VIII. Vituperavit, dedecoravit. Calumniatores enim famam alterius qs. sugendo rodunt.

4) רֹגֵל m. 1 Sam. 17, 17. Jos. 15, 7. 18, 16. quod Targ. vertitur קַצְרָא i. e. *Fullo*, possit esse ab Ar. رجل VIII. In aheno similive olla coxit; aut dici a pannis pedibus calcandis. Al. Nom. propr.

I. רָגַם *Lapidavit, lapidibus obruit.* Idem plane Ar. رجم Lapidavit, obruit lapidibus. Praet. pl. conv. וְרָגְמוּ *& lapidabunt*, Ez. 16, 40. cum Aff. וּרְגָמֻהוּ *& lapidabunt eum*, Devt. 21, 21. Inf. abs. רָגוֹם *Lapidando*, Lev. 24, 16. cst. רְגוֹם Num. 14, 10. Fut. pl. יִרְגְּמוּ *Lapidabunt*, Lev. 24, 16.

מַרְגֵּמָה f. Ar. مرجمة *Cumulus* s. *acervus lapidum, cippus*, Prov. 26, 8. Al. Funda. Balista.

II. רגם. Ar. رجم etiam Apposito marmore ornavit. Hinc per Meton. signi, Nobilitate par fuit; unde porro

רִגְמָה f. *Nobilitas*; LXX. ἡγεμόνες, principes; Vulg. Duces. Aff. רִגְמָתָם *Nobilitas eorum*; i. e. *nobiles*, Pf. 68, 28. Al. Cœtus.

אַרְגָּמָן m. per Meton. fignati *Purpura*; qf. nota nobilium. Ex. 25, 4. Certe quidem LXX. fic conftanter fere hoc vocabulum exponunt.

רָגַן *Sufurravit; murmuravit, muffitavit.* Hinc fortaffe Ar. رجن VIII. Confufum, turbatum fuit negotium, q. d. interpellatum. Part. pl. רֹגְנִם *Murmurantes*, Jef. 29, 24. NIPH Part. נִרְגָּן *Murmurans factus*; *Obtrectator*; *delator*, Prov. 16, 28. Fut. pl. conv. וַיֵּרָגְנוּ *& inter fe murmurarunt*, Pf. 106, 25.

רגע. Ar. رجع propr. Iterum fecit, iteravit. Unde 1) Rediit, reverfus fuit; Receffit, retroceffit, deftitit a re. It. Reduxit, retractavit. 2) II. Reciprocavit vocem, iterum dixit. III. Iterata verba cum altero habuit. Hinc

1) רָגַע *Receffit*, i. e. *horruit*, *corrugata fuit* v. g. cutis, Job. 7, 5. Tranfit. *Reduxit*, *revocavit*, *retractavit*, v. g. mare, Job. 26, 12. Part. רֹגַע *Reducens*, Jef. 51, 15. Jer. 31, 35. HIPH. הִרְגִּיעַ *Reduxit*, *revocavit*; *reciprocavit vocem idem dicendo*; *fecit anteriores ac pofteriores pedes iterum tollere jumentum.* Inf. לְמַעַן הַרְגִּיעַ pro הַרְגִּיעַ *Ad revocandam* f. *reducendam* (terram f. incolas terræ) Jer. 50, 34. Fut. וּמִשְׁפָּטִי אַרְגִּיעַ *& jus meum revocabo* ad lucem populorum, Ef. 51, 4 Cum ה parag. עַד־אַרְגִּיעָה dum pedem iterum proferam, Prov. 12, 19. כִּי אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ *Nam fubito repedare faciam*, (&) *recurrere*, i. e. *retrocedere faciam eum ab ea*, Jer. 49, 19. 50, 44. Al. Fidit, rupit. אַרְגִּיעַ Al. Momentum. Hinc porro

רֶגַע m. *Momentum*; propr. dum paffus fit, dum quis pedem iterum profert. Pf. 30, 6. Pl. רְגָעִים *Momenta*, Job. 7, 18. Ar. رَجْع dicitur Paffus, greffus, pedum jumenti anteriorum flexus ac reductus.

2) נִרְגַּע NIPH. *Quievit*, *requievit*; ab Ar. رجع Receffit, deftitit a re. Imp. f. הֵרָגְעִי *Quiefce*, *defifte*, Jer. 47, 6. HIPH. הִרְגִּיעַ 1) *Quievit*, *requievit.* Præt. f. הִרְגִּיעָה Jef. 34, 14. Fut. תַרְגִּיעַ *Quiefces*, Devt. 28, 65. 2) *Tranquillavit*, *quiefcere fecit.* Inf. cum Aff. הַרְגִּיעוֹ *Tranquillare eum*, Jer. 31, 2.

רָגֵעַ m. *Quietus*. Unde Pl. cft. רִגְעֵי *Quieti*, Pf. 35, 20.

מַרְגֵּעָה f. *Quies*, Jef. 28, 12.
מַרְגּוֹעַ m. *Idem*, Jer. 6, 6.
רָגַשׁ *Convenit cum ftrepitu, tumultuatus eft.* Idem fere Ar. رجس Coelum concuffum fuit cum valido fragore. Præt. pl. רָגְשׁוּ *Tumultuati funt*, Pf. 2, 1.
רְגַשׁ CHALD. *Idem.* APH. הַרְגִּישׁ *Commovit fe, convenit cum ftrepitu.* Præt. pl. הַרְגִּשׁוּ *Commoverunt fe cum ftrepitu*, Dan. 6, 7.
רֶגֶשׁ m. *Coetus ftrepens, ftrepitus*, Pf. 55, 15.
רִגְשָׁה f. *Congreffus, conventus.* cft. רִגְשַׁת Pf. 64, 3.
רָדַד *Inclinavit, inflexit*; hinc etiam *Subdidit, fubjecit.* Fere idem Ar. ردّ propr. Applicavit rem rei, aut perfonam perfonæ; hinc Rejecit in eum. Injecit veftimentum. Repulit, revocavit, reduxit. Præt. רַד Dies multum *inclinaverat*, Jud. 19, 11. Part. רוֹדֵד *Subjiciens; revocans; repellens*, Pf. 144, 2. Al. Extendens. Inf. לָרֹד *ad fubjiciendum*, Jef. 45, 1. NIPH. Fut. conv. וַיָּרֶד *& fuperinduxit, indidit* qf. inclinare fecit, 1 Reg. 6, 32.
רְדִיד m. LXX θέριστρον, veftis æftiva; hinc *Pallium, palla*; f. *Carbafus, peplum, velum muliebre*; ab Ar. ردّ Injecit veftimentum, aut ردى Amictum induit. II. Palla f. exteriore indumento induit; unde etiam رداء Veftis exterior, quæcunque ufurpari folita prodeunti foras. Aff. רְדִידִי *Peplum meum*, Cant. 5, 7. Plur. רְדִידִים *Pepla*, Jef. 3, 23.
מִרְדָּד m. Diductum, protenfum; pertinet ad ירד.
I. רָדָה *Dominatus eft; dominium, dominatum exercuit*, pec. ftrenuum. Refp. Ar. ردى Calcavit, i. e. fubjecit pedibus fuis; præcipue ردس Principatum obtinuit fuper alios ftrenuitate. Præt. pl. conv. וְרָדוּ *& dominabuntur*, Lev. 26, 17. רְדִיתֶם *Dominati eftis*, Ez. 34, 4. Part. רֹדֶה *Dominans*; Jef. 14, 6. cum Aff. רֹדָם *Dominans illis*, Pf. 68, 28. pro רֹדֵם Jef. 63, 11. Pl. רֹדִים *Dominantes*, 1 Reg. 5, 16. Inf. cft. רְדוֹת *Dominari*, Ez. 29, 15. Imp. רְדֵה *Dominare*, Pf. 110. 2. Pl. רְדוּ *Dominamini*, Gen. 1, 28. Fut. cum Aff. יִרְדֶּנּוּ *Dominabitur ei*, Lev. 25, 23. Apoc. יֵרְדְּ *Dominabitur*, Num. 24, 19. Pl. יִרְדּוּ *Dominentur*, Gen. 1, 26. PIH. רִדָּה *Subegit; poteftatem dedit in aliquem.* Fut. apoc. יֵרְדְּ *Subiget*,

Subiget, Jud. 5, 13. NIPH. הִרְדָּה *Fecit dominari in aliquem; fubegit.* àpoc. יַרְדְּ *Dominari faciet*, Jef. 41, 2. Occurrit præterea hoc fenfu Conj. KAL, præfertim Jer. 5, 31.

2) רָדָה *Poteftatem alicujus rei fecit fibi;* hinc *Cepit*, *fumfit;* unde etiam Ar. رَدَى III. Exegit, petiitve aliquid. V. Sumfit aliquid. Præt. רָדָה Jud. 14, 9. Inf. cum Aff רְדוֹתָהּ pro רְדֹתָהּ *Expugnare eam*, Devt. 20, 20. Fut. conv. וַיִּרְדֵּהוּ *& accepit illud*, ib.

רדם. Arab. رَدَم Obturavit. Implevit. Totum occupavit. NIPH. נִרְדַּם *Somno fopitus, fopore obrutus eft.* Præt. נִרְדַּמְתִּי *Somno fopitus fum*, Dan. 8, 18. Part. נִרְדָּם *Somno fopitus*, Prov. 10, 5. Fut. conv. וַיֵּרָדַם *& dormivit*, Jon. 1, 5.

תַּרְדֵּמָה f. *Sopor*, *fomnus profundus; Stupor*, Gen. 2, 21. cft. תַּרְדֵּמַת 1 Sam. 26, 12.

רָדַף Idem, quod & Ar. رَدِف *Secutus*, *infecutus*, *perfecutus*, *fectatus*, *infectatus eft.* Præt. רָדַף Jud. 4, 16. Pl. רָדְפוּ *Perfecuti funt*, Gen. 35, 5. Part. רֹדֵף *Perfequens*, Lev. 26, 17. Pl. רֹדְפִים *Perfequentes*, Jof. 2, 7. cum Aff. רֹדְפַי *Perfequentes me*, Pf. 7, 2. Inf. cft. רְדֹף *Perfequi*, Jof. 8, 16. Aff. רָדְפִי *Perfequi meum*, Pf. 38, 21. לִרְדָּפְךָ *ad perfequendum te*, 1 Sam. 25, 29. Pl. רִדְפוּ *Perfequimini*, Hof. 2, 5. Imp. רְדֹף *Perfequere*, Gen. 44, 4. cum Aff. רָדְפֵהוּ *Sectare eum*, Pf. 34, 15. Fut. אֶרְדּוֹף *Perfequar*, Pf. 18, 38. יִרְדֹּף *Perfequetur*, Devt. 19, 6. cum Aff. יִרְדָּפְךָ *Perfequetur te*, Ez. 35, 6. Pl. יִרְדְּפוּ *Pefequentur*, 2 Sam. 2, 28. in paufa יִרְדֹּפוּ Lev. 26, 8. NIPH. נִרְדָּף *Perfecutionem paffus eft.* Præt. pl. נִרְדָּפְנוּ *Perfecutionem paffi fumus*, Thr. 5, 5. Part. נִרְדָּף *Sequens*, *confecutio*, Eccl. 3, 15. PIH. Præt. f. וְרִדְּפָה *& infectabitur*, Hof. 2, 7. Part. מְרַדֵּף *Sectans*, Prov. 11, 19. Fut. יְרַדֵּף *Sectabitur*, Nah. 1, 8. יִרַדֵּף (forma compof. pro יִרְדֹּף) *Idem*, Pf. 7, 6. PYH. רֻדָּף *Perfecutionem paffus eft*, Jef. 17, 13. HIPH. הִרְדִּיף *Perfequendum curavit.* Præt. pl. הִרְדִּיפֻהוּ *Perfecuti funt eum*, Jud. 20, 43. HOPH. Part. מֻרְדָּף Jef. 14, 6. verte: *Imperitat vexari facto.*

רָהַב *Excitavit animum; animofus fuit*, *extulit fe.* Prope abeft Arab. رَهِب II. Prope fubfidentem f. labantem refocillavit. Præt. וּפָחַד וְרָחַב לְבָבֵךְ *Expavefcet & efferet fe animus tuus*, Ef. 60, 5. Imp. רְהַב רֵעֶיךָ *Excita* (incita) *focios tuos*, Prov. 6, 3.

Fut

Fut. pl. יְרְהֲבוּ *Animose efferent se*, Ef. 3, 5. HIPH. הִרְהִיב *Animum addidit, instigavit; animosum fecit.* Præt. pl. cum Aff. הִרְהִיבֻנִי *Instigaverunt me*, Cant. 6, 5. Fut. cum Aff. תַּרְהִבֵנִי *Animum addis mihi*, Pf. 138, 3.

רַהַב m. 1) *Animus magnus, elatus, insolens, ferox.* עֹזְרֵי רָהַב *Adjuvantes* (i. e. instigantes) *animum elatum*, Job. 9, 13. Sic etiam Job. 26, 12. Pf. 89, 11. Jef. 30, 7. verte: רַהַב הֵם pro רַהְבָּם *Fortitudo animi eorum est* שָׁבֶת *manere.* 2) *Ægyptus*, Pf. 87, 4. Pl. רְהָבִים *Ferociæ, elationes animi*, Pf. 40, 5.

רֹהַב m. *Animus elatus.* Aff. רָהְבָּם *Animus elatus eorum*, Pf. 90, 10.

רָהָה *Animo cecidit, lapsus est; expavit;* ut Arab. etiam رهي Remiffo animo fecit quid. Debilis, languidus fuit. Hinc Fut. pl. אַל־תִּרְהוּ *Ne cadite animo*, Jef. 44, 8.

I. רהט. Syr. ܪܗܛ Cucurrit; ut Ar. etiam رهص Institit. Calcavit. Hinc

רָהִיט m. *Tigillum lacunarium, trabecula lacunaria, asser lacunarius.* Ital. Corrente. Germ. Querbalken oder Boden-Bretter; unde Pl. cum Aff. רָהִיטֵנוּ pro רְהִיטֵינוּ (præcedit enim קֹרוֹת etiam Plur.) *Tigilla nostra lacunaria*, i. e. quibus pedibus insistitur, aut quæ calcantur, Cant. 1, 17. Al. Ambulacrum. Al. Impluvium. Sec. Cheth. רָחִיטֵנוּ *Idem*, ib.

רַהַט m. unde Pl. רְהָטִים *Canales*, i. e. in quos aqua decurrit ad potum dandum ovibus, Gen. 30, 38. Ex. 2, 16. Metaph. *Plicæ*, Cant. 7, 6. Videl. *Sicut purpura, eaque regis religata* בָּרְהָטִים *in plicas.*

רֵוָא m. Chald. Adspectus; vid. in ראה.

רוּב & רִיב *Litigare, contendere, causam agere.* Ar. راب per Meton. causæ dicit Turbata, gravata fuit mens. Præt. רָב Jud. 11, 25. רַבְתָּ *Litigasti*, Thr. 3, 58. Pl. רָבוּ *Litigarunt*, Gen. 26, 22. Part. רָב *Litigans, patrocinans*, Jer. 51, 36. *Patronus*, Devt. 33, 7. Jef. 19, 20. Inf. רֹב *Contendendo*, Jud. 11, 25. Fut. תָּרוּב *Litiges*, sec. Cheth. Prov. 3, 30. HIPH. הֵרִיב *Idem.* Part. pl. cst. מְרִיבֵי *Litigantes*, Hof. 4, 4. cum Aff. מְרִיבָיו *Contendentes cum eo*, 1 Sam. 2, 10. Inf. לָרִיב pro לְהָרִיב *ad contendendum*, Jud. 21, 22. Fut. אָרִיב *Contendam*, Jef. 49, 25. תָּרִיב *Litiges*, Prov. 3, 30.

3, 30. cum Aff. תְּרִיבֶנּוּ *Litigabis cum eo*, Devt. 33, 8. יָרִיב & יָרֶב *Contendet*, Jud. 6, 31. conv. וַיָּרֶב *& contendit*, Gen. 31, 36. Pl. conv. וַיָּרִיבוּ *& litigarunt*, Gen. 26, 20. cum ן parag. יְרִיבוּן Jud. 8, 1. Ab altera forma KAL רִיב funt: Præt. רִיבוֹתָ *Litigasti*, Job. 33, 13. Inf. רִיב *Litigando*, Jer. 50, 34. Imp. רִיב *Litiga*, Prov. 25, 9. cum ה parag. רִיבָה Pf. 35, 1. Pl. רִיבוּ *Litigate*, Jef. 1, 17.

רִיב m. *Contentio, lis, rixa, caufa; controverfia*, Gen. 13, 7. Job. 33, 19. „*Et contentio offium ejus eft fortis.*" Defect. רִב Ex. 23, 2. Aff. רִיבָם *Rixa eorum*, Prov. 23, 11. Pl. cft. רִיבֵי *Lites*, Thr. 3, 58.

רִיבָה f. Sing. inufit. unde Plur. רִיבוֹת & רִבוֹת *Controverfiæ*, Devt. 17, 8. Job. 13, 6.

מְרִיבָה f. *Contentio*, Gen. 13, 8. cft. מְרִיבַת Num. 27, 14. Pl. מְרִיבוֹת *Contentiones*, Ez. 47, 19.

יָרֵב m. *Litigiofus, hoftilis*, Hof. 5, 13. Al. Nomen propr.

יָרִיב m. *Adverfarius*. Aff. יְרִיבֶךָ *Adverfarius tuus*, Jef. 49, 25. Pl. cum Aff. יְרִיבָי *Adverfarios meos*, Pf. 35, 1.

רוד *Ambulare, incedere; progredi, procedere; vagari; abire huc illuc, ultro citroque.* Ar. راد Idem; cui etiam convenit رودي Ambulavit huc illuc. Præt. רָד *Ambulavit, inceffit* cum Deo, Hof. 12, 1. Al. Dominatur; aliene! Pl. רַדְנוּ *Huc illuc abimus*, videl. quo nobis libet, fed non veniemus ad te, Jer. 2, 31. Al. item Dominamur. Fut. אָרִיד *Huc illuc divagor* in querimonia mea, Pf. 55, 3. Al. Plango; temere! כַּאֲשֶׁר תָּרִיד *Cum progreffus* i. e. tempore f. ætate *fueris*, Gen. 27, 40. Al. Plauxeris; inepte! Vulg. rectius, Tempus veniet.

מָרוּד m. *Exilium, exturbatio, jactatio*, LXX. ἀπωσμὸς, rejectio. Aff. מְרוּדִי *Exilium meum*, Thr. 3, 19. Pl. cum Aff. מְרוּדֶיהָ *Jactationes ejus*, Thr. 1, 7. Al. Planctus.

מְרוּדִים m. pl. *Exules, vagi*, Jef. 58, 7. Al. Deplorati.

רָוָה *Ubertim expletus, fatiatus eft potu; irriguus, irrigatus fuit; abundavit humore.* Ar. روي plane Idem. Præt. f. conv. וְרָוְתָה *& ubertim explebitur*, Jef. 46, 10. Fut. pl. cum ן parag. יִרְוְיֻן pro יִרְוּוּן *Inebriabuntur*, Pf. 36, 9. PIH. רִוָּה *Irrigavit; irrigavit fe*, i. e. *irrigatus, inebriatus eft*. Præt. f. רִוְּתָה *Irrigata eft*, Jef. 34, 5. Tranfit. רִוֵּיתִי *Inebriabo*, Jer. 31, 14. Imp. רַוֵּה *Irriga,*

Irriga, Pf. 65, 11. Fut. cum Aff. אֲרַיֶּךְ pro אֲרַוֶּךְ *Irrigabo te*, Jef. 16, 9. Pl. cum Aff. יְרַוֻּךְ *Irrigent te*, Prov. 5, 19. HIPH. הִרְוָה *Irrigavit*, Jef. 55, 10. 2 p. cum Aff. הִרְוִיתָנִי *Ubertim explevisti me*, Jef. 43, 24. Part. מַרְוֶה *Irrigans*, Prov. 11, 25.

רָוֶה m. *Irriguus*, Jef. 58, 11. Fem. רָוָה *Irrigua*, *ebria*, Devt. 29, 19. videl. *ita ut profanus & sceleratus probos & innocentes secum trahat in societatem malefactorum.* Locutio proverbialis a puellis saltatricibus desumta.

רְוָיָה f. *Abundantia*, *ubertas*; *exuberans*, Pf. 66, 12, 23, 5.

רִי (pro רְוִי) m. *Mador*, *irrigatio*, Job. 37, 11.

רָוַח *Spiravit*, *respiravit*. Resp. Ar. راح Ventus, aura flavit f. spiravit. Hinc constr. cum Dat. *Libere spirandi locus* f. *potestas est ei*. Præt. רָוַח 1 Sam. 16, 23. Fut. יִרְוַח *Spirabit*, Job. 32, 20. PYH. Part. pl. מְרֻוָּחִים *Spatiosa*, *ampla*, Jer. 22, 14.

רוּחַ fæpius f. 1) *Spiritus*, *halitus*, Gen. 6, 17. 2) *Ventus*, *aura*, *flatus*, Eccl. 1, 6. 3) *Plaga mundi*, unde ventus flat, Jer. 49, 32. 4) *Vespera*, ab Ar. راح Vespertino tempore aliquid fecit, Gen. 3, 8. 5) *Spiritus*, res incorporea, Jef. 31, 3. 6) *Animus*, Num. 14, 24. 7) *Mens*: *sensa animi*, Prov. 1, 23. Job. 6, 26. 8) *Spiritus Dei*, qui eft Deus, Job. 33, 4. Jef. 63, 10. 9) Metaph. דַּעַת רוּחַ *Sententia venti*, i. e. *vana*, Job. 15, 2. אִישׁ הָרוּחַ *Vir ventosus*, Hof. 9, 7. Aff. רוּחִי *Spiritus meus*, Job. 9, 18. Cum ה loc. רוּחָה *Versus ventum*, i. e. *extrorsum*, Jer. 52, 23.

רוּחַ c. Chald. *Idem* Dan. 4, 5. Emph. רוּחָא Dan. 2, 35. Aff. רוּחִי *Spiritus meus*, Dan. 7, 15. Pl. cft. רוּחֵי *Venti*, Dan. 7, 2.

רוּחָה f. Sing. inufit. Pl. רוּחוֹת *Plagæ mundi*, Ez. 42, 20. & רֻחוֹת Jer. 49, 36.

רֶוַח m. *Respiratio*, *laxamentum*; it. *Spatium*. Gr. διάστημα, Efth. 4, 14. Gen. 32, 16.

רְוָחָה f. *Idem*, Ex. 8, 11. Aff. רַוְחָתִי *Laxamentum meum*, Thr. 3, 56.

רַחַת f. *Vannus*, *ventilabrum*, Jef. 30, 24.

I. רוּם *Altum*, *elatum*, *excelsum esse*: *efferri*, *elevari*; *exaltari*, *extolli*; *efferre*, *extollere*, *attollere se*. Hinc Ar. رَيْم Gradus; eminentia; dignitas; præstantia. Præt. רָם Devt. 8, 14. Fem. רָמָה *Elata est*, Devt. 32, 27. pro quo רָאֲמָה Zach. 14, 10. Sic Part.

 pl. f.

pl. f. רָאמוֹת pro רָמוֹת *Elatæ*, Prov. 24, 7. videl. *Altiora sunt stulto judicia* &c. Al. Gluten sunt &c. ab Ar. رَاءَمَ Colla. gluten; perperam! Pl. רָמוּ *Elati sunt*, Job. 22, 12. Inf. רוּם & רֻם *Efferri*, Devt. 17, 20. Pf. 12, 9. it. רוּם unde cum Aff. רוּמָם *Extolli eorum*, Ez. 10, 17. Imp. cum ה parag. רוּמָה *Exaltare*, Pf. 57, 6. 12. Fut. אָרוּם *Exaltabor*, Pf. 46, 11. יָרוּם & יָרֻם *Exaltabitur*, Pf. 13, 3. 2 Sam. 22, 47. it. יָרֹם Num. 24, 7. unde וְיָרֹם & *altior erit*, Num. 24, 7. at cum ו conv. וַיָּרָם & *extulit se*, Ez. 10, 4. Pl. יָרוּמוּ *Extollent se*, Pf. 89, 17. cum ן parag. יְרֻמוּן Jes. 49, 11. PIH. רֹמֵם *Exaltavit, extulit, sustulit*. Præt. וְרֹמַמְתִּי *Exaltavi* i. e. *educavi liberos*, Jes. 23, 4. Pl. רֹמּוּ pro רֹמְמוּ *Exaltaverunt se*, Job. 24, 24. Part. מְרוֹמֵם *Exaltans*, 1 Sam. 2, 7. Inf. רוֹמֵם *Exaltare*, Esr. 9, 9. Imp. pl. רוֹמְמוּ *Exaltate*, Pf. 99, 5. Fut. cum Aff. אֲרוֹמִמְךָ *Extollam te*, Pf. 30, 2. in pausa אֲרוֹמְמֶךָּ Pf. 118, 28. 3 f. m. יְרוֹמֵם Hof. 11, 7. Simul (omnis) non *attollit se*. Pl. cum ה parag. נְרוֹמְמָה *Extollamus*, Pf. 34, 4. 3 p. f. תְּרוֹמַמְנָה *extollent se*, i. e. *exaltabuntur*, Pf. 75, 11. PYH. Præt. רוֹמַם (in pausa) *Exaltatus est*, Pf. 66, 17. Part. מְרוֹמָם irreg. *Exaltatum*, Neh. 9, 5. HIPH. הֵרִים vel הֵרִם *Elevavit, exaltavit, erexit, extulit; obtulit; sustulit; abstulit*. Præt. הֵרִים 1 Reg. 11, 27. 2 p. m. הֲרִימוֹתָ & הֲרֵמוֹתָ *Extulisti*, 2 Reg. 19, 22. Jes. 37, 23. Conv. וַהֲרֵמוֹתָ & *tolles*, Num. 31, 28. Pl. הֵרִימוּ *Obtulerunt*, Esr. 8, 25. 2 p. m. conv. וַהֲרֵמוֹתֶם & *tolletis*, Num. 18, 26. Part. מֵרִים *Extollens*, Pf. 3, 4. Pl. cst. מְרִימֵי *Attollentes*, Hof. 11, 4. Inf. הָרִים *Extollere*, 1 Chr. 25, 5. cum Aff. בַּהֲרִימְכֶם *Si elevatis*, Num. 18, 30. Imp. הָרֵם *Tolle*, Jes. 58, 1. Cum ה parag. הָרִימָה Pf. 74, 3. Pl. הָרִימוּ *Tollite*, Jes. 13, 2. Fut. יָרִים *Extollet*, Gen. 41, 44. & יָרֵם 1 Sam. 2, 10. Conv. וַיָּרֶם & *extulit*, Ex. 7, 20. cum Aff. וַיְרִמֶהָ & *erexit eum*, Gen. 31, 45. Pl. יָרִימוּ *Erigent se*, Pf. 66, 7. HOPH. Præt. הוּרַם *Exaltatus, elevatus est*, Ex. 29, 27. Fut. יוּרַם (in pausa) *Elevabitur*, Lev. 4, 10. HITHP. Fut. יִתְרוֹמָם *Elatum se præbebit*, Dan. 11, 36. אֲרוֹמֵם vid. רמם.

רֻם pro רוּם Chald. *Idem*, Dan. 5, 20. PAH. Part. מְרוֹמַם *Extollens*, Dan. 4, 34. APH. Part. מָרִים *Extollens*, Dan. 5, 19. ITHPAH. Præt. הִתְרוֹמַמְתָּ (cum præform. ה pro א) *Elatum te præbuisti*, Dan. 5, 23.

רַם

רָם m. *Elatus, celsus, excelsus; altus, procerus*, Devt. 1, 28. 27, 14. Jes. 6, 1. Pl. רָמִים *Excelsi*, Devt. 12, 2. Cft. רָמֵי Jes. 10, 33. Fem. רָמָה *Excelsa*, Ex. 14, 8. Plur. רָמוֹת *Excelsæ*, Prov. 6, 17.

רָמָה f. *Locus excelsus, editus; suggestum; excelsum.* Aff. רָמָתֵךְ *Excelsum tuum*, Ez. 16, 25. 31. Pl. cum Aff. רָמוֹתַיִךְ *Excelsa tua*, ib. v. 39.

רָמוּת f. *Altitudo, proceritas; præcellentia.* Aff. רָמוּתֶךָ *Altitudo tua*, Ez. 32, 5. Rectius Projectio; vid. רָמָה.

רִים m. *Idem*, Ps. 75, 7. Al. est Inf. Hiph.

רוֹם m. *Altitudo, altum, superbia; it. alte*, Hab. 3. 10.

רוֹמָה f. *Idem*, s. adverb. *Elate*, Mich. 2, 3.

רוֹמֵמָה f. *Celsa, erecta, exaltans se*, Ps. 118, 16. Plur. cst. רוֹמְמוֹת *Exaltationes*; Ps. 149, 6.

רוֹמֵמוּת f. *Exaltatio, erectio.* Aff. רוֹמַמְתֶּךָ *Exaltatio tua*, Jes. 33, 3.

רוּם m. *Elatio, altitudo*, Prov. 25, 3. it. רָם Jer. 48, 29.

רוּם m. CHALD. *Idem.* Aff. רוּמֵהּ *Altitudo ejus*, Esr. 6, 3. Dan. 3, 1.

מָרוֹם m. *Altior locus; altum, altitudo, excelsum, sublime, celsitudo*, Jes. 37, 23. Cft. מְרוֹם ib. 24. Pl. מְרוֹמִים *Loca alta*, Ps. 148, 1. Cft. מְרוֹמֵי Jud. 5, 18. Aff. מְרוֹמָיו *Loca alta ejus*, Job. 25, 2.

תְּרוּמָה f. *Oblatio*, qs. levatio s. sursum levatum donum. It. *Exactio*, Ex. 30, 13. Cft. תְּרוּמַת ib. v. 14. Aff. תְּרוּמָתִי *Oblatio mea*, Ex. 25, 2. Pl. תְּרוּמוֹת *Oblationes*, 2 Sam. 1, 21. Aff. תְּרוּמֹתֵינוּ *Oblationes nostræ*, Neh. 10, 31. אִישׁ תְּרוּמוֹת *Vir* (cupidus) *donorum*, Prov. 29, 4.

תְּרוּמִיָּה f. *Idem*, Ez. 48, 12.

II. רוּם. Ar. رَأَمَ Valide contorsit v. g. funem. Hinc

רָאמוֹת f. pl. *Sericæ, panni holoserici*, Job. 28, 18. Ez. 27, 16. Componitur enim Ez 27, 16. cum בּוּץ. Vulg. Syr. & Aq. Sericum. Al. Corallia; Al. Sandastri; al. Margaritæ.

רוּעַ *Malus fuit*; quæ inde derivari solent, vid s. רָעַע I.

I. רוּעַ *Terrore percelli, terreri, timere.* Conv. plane Ar. رَاعَ Terruit, timuit. Imp. pl. רֹעוּ pro רוֹעוּ *Terrore percellimini*, Jes. 8, 9. Rectius Congregamini, a رَاعَ pro رَعَى II. Convenit. Vid.

 I.

I. ריע. Inf. cum ה parag. רֹעָה pro רוּעָה *Terreri*, Jef. 24, 19. Aut duo hi modi qf. a רֵעַע formantur, fignificatione tamen a راع defumta. Hinc

2) הֵרִיעַ HIPH. propr. *Clamando terrorem bellicum excitare*; hinc in genere *Clanxit, jubilavit; barritum fecit; vociferatus eft* v. g. in bello, in victoria & triumpho, voce aut buccina: Germ. ein Kriegsgefchrei machen. Hinc Ar. روع Terror. Pugna. Conv. etiam رغا Vociferatus eft. Præt. pl. הֵרִיעוּ *Vociferati funt*, Jud. 15, 14. 2 p. m. conv. וַהֲרֵיעֹתֶם *& clangetis*, Jof. 6, 10. Part. pl. מְרִיעִים *Vociferantes*, Efr. 3, 13. Inf. הָרִיעַ *Clangere*, 2 Chr. 13, 12. Imp. f. הָרִיעִי *Jubila*, Zach. 9, 9. Pl. הָרִיעוּ *Clangite*; Jof. 6, 10. Fut יָרִיעַ *vociferabitur*, Pf. 41, 12. conv. וַיָּרַע pro וַיָּרִיעַ & *vociferatus eft*, Jof. 6, 20. Pl. נָרִיעַ *Jubilemus*, Pf. 95, 2. & cum ה parag. נָרִיעָה Pf. 95, 1. Quædam tanquam a רָעַע, ut הֵרֵעוּ *Vociferati funt*, 1 Sam. 17, 20. הֲרֵעֹתֶם *Vociferati eftis*, Num. 10, 9. PYH. Fut. יְרֹעַע *Jubilabitur*, Jef. 16, 10. HITHP. הִתְרֹעַע *Jubilavit*. Imp. f. הִתְרוֹעֲעִי *Jubila* fuper me, Pf. 60, 10. Fut. אֶתְרוֹעָע *Jubilabo*, Pf. 108, 10. Pl. יִתְרוֹעֲעוּ *Jubilabunt*, Pf. 65, 14.

רֵעַ m. *Clangor, vociferatio*, Mich. 4, 9. Aff. רֵעֹה pro רֵעוֹ *Vociferatio ejus*, Ex. 32, 17. Aliud רֵעַ Socius, vid. in רָצָה.

תְּרוּעָה f. *Clangor, jubilum*, (fractus fonus) Num. 10, 5. *Vociferatio*, 1 Sam. 4, 5. Cft. תְּרוּעַת Efr. 3, 13.

רוֹעַ vel רֹעַ m. Malitia; vid. in רעע.

רֵיעַ vel רֵעַ m. Amicus; vid. in רעה.

I. רוּף unde nonnullis PYH. Fut. pl. יְרוֹפָפוּ Job. 26, 11. *Concutiuntur, agitantur*; vid. in רפף.

II. רוּף fignificatione a Syr. ܪܦܣ petita Extudit; contudit, trituravit. Hinc

רִיפוֹת f. pl. Contufiones, contufa, i. e. *Fragmenta ftraminis*, & *Stramen* ipfum; ut Ar. رُفَة; nec non رُفَات (a رفت Comminuit) Idem. Ergo Prov. 27, 22. fic exponas licet: *Si trituraveris* (contuderis) *ftultum in area medium inter fragmenta ftraminis* (Germ. Häkerling, Brühts) *tribula, non recesfura tamen ab eo effet ftultitia ejus.* Sic etiam 2 Sam. 17, 19. *Et expandit fuper illud* (tegumentum) הָרִיפוֹת *fragmenta ftraminis.*

* תְּרוּפָה f. Sanatio; vid. in רפא.

I.

I. רוץ *Currere, accurrere, concurrere, decurrere, discurrere, excurrere, præcurrere.* Conv. Ar. رَضَ IV. Vehementer cucurrit. Præt. רָץ *Cucurrit*, Gen. 18, 7. Pl. רָצוּ *Cucurrerunt*, Jer. 23, 21. Part. רָץ *Currens, cursor*, Job. 9, 25. Pl. רָצִים *Cursores*, 2 Sam. 15, 1. it. הָרָצִין 2 Reg. 11, 13. Inf. רוּץ *Currere*, Pf. 19, 6. Imp. רוּץ *Curre*, 2 Sam. 18, 23. & רֻץ 1 Sam. 20, 36. Fut. אָרוּץ *Curram*, 2 Sam. 18, 23. & אָרֻץ Pf. 18, 30. Cum ה parag. אָרוּצָה & אָרֻצָה 2 Sam. 18, 19. 22. 3 p. m יָרוּץ & יָרֻץ *Curret*, Pf. 147, 15. Job. 16, 14. conv. וַיָּרָץ *& cucurrit*, Gen. 18, 2. & in pausa וַיָּרֹץ 2 Sam. 18, 21. Pl. ירוצו & יָרֻצוּ *Current*, Prov. 1, 16. Jes. 40, 31. cum ן parag. יְרוּצוּן & יְרֻצוּן Joel. 2, 4. Pf. 59, 5. PIH. רצץ *Discurrit*, Fut. pl. יְרֹצֵצוּ *Discurrent*, Nah. 2, 5. HIPH. הֵרִיץ *Currere, excurrere fecit*; it. *Cucurrit*. Imp. הָרֵץ *Curre*, 1 Sam. 17, 17. Fut. cum Aff. אֲרִיצֶנּוּ *Currere faciam eum*, sec. Keri Jer. 49, 19. Pl. conv. וַיָּרִיצוּ *& attulerunt*, 2 Chr. 35, 13. cum Aff. וַיְרִיצֻהוּ *& attulerunt eum*, Gen. 41, 14.

רָץ m. Cursor; vid. Verbum.

מֵרוֹץ m. *Cursus*, Eccl. 9, 11.

מְרוּצָה f. *Idem*. Cst. מְרוּצַת & מְרֻצַת 2 Sam. 18, 27. Aff. מְרוּצָתָם *Cursus eorum*, Jer. 23, 10. Pl. מְרֻצָתָם *Cursus fui*, sec. Cheth. Jer. 8, 6.

II. רוץ *Concutere, conterere.* Intransit. *Contritus est.* Conv. cum רָצַץ & Ar. رَضَّ Idem. Fut. יָרוּץ *Quassabit*, Jes. 42, 4. Fem. תָּרֻץ *Conteretur*, v. g. lecythus, Eccl. 12, 6. NIPH. נָרוֹץ *Disruptus fuit*, Eccl. 12, 6. Fut. תֵּרוֹץ *Disrumperis*, Ez. 29, 7. HIPH. הֵרִיץ *Confregit*. Fut. conv. וַתָּרֶץ *& confregit*, Jud. 9, 53.

מְרוּצָה f. *Concussio*, Jer. 22, 17. Al. rectius Iniquitas; vid. מרץ.

רוק. Unde HIPH. הֵרִיק *Evacuavit, exhausit, effudit; evaginavit, evaginare fecit; eduxit, ejecit; exseruit, protulit.* Resp. Ar. رَاقَ pro رَيِقَ Effusa fuit v. g. aqua. IV. Effudit. Præt. conv. וַהֲרִיקֹתִי *& effundam*, Mal. 3, 10. Pl. conv. וְהֵרִיקוּ *& evaginabunt*, Ez. 28, 7. Part. pl. מְרִיקִים *Effundentes*, Gen. 42, 35. Inf. הָרִיק *Evacuare*, Jes. 32, 6. Imp. הָרֵק *Profer*, Pf. 35, 3. Fut. אָרִיק *Evaginabo*, Ex. 15, 9. cum Aff. אֲרִיקֵם *Comminuam eos* (signific. petita a רקק) Pf. 18, 43. יָרִיק *Evacuabit*, Hab. 1, 17. Pl.

Pl. יָרִיקוּ *Expromont*, Jer. 48, 12. HOPH. הוּרַק *Evacuatus, transfusus est*, Jer. 48, 11. Fut. תּוּרַק *Effunditur*, Cant. 1, 3.

רֵק & רֵיק m. *Vacuus, inanis, evacuatus*. Metaph. *Vanus*, Gen. 37, 24. Pl. רֵקִים & רֵיקִים *Vacui*, 2 Chr. 13, 7. *Otiosi*, Prov. 12, 11. Fem. רֵקָה *Vacua*, Jes. 29, 8. Pl. רֵקוֹת *Vacuæ*, Gen. 41, 27. Ar. رَيِّق Idem.

רִק m. *Inanitas, inane*, Ps. 4, 3. *Frustra*, Ps. 73, 13.

רֵיקָם m. *Prorsus vacuus; immerito, inaniter*, Gen. 31, 42.

רור *Salivare, fluere*. Resp. Ar. رَيَّر IV. Fluidum fecit. Præt. רָר *Salivavit*, Lev. 15, 3.

רִיר m. *Saliva*. Ar. رِير Aqua manans ex ore infantis. Aff. רִירוֹ *Salivam suam*, 1 Sam. 21, 14. Hinc *Saliva ex ore hiante manans*, Job. 6, 6. Al. Albumen.

I. רוּשׁ *Pauperem esse vel fieri*. Convenire videtur cum Ar. رِشّ Pass. Effusus est; aut رَاثَ Segnis fuit, per Meton. antec. Præt. pl. רָשׁוּ *Pauperes facti sunt*, Ps. 34, 11. PIH. רִישֵׁשׁ *Depauperavit*. Fut. יְרֹשֵׁשׁ *Depauperabit*, Jer. 5, 17. PYH. רֻשַּׁשׁ *Depauperatus fuit*. Præt. pl. רֻשַּׁשְׁנוּ *Depauperati sumus*, Mal. 1, 4. Sed vid. רֹשׁשׁ. HITHP. Part. מִתְרוֹשֵׁשׁ *Pauperem se ostendens*, Prov. 13, 7.

רָשׁ & רָאשׁ m. *Pauper*, 1 Sam. 18, 23. Prov. 10, 4. Pl. רָשִׁים & רָאשִׁים *Pauperes*, Prov. 22, 7. 13, 23.

רֵישׁ & רֵאשׁ m. *Paupertas*, Prov. 13, 18. 30, 8. Aff. רֵישֶׁךָ & רֵאשֶׁךָ *Paupertas tua*, Prov. 24, 34. 6, 11,

רִישׁ m. *Idem*, Prov. 28, 19.

רִישׁוֹן m. Primus; vid. in ראשׁ.

II. רוּשׁ. Ar. رَأَس Debilitavit, elumbem eum fecit morbus. Hinc fortasse

רוֹשׁ & רֹאשׁ m. *Venenum, cicuta*, Devt. 32, 33. 29, 17. *Fel*, Ps. 69, 22.

רָז m. CHALD. *Secretum, arcanum*, Dan. 4, 6. (a רזז inusit. unde Syr. ܪܙ Celavit consilia, arcani fidem custodivit, nec non Ar. رَازَ II. Consilio solerti fuit; quibuscum convenit Syr. ܪܙ Arcanum fecit, secretum habuit. Aph. Celavit consilia; nec non Ar. رَزَّ Defixit rem in terra, i. e. occultavit; unde رُزُون Pl. fan. Mysteria.)

steria.) Emph. רָזָא aut רָזָה Dan. 2, 19. 18. Pl. רָזִין *Arcana*, Dan. 2, 28. Emph. רָזַיָּא v. 29.

רָזָה *Emaciavit; in gen. Diminuit, detrimento affecit*; ut Ar. رزي Diminuit. II. Detrimento affecit. Præt. רָזָה Zeph. 2, 11. NIPH. Fut. יֵרָזֶה *Diminuetur, attenuabitur*, Jes. 17, 4. Conv. etiam Ar. رزي Extenuatus, enervatus fuit.

רָזֶה m. *Macilentus*. Fem. רָזָה *Macilenta*, Num. 13, 21.

רָזִי m. *Macies, diminutio*, Jes. 24, 16. Ar. رزيئة Malum, infortunium; ærumna. Proinde exponas licet: רָזִי־לִי רָזִי־לִי *Male, immo pessime mecum agitur*. LXX. prorsus omiserunt. Chald. & plerique veterum cum eo: Secretum mihi, secretum mihi; q. esset רָז. Aliene! ob locum male intellectum. Etiam Ar. رزي dicitur Extenuatus, tritus. Suppone jam Hebr. esse substantivum; quænam ejus vis atque potestas esset?

רָזוֹן m. *Macies; diminutio*, Jes. 10, 16. Mich. 6, 10. Sed רָזוֹן Ps. 106, 15. videtur esse pro רָצוֹן Desiderium. Scil. *Et misit desiderium in animo eorum*; aut est *Beneficium cumulatum*, ab Ar. رزئ Obtinuit beneficium; it. contulit. רָזוֹן Princeps, Prov. 14, 28. vid. in רזן.

חֲזָה חָזָה f. Ilex; vid. חזה.

רזח Rad. inusit. fortasse per Metath. pro צָרַח Exclamavit, clamavit; unde Ar. مرزح Magna & vehementi voce præditus; nec non رزح Exaltio vocis s. ad fletum s. ad lætitiam. Hinc itaque

מַרְזֵחַ m. *Lessus, clamor luctus*; *luctus*, Jer. 16, 5. LXX. θίασος, coetus tripudiantium; sed sermo est de lugentibus.

מִרְזַח m. *Clamor ovantium, jubilatio* v. g. luxuriantium. Cst. מִרְזַח Am. 6, 7.

רָזַם *Cepit, accepit*; ut Ar. رزم, quod idem significat. Fut. pl. Quid sumit te cor tuum, & quid יִרְזְמוּן *carpiunt* oculi tui, i. e. quæ res occupavit te & sustentat cor tuum, quamque spem proposuisti tibi ante oculos, Job. 15, 12. LXX. ἐπήνεγκαν, intulerunt

lerunt f. fuſceperunt; idem. Sic reſpondet רָאשׁ יִקְהַת. Eodem etiam collimat Targ. מְרַמְזִין Innuentes, per Meton. conſeq. Al. Annuit, innuit; oſtendit.

רזן. Ar. رَزَنَ Conſtitit aliquo loco elatiori; unde رَزْن Locus elatior; nec non رَزَانَةٌ Honor. Hinc

רָזוֹן m. *Princeps*, *dominator*, *dominus*, *præfectus*, qſ. honoratus, ſuperior, Prov. 14, 28.

רֹזֵן m. *Idem*. Pl. רֹזְנִים *Principes*, Jud. 5, 3. Pſ. 2, 2.

רָחַב *Latus*, *dilatatus fuit*. Reſp. Ar. رَحُبَ & رَحِبَ Amplus, ſpatioſus fuit. Præt. וְרָחַב *& dilatabitur* v. g. cor, Jeſ. 60, 5. Fem. רָחֲבָה *Dilatata eſt*, Ez. 41, 7. NIPH. Part. נִרְחָב *Dilatatus*, Jeſ. 30, 23. HIPH. Præt. הִרְחִיב *Dilatavit*, Gen. 26, 22. Pl. הִרְחִיבוּ *Dilataverunt ſe*, Pſ. 25, 17. Part. מַרְחִיב *Dilatans*, Devt. 33, 20. Inf. הַרְחִיב *Dilatare*, Am. 1, 13. Imp. הַרְחֶב *Dilata*, Pſ. 81, 11. Fut. יַרְחִיב *Spatium facit*, Prov. 18, 16.

רָחָב m. 1) *Amplus*, *latus*, Job. 30, 14. Ar. رَحْب Idem. cſt. רְחַב Prov. 28, 25. רְחַב נֶפֶשׁ *Multa appetens*. רְחַב לֵבָב *Superbus*, Pſ. 101, 5. רְחַב יָדַיִם *Spatioſus*, Pſ. 104, 25. 2) *Amplitudo*, *latitudo*. cſt. רְחַב Prov. 21, 4. Arab. رِحَاب Idem. Pl. cſt. רַחֲבֵי 1) *Lati*, Jeſ. 33, 21. 2) *Latitudines*, Job. 38, 18.

רְחָבָה f. *Ampla*, *lata*; it. *Latitudo*, Pſ. 119, 96. cſt. רַחֲבַת Jeſ. 22, 18.

רֹחַב m. Ar. رُحْب *Amplitudo*, *latitudo*, Ex. 26, 16. Aff. רָחְבּוֹ *Latitudo ejus*, Ex. 25, 10.

רַחַב m. *Latitudo*, *vaſtitas*, Job. 36, 16.

רְחוֹב m. *Forum*; *ſpatioſus locus*; *platea*, 2 Chr. 32, 6. Ar. رَحَائِب Latifundia terræ. Aff. רְחֹבָהּ *Platea ejus*, Pſ. 55, 12.

רְחֹבוֹת f. pl. *Fora*; *areæ*; *plateæ*, Am. 5, 16. Aff. רְחֹבֹתֵינוּ *Plateæ noſtræ*, Thr. 4, 18.

מֶרְחָב m. *Latitudo*, *locus latus* ſ. *ſpatioſus*, Pſ. 31, 9. Plur. cſt. מֶרְחֲבֵי *Loca ſpatioſa*, Hab. 1, 6. Ar. مَرْحَب Amplitudo.

רחה. Ar. رَحَا Convertit rem; it. رَحِيَ Contorſit ſe in ſpiram. Hinc

רֵחַיִם

רֵחַיִם m. Dual. *Mola*, intell. utraque, Ex. 11, 5. Jer. 25, 10.
Ar. أرحاء Pl. Idem.

רַחַת f. Vannus; vid. רוח.

רחיט [illegible]o רָהִיט quod vid. f. l. Cant. 1, 17.

רָחֵל f. *Ovis*, *agna*, Jef. 53, 7. Ar. رخل, رخل & رخلة Idem. Pl. רְחֵלִים *Oves*, Gen. 32, 14. Aff. רְחֵלֶיךָ *Oves tuæ*, Gen. 31, 38.

רָחַם *Tenerrime*, *intime dilexit*; *mifertus fuit*. Arab. رحم Tenerrimo animo affectus fuit. Fut. cum Aff. אֶרְחָמְךָ *Tenerrime diligam te*, Pf. 18, 2. PIH. רִחַם *Mifertus eft*. Confir. cum Acc. & Part. עַל. Præt. רִחַם Pf. 103, 13. cum Aff. וְרִחַמְךָ *& mifereatur tui*, Devt. 13, 18. in paufa וְרִחֲמֶךָ Devt. 30, 3. Pl. conv. cum Aff. וְרִחֲמוּם *& mifereantur eorum*, 1 Reg. 8, 50. Part. מְרַחֵם *Miferans*, Jef. 49, 15. cum Aff. מְרַחֲמָם *Miferans eos*, Jef. 49, 10. Inf. רַחֵם *Mifereri*, Pf. 103, 13. cum Aff. רַחֶמְכֶם *Mifereri veftri*, Jef. 30, 18. Fut. אֲרַחֵם *Miferebor*, Ex. 33, 19. Pl. in paufa יְרַחֵמוּ *Miferebuntur*, Jef. 13, 18. PYH. רֻחַם *Ejus mifertum eft*. Præt. f. in paufa רֻחָמָה *Idem*, Hof. 1, 6. Fut. יְרֻחָם *Ejus miferebitur*, Hof. 14, 4. Ar. etiam رخم Mifertus fuit.

רָחָם Lev. 11, 18. & cum ה parag. רָחָמָה Devt. 14, 17. mafc. Ar. رخم Coll. & رخمة Unit. *Raham*, i. e. Avis e vulturum genere, corvi magnitudine, collo & corpore albo, extremis alarum nigra, foetentes tantum carnes vorans; avis, quæ pullos fuos, dum ipfi evolare queant, fuo ipfa fanguine, quem ex profciffa roftro ingluvie fua eliciat, alere dicitur; qf. Avis mifericors. Al. Merops. Al. Pica.

רַחֵם m. form. Inf. PIH. *Mifcratio*, *mifericordia*, Hab. 3, 2. Pl. רַחֲמִים *Miferationes*, *vifcera*, Devt. 13, 17. cft. רַחֲמֵי Prov. 12, 10. Aff. רַחֲמָו pro רַחֲמָיו *Miferationes ejus*, 2 Sam. 24, 14. Arab. رحم & رحم Idem.

רַחֲמִין m. pl. Chald. *Mifericordia*, Dan. 2, 18.

רַחוּם m. *Mifericors*, Ex. 34, 6 Ar. رحيم & راحم Idem.

רֶחֶם m. *Uterus*, *matrix*, *vulva*, Hof. 9, 14. Aff. רַחְמָהּ *Uterus*

rus ejus, Gen. 29, 31. Locutio proverbialis מֵרֶחֶם מִשְׁחָר *Ex utero auroræ*, i. e. *statim sub initium*; *Tuus* (enim) *est ros* (prolificus) *nativitatis* (f. progeniei) *tuæ*, Pf. 110, 3. Arab. رَحِم & رَحْم Uterus.

רַחַם m. *Idem*, Gen. 49, 25. Jef. 46, 3.

רַחַם f. *Puella*, Jud. 5, 30. Du. רַחֲמָתַיִם *Duæ puellæ*, ib.

רַחֲמָנִיָּה f. *Misericors*; unde Pl. רַחֲמָנִיּוֹת *Misericordes*, Thr. 4, 10. Ar. رَحْمٰن & رَحْمان Idem.

רָחַף *Movit*, *commovit se*. Refp. Ar. رَحَف Repfit. Præt. pl. רָחֲפוּ *Commota sunt*, Jer. 23, 9. PIH. רִחֵף *Idem*. Part. f. מְרַחֶפֶת *Movens se*, Gen. 1, 2. Fut. יְרַחֵף *Movet se*, Devt. 32, 11.

I. רָחַץ ut Ar. رَحَض *Lavit*, *lavit se*. Præt. רָחַץ Lev. 22, 6. Pl. רָחֲצוּ *Laverunt*, 1 Reg. 22, 38. Part. f. רֹחֶצֶת *Lavans se*, 2 Sam. 11, 2. Pl. רֹחֲצוֹת *Levantes se*, *loti*, Cant. 5, 12. Inf. רְחֹץ *Lavare*, Gen. 24, 32. cum ה parag. רָחְצָה Ex. 30, 18. Imp. רְחַץ *Lava*, 2 Sam. 11, 8. Pl. רַחֲצוּ *Lavate*, Gen. 18, 4. Fut. יִרְחַץ *Lavabit*, Pf. 58, 11. PYH. Præt. רֻחַץ *Lotus fuit*, Prov. 30, 12. HITHP. Præt. הִתְרָחַצְתִּי *Lotum me præbui*, *lavi me*, Job. 9, 30.

רַחַץ m. *Lotio*. Aff. רַחְצִי *Lotio mea*, Pf. 60, 10.

רַחְצָה f. *Lotio*, *lavacrum*, *ablutio*, Cant. 4, 2. 6, 6.

II. רְחַץ CHALD. *Confisus est*. Videtur significationem repetiisse ab Ar. رَخُص Remissior, facilis fuit. II. Levavit molestia. IV. Reputavit facilem. Hinc ITHPEH. Præt. pl. הִתְרְחִצוּ עֲלוֹהִי *Confisi sunt in eo*, i. e. levatos se reputarunt fuper eo, Dan. 3, 28.

רָחַק *Longe*, *procul abfuit*; *longinquus fuit*, *abfuit*; *longe abiit*, *recessit* f. *profectus est*. Refp. Æthiop. *Rachyha*, Idem; nec non, ut videtur, Ar. رَحِق propr. Abfuit; hinc Prope abfuit; Hebr. autem רָחַק Procul abfuit. Præt. רָחַק Jef. 59, 9. Pl. רָחֲקוּ *Procul recesserunt*, Prov. 19, 7. Inf. cft. רְחֹק *Longe abesse*, Pf. 103, 12. cum ה parag. רָחֳקָה Ez. 8, 6. Imp. f. רַחֲקִי *Longe recede*, Jef. 54, 14. Pl. רַחֲקוּ *Procul abeste*, Ez. 11, 15. Fut. יִרְחַק *Recedet*, Devt. 12, 21. & Keri Eccl. 12, 6. fed fec. Cheth. יֵרָחֵק Diffolvetur. Pl. יִרְחֲקוּ *Procul absunt*, Job. 5, 4. PIH. רִחַק *Procul amovit*, *elongavit*, Jef. 29, 13. Fut. pl. יְרַחֲקוּ *Procul amovebunt*, Ez. 43, 9. HIPH. הִרְחִיק *Procul amovit* f. *abegit*, Job. 19, 13.

Pl.

Pl. הִרְחִיקוּ *Procul abierunt*, Gen. 44, 4. Inf. הַרְחֵק *Recedendo*, Jof. 3, 16. cum Aff. הַרְחִיקָם *Procul abigere eos*, Joel. 4, 6. Imp. הַרְחֵק *Longe remove*, Prov. 4, 24. הַרְחֵק Job. 13, 21. cum Aff. הַרְחִיקֵהוּ *Procul remove eum*, Job. 11, 14. Fut. אַרְחִיק *Longiſſime auſugerem*, Pf. 55, 8. Pl. תַּרְחִיקוּ *Longe abeatis*, Ex. 8, 24.

רָחֵק m. *Longinquus*; unde Pl. cum Aff. רְחֵקֶיךָ *Qui recedunt a te*, Pf. 73, 27.

רָחוֹק m. *Longinquus, diſtans, diſſitus*, Prov. 15, 29. *Longum intervallum, diſtantia*, Jof. 3, 4. & Adverb. *Longe, procul*, Prov. 31, 10. Pl. רְחוֹקִים *Longinqui*, Jef. 33, 13. Fem. רְחוֹקָה *Longinqua*, Devt. 29, 22. Pl. רְחוֹקוֹת *Longinquæ*, Devt. 20, 15.

רַחִיק m. Chald. unde Pl. רַחִיקִין *Procul remoti*, Efr. 6, 6. Al. רְחִיקִין a Sing. רְחִיק.

מֶרְחָק m. *Longinquitas, diſtantia, remotio*, Jer. 4, 16. Pl. מֶרְחַקִּים (cum Dag. euphon.) *Loca diſſita*, Zach. 10, 9. cft. מֶרְחַקֵּי Jef. 8, 9.

מֶרְחָק m. unde Pl. מֶרְחַקִּים *Longinquitas*, Jer. 8, 19.

רָחַשׁ *Agitavit, movit*. Refp. Ar. رخش unde V. ترخّش Motus, agitatus fuit, & Subft. رخشة Motus, agitatio. Præt. רָחַשׁ *Agitat*, Pf. 45, 2. Al. Eructat.

מַרְחֶשֶׁת f. *Ahenum, cacabus*; in quo aqua ebulliendo movetur, Lev. 2, 7. 7, 9.

רַחַת f. Vannus; vid. רוח.

רָטֹב *Maduit, humidus fuit*. Plane idem Ar. رطب Humidus, recens fuit. Fut. pl. יִרְטָבוּ *Madent*, Job. 24, 8.

רָטֹב m. *Succoſus, humidus*, Job. 8, 16.

רֻטֲפַשׁ pro רָטֹב פָּשַׁ q. d. Humectatus fuit abundanter, fcil. *reviresſcens augetur*, Job. 33, 25.

רטה. Hinc derivant nonnulli יִרְטֵנִי quod effet ab Arab. رطا Velavit, texit; & diceretur: *Et ſuper* (i. e. in) *manibus impiorum contexit* (inclufit) *me*, Job. 16, 11. Sed videtur potius effe pro יִרְטֵנִי (ad formam יָבֵשׁ) a verbo יָרַט Ar. ورط Conjecit, præcipitem dedit v. g. in exitium, & fonare: *Et in manus impiorum conjecit me*.

רֶטֶט m. pro רֶתֶת *Tremor*, Jer. 49, 24. a verbo رتّ Tumultuatus est.

רִטְפַשׁ vid. post רטב.

רָטַשׁ PIH. *Contudit, pertudit, collisit;* unde Ar. رطس Percussio. Fut. תְּרַטֵּשׁ *Pertundes* lapidibus, aut alia re, 2 Reg. 8, 12. Pl. f. תְּרַטַּשְׁנָה *Pertundent*, Jes. 13, 18. PYH. רֻטַּשׁ *Pertusus est*. Præt. f. רֻטָּשָׁה (in pausa) *Allisa est*, Hos. 10, 14. Fut. pl. יְרֻטָּשׁוּ *Allidentur*, Jes. 13, 16. Nah. 3, 10.

ריח. Ar. رَيَّحَ Percepit odore suo rem. II. Odoratam reddidit rem. IV. Percepit, assecutus est odorem ex aliqua re. Hinc HIPH. הֵרִיחַ *Odoratus est, olfecit, sensit.* Constr. cum Acc. & Præf. בְּ. Inf. הָרִיחַ *Odorari*, Ex. 30, 38. cum Aff. הֲרִיחוֹ *Odorari ejus*, Jes. 11, 3. Fut. יָרִיחַ *Odorabitur*, Job. 39, 25. & יָרַח 1 Sam. 26, 19. Pl. cum ן parag. יְרִיחוּן *Odorantur*, Ps. 115, 6.

רֵיחַ m. *Odor, odoratus*, Cant. 4, 11. Aff. רֵיחֵנוּ *Odor noster*, Ex. 5, 21.

רֵיחַ m. CHALD. *Idem*, Dan. 3, 27.

רֵיחַ m. inus. unde quibusdam Pl. רֵיחִים Naves, Jes. 43, 14. sed rectius בָּרִיחִים Fugitivos; vid. ברח.

I. רִיעַ. Ar. راعَ pro رَوَعَ II. Convenit. Hinc Hebr. Imp. pl. רֹעוּ *Congregamini*, Jes. 8, 9. Al. Timete.

II. רִיעַ vel הֵרִיעַ Clanxit, vid. in רוע.

רִיק vel הֵרִיק, vid. in רוק.

רִיר Saliva; vid. in ריר.

רָכַב *Equitavit, equo insedit, vectus est.* Plane idem Ar. رَكِبَ Vectus fuit, inequitavit, insedit. Præt. רָכַב Esth. 6, 8. Pl. רָכְבוּ *Equitarunt*, 1 Sam. 30, 17. Part. רוֹכֵב vid. inter Nomina. Inf. רְכֹב *Equitare*, 2 Sam. 16, 2. Cum ה parag. לִרְכְּבָה *ad equitandum*, Ez. 27, 20. Al. est Nomen. Imp. רְכַב *Vehere*, Ps. 45, 5. Fut. יִרְכַּב *Equitabit*, Lev. 15, 9. Pl. נִרְכָּב *Equitabimus*, Jes. 30, 16. HIPH. הִרְכִּיב *Vehere vel vehi fecit, vexit, vehendum imposuit.* Præt. הִרְכַּבְתָּ *Vehifecisti*, Ps. 66, 12. Pl. cum Aff. וְהִרְכִּיבֻהוּ *& equitare facient eum*, Esth. 6, 9. Imp. הַרְכֵּב *Insidere fac*, 2 Reg. 13, 16. Fut. cum Aff. תַּרְכִּיבֵנִי *Equitare facies me*, Job. 30, 22. Pl. וַיַּרְכִּבוּ *& vexerunt*, 2 Sam. 6, 3.

רוֹכֵב m. Part. Ben. *Equitans*, *eques*, Num. 22, 22. Aff. רוֹכְבוֹ *Eques ejus*, Zach. 12, 4. Pl. רוֹכְבִים *Equitantes*, Jud. 12, 14. cft. רוֹכְבֵי Jud. 5, 10. Aff. רוֹכְבֵיהֶם *Infidentes ei*, Hagg. 2, 22. Fem. רוֹכֶבֶת *Equitans*, 1 Sam. 25, 20.

רֶכֶב m. 1) collect. *Currus*; *Carpentum*, *vehiculum*, 2 Sam. 10, 18. 2 Reg. 9, 21. 2) *Catillus molæ*, Devt. 24, 6. 3) *Equitatio*, Ef. 21, 7. Aff. רִכְבּוֹ *Currum fuum*, Ex. 14, 6. Pl. cft. רִכְבֵי *Currus*, Cant. 1, 9.

רְכוּב m. *Vehiculum*. Aff. רְכוּבוֹ *Vehiculum fuum*, Pf. 104, 3.

רַכָּב m. *Eques*, *auriga*, 2 Reg. 9, 17. Aff. רַכָּבוֹ *Auriga fuus*, 1 Reg. 22, 34.

מֶרְכָּב m. *Cui quis infidet*, *infefforium*, v. g. *currus*, *fedile*, *fagma*, *ephippium*, *ftratum equi*, Lev. 15, 9. מֶרְכָּבוֹ *Sedile ejus*, Cant. 3, 10. Ar. etiam مَرْكَب Vehiculum, currus, jumentum; navis; nec non مَرْكُوب Vehes, veha.

מֶרְכָּבָה & מִרְכָּבָה f. *Currus*: *Quadriga* i. e. quatuor equi; it. *Biga*, i. e. duorum equorum, 2 Chr. 1, 17. Pl. מַרְכָּבוֹת *Currus*, Joël. 2, 5. cft. מַרְכְּבוֹת Ex. 15, 4. Aff. מַרְכְּבוֹתֶיךָ *Currus tui*, Mich. 5, 10.

מֶרְכֶּבֶת & מִרְכֶּבֶת f. *Idem*, Gen. 41, 43. Aff. מֶרְכַּבְתּוֹ *Currum fuum*, Gen. 46, 29.

אַרְכֻּבָה f. CHALD. (per Metath. ab Hebr. בֶּרֶךְ) *Poples*; Synecd. *Genu*. Pl. cum Aff. אַרְכֻּבָּתֵהּ *Genua ejus*, Dan. 5, 6.

רָכַךְ *Mollis*, *emollitus fuit*. Idem plane, quod Ar. رَكَّ Tenuis, mollis fuit. Præt. רַךְ *Emollitum eft* fc. cor, 2 Reg. 22, 19. Pl. רַכּוּ *Mollia funt*, Pf. 55, 22. NIPH. Fut. אַל־יֵרַךְ *ne molefcat*, Devt. 20, 3. PYH. Præt. f. רֻכְּכָה *Emollitum eft*, Jef. 1, 6. HIPH. הֵרַךְ *Emollivit*, Job. 23, 16.

רֹךְ m. *Mollities*, *teneritudo*, Devt. 28, 56.

רַךְ m. *Mollis*, *tener*, Gen. 18, 7. ob acc. רָךְ 1 Chr. 22, 5. Pl. רַכִּים *Teneri*, Gen. 33, 13. Fem. רַכָּה *Tenera*, Prov. 25, 15. Pl. רַכּוֹת *Teneræ*, Gen. 29, 17.

מֹרֶךְ m. (ex מְרֻכָּךְ forfan natum) *Mollities*, Lev. 26, 36.

רכל. Ar. رَجِل Pedes fuit, iter habuit. Vid. fupra רגל. Nam

 رَكَل

ركل pro رجل dici, documento eſt, & مركل & مرجل denotare Pedem. Hinc itaque

שָׁקַל *Pendit, appendit, expendit, libravit, trutinavit, ponderavit*. Idem Ar. ثقل Gravitatem rei exploravit. Præt. שָׁקַל 2 Sam. 14, 26. Part. שֹׁקֵל *Appendens*, 2 Sam. 18, 12. Inf. abs. שָׁקוֹל *Appendendo*, Job. 6, 2. Cst. שְׁקוֹל *Appendere*, Esth. 4, 7. Fut. conv. וָאֶשְׁקוֹל *& appendi*, Jer. 32, 10. cum ה parag. וָאֶשְׁקְלָה *& appendam*, Esr. 8, 26. it. וָאֶשְׁקֲלָה Jer. 32, 9. Pl. תִּשְׁקְלוּ *Appenditis*, Jes. 55, 2. in pausa תִּשְׁקֹלוּ Esr. 8, 29. NIPH. Præt. נִשְׁקַל *Appensus, um fuit*, Esr. 8, 33. Fut. יִשָּׁקֵל *Appendetur*, Job. 6, 2.

שֶׁקֶל m. *Pondus; siclus*, Ex. 30, 13. Siclus autem comprehendit 20 Geras; & 20 Geræ pendent apud nos 20 dimidios bacos, apud Athenienses 4 drachmas, pondere unicam argenti. Siclum autem sanctuarii non differre a Politico docet Hottingerus ad Goodwini Mosen & Aharonem p. 970. Pl. שְׁקָלִים *Sicli*, Ex. 21, 32. 1 Sam. 17, 5. Cst. שִׁקְלֵי 1 Chr. 21, 25.

מִשְׁקָל m. *Pondus*, Ez. 5, 1. Cst. מִשְׁקַל 1 Reg. 10, 14. Aff. מִשְׁקָלוֹ *Pondus ejus*, Gen. 24, 22.

מִשְׁקוֹל m. *Idem*, Ez. 4, 10.

מִשְׁקֹלֶת f. *Perpendiculum, libella*, 2 Reg. 21, 13.

מִשְׁקֶלֶת f. *Idem*, Jes. 28, 17.

שִׁקְמִים vid. שִׁקְמָה.

שָׁקַע *Submersus, in profundum demersus, depressus fuit*. Prope accedit Ar. سقع Abiit nescio quo; nec non صقع Sol ad occasum inclinavit. Præt. f. conv. וְשָׁקְעָה *& submergetur*, Am. 9, 5. Fut. תִּשְׁקַע *In profundum deprimetur*, Jer. 51, 64. NIPH. נִשְׁקַע *Submersus est*. Præt. f. conv. וְנִשְׁקְעָה *& submergetur*, sec. Keri Am. 8, 8. HIPH. הִשְׁקִיעַ *Descendere fecit in fundum*. Fut.

אַשְׁקִיעַ

אַשְׁקִיעַ *Descendere faciam*, Ez. 32, 14. תַּשְׁקִיעַ *Demerges*, Job. 40, 25. Al. Ligabis.

מִשְׁקָע m. *Aqua*, quæ fæces deorsum depulit, i. e. *limpida, pura*. Cft. מִשְׁקַע Ez. 34, 18.

שְׁקַעֲרוּרוֹת f. pl. *Lacunæ, cavitates*, Lev. 14, 37. Compos. esse videtur ex שָׁקַע Desedit, & قعر Profundus fuit.

שקף Græce Σκοπίω Ar. سقف Episcopum i. e. prospicientem fecit. Hinc NIPH. נִשְׁקַף *Spectans factus est; Spectavit, prospectavit, prospexit*. Præt. נִשְׁקַפְתִּי *Prospectavi*, Prov. 7, 6. Part. m. נִשְׁקָף *Prospectans*, Num. 23, 28. cum ה parag. נִשְׁקָפָה Num. 21, 20. Fem. נִשְׁקָפָה Cant. 6, 10. HIPH. Præt. הִשְׁקִיף *Prospexit*, Ps. 14, 2. Imp. cum ה parag. הַשְׁקִיפָה *Prospice*, Devt. 26, 15. Fut. יַשְׁקִיף *Prospiciet*, Thr. 3, 50. pl. conv. וַיַּשְׁקִיפוּ & *prospexerunt*, Gen. 18, 16.

שְׁקוּף m. unde Pl. שְׁקֻפִים *Prospectui accommodatæ* v. g. חַלּוֹנִים Fenestræ, intrinsecus apertæ & extrinsecus clausæ; qs. Jalousie-Gitter, 1 Reg. 6, 4. 7, 4.

שֶׁקֶף m. *Prospectus*, 1 Reg. 7, 5.

מַשְׁקוֹף m. *Superliminare, prospectui patens*, Ex. 12, 7.

שקץ. Ar. سقط Poenituit, desperavit. IV. Abortum passa fuit mulier, unde etiam سقط Ignominia. Hinc PIH. שִׁקֵּץ *Abominatus, detestatus est*, Ps. 22, 25. Inf. שַׁקֵּץ *Detestando*, Devt. 7, 26. Fut. cum Aff. תְּשַׁקְּצֶנּוּ *Detestaberis illud*, ibid. Pl. תְּשַׁקְּצוּ *Detestabimini*, Lev. 11, 13. in pausa תְּשַׁקֵּצוּ ib. v. 11.

שֶׁקֶץ m. *Abominabile; abominatio*, Lev. 7, 21. 11, 10.

שִׁקֻּץ & שִׁקּוּץ m. *Abominandum, detestandum; abominatio*, Dan. 11, 31. 1 Reg. 11, 5. Pl. שִׁקּוּצִים *Abominationes*, Hos. 9, 10. שִׁקֻּצִים 2 Reg. 23, 24. Cft. שִׁקּוּצֵי Ez. 20, 7. Aff. שִׁקּוּצַיִךְ *Abominationes tuæ*, Jer. 4, 1.

I. שקק *Cucurrit, discurrit; appetivit, desideravit*, Conv. Ar. شقّ Discessit inde; nec non ساق Propulit, impulit. Stimulavit. Part. שׁוֹקֵק *Discursitans*, Jes. 33, 4. i. e. in præda obiens. Fem. שׁוֹקֵקָה Jes. 29, 8. Fut. pl. יָשֹׁקּוּ *Discurrent*, Joël. 2, 9. HITHP. הִשְׁתַּקְשֵׁק *Discursitavit*. Fut. pl. יִשְׁתַּקְשְׁקוּן *Discursitant*, Nah. 2, 5.

מַשָּׁק m. *Discursio*, sc. locustarum. Cft. מַשַּׁק Jes. 33, 4.

II. שקק Significatione a שָׁקָה Ar. سقى desumta, Rigavit. Hinc PIH. Fut. cum Aff. וַתְּשֹׁקְקֶהָ *& rigas eam*, Ps. 65, 10. Al. Desiderio exples eam. Al. Obis eam.

שְׁוָקִים Plateæ; vid. in שׁוק.

מַשְׁקֶ vid. in שׁקה.

תְּשׁוּקָה vid. in שׁוק.

שקק. Ar. شقّ Fudit, laceravit; unde etiam شقّ Fissura, hiatus. Hinc

שַׂק m. I. *Saccus, cilicium*, i. e. pannus, ex quo sacci fieri solent. Gen. 42, 25. Pl. שַׂקִּים *Sacci*, Jos. 9, 4. Aff. שַׂקֵּיהֶם *Saccos suos*, Gen. 42, 35. II. *Vestis lacera, scissa*, Gen. 37, 34. 2 Reg. 6, 30. Plur. 2 Reg. 19, 2.

שָׁקַר *Mentitus est; fallaciter, perfide, dolose egit, fefellit, fallax fuit; Prævaricatus est.* Accedit Syr. ܫܩܪ Idem; ut & Ar. سقر Alteravit colore. Fut. תִשְׁקֹר *Mentieris*, Gen. 21, 23. PIH. שִׁקֵּר *Mendaciter egit*. Præt. pl. שִׁקַּרְנוּ *Mendaciter egimus*, Ps. 44, 18. Fut. אֲשַׁקֵּר *Mendaciter agam*, Ps. 89, 34. Pl. in pausa יְשַׁקֵּרוּ *Mendaciter agent*, Jes. 63. 8.

שֶׁקֶר m. *Mendacium, falsitas*. It. *Falso, mendaciter*. Prov. 17, 4. Ps. 119, 86. Cum Præf. לַשָּׁקֶר & בַּשֶּׁקֶר *Falso*, Lev. 5, 24. Jer. 3, 10. Pl. שְׁקָרִים *Mendacia*, Ps. 101, 7. Aff. שִׁקְרֵיהֶם *Mendacia sua*, Jer. 23, 32.

שׂקר PIH. *Nictavit* v. g. oculis. Part. pl. f. מְשַׂקְּרוֹת *Nictantes*, Jes. 3, 16. LXX. ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν, nutibus oculorum. Hinc etiam Ar. شقر Rei plurima repetitio; & تشقّر Vacillatio; ultro citroque moveri.

שְׁרָא CHALD. (Ar. سرا Transivit) I. *Solvit*; Gr. καταλύω. Part. Peh. pl. m. שָׁרַיִן *Solutos*, Dan. 3, 25. Inf. מִשְׁרֵא *Solvere*, Dan. 5, 16. PAH. Part. מְשָׁרֵא *Solutus*, s. *solutio*, Dan. 5, 12. ITHP. Part. pl. מִשְׁתָּרַיִן *Dissoluta*, ib. v. 6. II. *Habitavit*. Part. Peh. שָׁרֵא *Habitans*, Dan. 2, 22. III. *Coepit, incepit*. PAH. Præt. pl. שָׁרִיו *Inceperunt*, Esr. 5, 2. quod fortasse est Ar. ضرا Instituit.

שרב. Ar. ضرب IV. Incendit; cui convenit ضرم Arsit. Efferbuit. II & IV. Accendit. Accedit Syr. ܫܪܒ Aruit. Hinc

שָׁרָב

שָׁרָב m. *Aestus*, Jes. 49, 10. It. *Torridus*, *aridus locus*, Jes. 35, 7.

שַׁרְבִיט m. *Sceptrum*, Esth. 5, 2. Est vero Hebr. שֵׁבֶט, inserto ר more Chaldæorum, ut כֻּרְסֵא loco כִּסֵּא. Affine est Gr. σκῆπτρον. Hinc fortasse etiam Ar. سَرْبَطَ Oblongus fuit.

שָׂרַג PYH. *Perplexus*, *implicatus fuit*, ab Ar. شَرَجَ Constrinxit, clausit, pec. laqueolis invicem insertis. Fut. pl. in pausa יְשֹׂרָגוּ *Implexi sunt*, Job. 40, 17. HITHP. הִשְׂתָּרֵג *Consertum*, *implexum se præbuit*. Fut. pl. יִשְׂתָּרְגוּ *Implicant se*, Thr. 1, 14.

שָׂרִיג m. *Palmes*, *surculus*, *propago*; *ramus*. Pl. שָׂרִיגִים (cum Kamez immutab.) *Palmites*, Gen. 40, 10. 12. Aff. שָׂרִיגֶיהָ *Palmites ejus*, Joël. 1, 7.

I. שָׂרַד *Superstes fuit*. Idem Ar. شَرَدَ Effugit a gladio. Præt. pl. שָׂרְדוּ *Superstites fuerunt*, Jos. 10, 20.

שָׂרִיד m. *Superstes*, *residuus*, Num. 21, 35. Pl. שְׂרִידִים *Superstites*, Joël. 2, 2. Cst. שְׂרִידֵי Jer. 31, 2. Aff. שְׂרִידָיו *Residui ejus*, Job. 27, 15.

II. שׂרד. Ar. شَرَطَ Conditionem præfinivit. IV. Signavit. Hinc

שֶׂרֶד m. *Amussis* rubrica aut glutine sutorio tincta, Jes. 44, 13. LXX. κόλλα, glutine. Amussis Ar. alias dicitur شَرِيطَة.

III. שׂרד. Ar. سَرَدَ Consuit; contexuit. Hinc

שְׂרָד m. *Acus sutorum* vel *ephippiariorum*; unde בִּגְדֵי הַשְּׂרָד 1) *Vestes communis suturæ Levitarum*, i. e. quibus a Sacerdotibus distinguebantur, Ex. 35, 19. 39, 1. 41. 2) *Vestes*, *quibus* ut velis *arca*, *altare*, *mensa* &c. *tegebantur*. Al. Vestes ministerii.

שֵׁרוֹת Armillæ; vid. שׁוּר IV.

I. שָׁרָה *Solvit*, *dissolvit*. Chald. שְׁרָא Solvit; venit habitatum; habitavit. Ar. سَرَا & سَرِيَ Subiit. Supellectilem supra dorsum cameli conjecit. Transivit. Fut. apoc. וָאֵשֶׁר *& habitavi*, Ez. 3, 15. ubi Keri habet וָאֵשֵׁב *Idem*. Cum Aff. יִשְׁרֵהוּ *Dissolvit illud*, i. e. tonitru, Job. 37, 3. PIH. Præt, cum Aff. שֵׁרִיתִךָ *Solverem te*, Jer. 15, 11. Al. pro שְׁאֵרִיתְךָ Reliquias tibi facerem. Cheth. שְׁרוּתְךָ Solutio tua.

II. שֵׁרוֹת f. pl. *Catenulæ armillares*, Jes. 3, 19. ut videtur ab

ab Ar. سار Lororum forma insignivit texendo pannum. Vid. etiam שור IV.

III. שִׁרְיָה f. (fortasse ab Ar. شري Coruscavit) *Lorica*, Job. 41, 18. Alias Ar. سرن & زرن Lorica.

שִׁרְיָן m. *Idem*, Jes. 59, 17.

שִׁרְיוֹן m. *Idem*, 1 Sam. 17, 38. Pl. שִׁרְיֹנִים *Loricæ*, Neh. 4, 10.

שִׁרְיֹנָה f. *Idem*; unde Pl. שִׁרְיֹנוֹת *Loricæ*, 2 Chr. 26, 14.

IV. שרה. Ar. ثري Humidus fuit. II. Humectavit. IV. Madefecit. Hinc etiam ثري Humor, mador. Unde

מִשְׂרָה f. *Humor*, *mador* v. g. uvarum. Cft. משרת Num. 6, 3.

שָׁרוֹן m. Nomen proprium loci, *Saron*, Jes. 33, 9. immo Planitiei.

שָׂרָה *Principem se gessit*, *principis more egit*, *de principatu contendit*. Sic etiam Ar. سرا Liberalis, generosus fuit. V. Præ se nobilitatem tulit; unde etiam سري Princeps; nec non سر III. Certavit de Dominio, & superior evasit; unde سرام Dominium. Præt. שָׂרָה Hos. 12, 3. שָׂרִיתָ *De principatu contendisti*, Gen. 32, 29.

מִשְׂרָה f. *Principatus*; *præcellentia*, Jes. 9, 5.

שַׂר Princeps; vid. שׂרר.

שָׂרָה vid. סרח.

שׂרט *Cecidit*, *incidit*; *laceravit*. Sic non minus Ar. شرط Fissura incidit; it. شرط Incidit. Inf. שָׂרוֹט *Lacerando*, Zach. 12, 3. Fut. pl. יִשְׂרְטוּ *Incident*, Lev. 21, 5. NIPH. נִשְׂרַט *Cæsus*, *laceratus fuit*. Fut. pl. יִשָּׂרֵטוּ *Lacerabuntur*, Zach. 12, 3.

שֶׂרֶט m. *Cæsura*, *incisio*, Lev. 19, 28.

שָׂרֶטֶת f. *Incisio*, Lev. 21, 5.

שׂרך. Ar. شرك Socius, consors fuit. III. Idem. IV. Socium, participem fecit. Hinc PIH. שֵׂרֵךְ *Implicuit*. Part. f. מְשָׂרֶכֶת *Implicans*, Jer. 2, 23.

שְׂרוֹךְ m. Ar. شراك *Corrigia*, Gen. 14, 23. Jes. 5, 27.

I. שָׂרַע (quod videtur esse Ar. زرع Longius excrevit) *Redundavit*. Part. Pah. שָׂרוּעַ *Redundans* v. g. membris, Lev. 21, 18.

18. HITHP. הִשְׂתָּרַע *Abundantem ſe præbuit.* Inf. הִשְׂתָּרֵעַ *Abundare*, Jeſ. 28, 20.

II. שַׂרְעַף m. quod videtur compoſitum eſſe ex שרע Ar. شرع Supervenit importunus, & סְעִף vel שְׂעִף Cogitatio, qſ. Cogitatio aut ſollicitudo ſuperveniens ſ. ſuccurrens. Hinc Plur. cum Aff. שַׂרְעַפַּי *Cogitationes aut ſollicitudines ſupervenientes mihi*, Pſ. 94, 19. 139, 23. Vel dicitur inſerto ר pro סְעִפִּים Cogitationes, ut שַׁרְבִיט pro שֵׁבֶט Sceptrum, & כַּרְסֵא pro כִּסֵּא Solium.

שָׂרַף *Uſſit, combuſſit, exuſſit, incendit, cremavit, concremavit.* Prope accedit Ar. ضرب Incendit; & ضرم Arſit. II & IV. Accendit. Præt. שָׂרַף Lev. 8, 17. Fem. cum Aff. שְׂרָפָתַם *Combuſſit eos*, Jeſ. 47, 14. Pl. שָׂרַפְנוּ *Combuſſimus*, 1 Sam. 30, 14. Part. Ben. שֹׂרֵף *Comburens*, Lev. 16, 28. Plur. שֹׂרְפִים *Comburentes*, Num. 17, 4. Pah. f. שְׂרוּפָה & שְׂרֻפָה *Combuſta*, 1 Sam. 30, 3. Pſ. 80, 17. Plur. שְׂרוּפוֹת & שְׂרֻפוֹת *Combuſtæ*, Neh. 3, 34. Jeſ. 1, 7. Inf. abſ. שָׂרֹף *Comburendo*, 2 Sam. 23, 7. cſt. שְׂרֹף *Comburere*, Jer. 7, 31. Aff. שָׂרְפוֹ *Cumburere eum*, Jud. 9, 52. Fut. conv. וַיִּשְׂרֹף *& combuſſit*, Ex. 32, 20. Pl. נִשְׂרֹף *Comburemus*, Jud. 12, 1. cum ה parag. נִשְׂרְפָה Gen. 11, 3. NIPH. Fut. יִשָּׂרֵף *Comburetur*, Lev. 4, 12. Pl. יִשָּׂרְפוּ *Comburentur*, 2 Sam. 23, 7. Fem. תִּשָּׂרַפְנָה Prov. 6, 27. PYH. שֹׂרַף *Exuſtus eſt*, Lev. 10, 16.

שָׂרָף m. cum נָחָשׁ & abſolute I. *Serpens igneus*; *Preſter*, *Cherſydrus*; a colore igneo dictus, Num. 21, 8. Devt. 8, 15. Plur. שְׂרָפִים *Preſteres*, Num. 21, 6. II. *Angelus*, ab adſpectus ſplendore dictus. Pl. שְׂרָפִים *Angeli*, Jeſ. 6, 2. 6. Aliis ab Ar. شرف Nobilis fuit. cf. etiam 2 Cor. 11, 14.

שְׂרֵפָה f. *Exuſtum, excoctum, incendium, crematio*, Gen. 11, 3. Devt. 29, 23. Lev. 10, 6. cſt. שְׂרֵפַת 2 Chr. 21, 19.

מִשְׂרָפָה f. *Crematio, exuſtio, combuſtio.* Plur. cſt. מִשְׂרְפוֹת *Cremationes*, Jer. 34, 5. *Salinæ*, Joſ. 11, 8. 13, 6. Vid. Am. 2, 1.

1. שָׁרַץ *Repſit, reptavit.* Hinc Ar. سرطان Inceſſus more cancri, i. e. Reptatio. Part. שֹׁרֵץ *Reptans*, Lev. 11, 29. Fem. שֹׁרֶצֶת ib. v. 46. Fut. יִשְׁרֹץ *Reptat*, Ez. 47, 9.

שֶׁרֶץ m. *Reptile*; *animantia reptilia*, Gen. 1, 20. Lev. 5, 2. 11, 10. 20.

2. שָׁרַץ *Abunde progenuit* f. *produxit*, *verminavit.* Hinc Æthiop. *Saraza* vel *Sarazza*, Germinavit. IV. Produxit. Præt. שָׁרַץ Pf. 105, 30. Pl. שָׁרְצוּ *Abunde progenuerunt*, Gen. 1, 21. c. 8, 17. Imp. pl. שִׁרְצוּ *Abunde producite*, Gen. 9, 7. Fut. pl. יִשְׁרְצוּ *Abunde producant*, Gen. 1, 20. conv. וַיִּשְׁרְצוּ *& abunde produxerunt*, Ex. 1, 7.

שָׁרַק 1) *Sibilavit.* Præt. pl. שָׁרְקוּ *Sibilarunt*, Thr. 2, 15. Fut. יִשְׁרֹק *Sibilabit*, Job. 27, 23. 2) *Sibilando advocavit.* Hinc per Metath. Arab. سخر Subfannavit. Præt. conv. וְשָׁרַק *& fibilo vocabit*, Jef. 5, 26. Fut. cum ה parag. אֶשְׁרְקָה *Sibilans congregabo*, Zach. 10, 8. Syr. ܫܪܩ vero Sibilavit.

שְׁרֵק m. unde שְׁרֵקָה f. *Sibilus*, *exfibilatio*, Jer. 51, 37.

שָׁרִיק m. unde Plur. f. שְׁרִיקוֹת & שְׁרִקוֹת *Sibili*, Jer. 18, 16. Jud. 5, 16.

מַשְׁרוֹקִיתָא f. Chald. *Fiftula*, Dan. 3, 5.

שרק. Arab. شرق Ortus fuit v. g. Sol. Rubuit. Hinc videtur effe

שֹׂרֵק m. Ar. شريق *Vitis generofa*, *felecta*; uvarum punicantium, Jef. 5, 2. Jer. 2, 21. Al. uvarum fine vinaceis. cf. etiam Gen. 49, 11.

שָׂרוּק m. unde Plur. cum Aff. שְׂרוּקֶּיהָ *Vites ejus felectiffimas*, Jef. 16, 8.

שֹׂרֵקָה f. (a mafc. שֹׂרֵק) *Vitis generofa uvarum punicantium*, Gen. 49, 11.

שָׂרוֹק m. *Punicans*, *fpadicei* f. *phoenicei coloris*, i. e. ex rubro nigricans; unde Pl. שְׂרֻקִּים *Punicantes* v. g. equi, Zach. 1, 8.

שָׂרִיק m. unde Pl. f. per Synthefin cum mafc. פִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת *Linum pectinatum*; LXX. λίνον σχιστόν, linum fiffum, Jef. 19, 9. a Chald. סְרַק Pectere; ut & ab Ar. شرق Fidit. V. Fiffus fuit.

I. שָׁרַר Ar. سر IV. Divulgavit, aperuit. Hinc Fut. יָשֹׁר *Divulgabit*, Job. 33, 27.

II. שרר. Ar. شر Malus, improbus fuit; unde etiam شرة Malitia. Hinc

שְׁרִירוּת f. *Improbitas*, Devt. 29, 19. Pf. 81, 13. Jer. 3, 17. Al. Firma cogitatio, i. e. pertinacia. Al. Contemplatio.

שֹׁרֵר

שׁוֹרֵר m. Inimicus; vid. שׁוּר IV.

III. שׁרר. Ar. سر Clam habuit, celavit, texit, abdidit; unde porro (a nomine سُرّة Umbilicus) Refecuit infanti partem umbilico nexam; nec non a ſignif. Celavit سِرّ Arcanum, ſecretum. Hinc

שֹׁר m. *Umbilicus*. Aff. שָׁרְּךָ (Scharræcha) *Umbilicus tuus*, Prov. 3, 8. f. שָׁרֵּךְ Ez. 16, 4. Al. efferunt per Kamezchat. qſ. a שֹׁר.

שָׁרִיר m. *Idem*. Pl. cſt. שְׁרִירֵי (Plur. pro Sing.) *Umbilicus*, Job. 40, 16.

שֹׁרֶר m. *Idem*. Aff. שָׁרְרֵךְ (Schorrech) *Umbilicus tuus*, Cant. 7, 3.

שָׂרַר (Affine verbis שָׂרָה & שׂוּר; conven. etiam Arab. سر III. Certavit de Dominio ſuperiorque evaſit.) *Principatum tenuit, prævaluit*. Part. שׂוֹרֵר *Principatum tenens*, Eſth. 1, 22. Fut. conv. וַיָּשַׂר *& principatum tenuit*, Jud. 9, 22. Pl. יָשֹׂרוּ *Principatum tenebunt*, Prov. 8, 16. HITHP. Inf. הִשְׂתָּרֵר *Principem ſe gerendo*, Num. 16, 13. Fut. תִּשְׂתָּרֵר *Principem te geris*, ibid.

I. שֹׁרֶשׁ m. *Radix*. Metaph. *Origo, fons*; qſ. a quadrato שְׁרַשְׁרַשׁ (formæ קָדְקֹד) & per hoc ab Ar. سر Celavit, texit, abdidit. Radices enim qſ. in terra celantur ſ. latent. Hinc etiam Ar. سرس Radix, origo. Devt. 29, 18. Prov. 12, 3. Aff. שָׁרְשָׁם *Radix eorum*, Jud. 5, 14. Pl. cſt. שָׁרְשֵׁי *Radices*, Job. 13, 27.

שֹׁרֶשׁ m. (cum Kamez impuro) *Idem*. Hinc Plur. cum Aff. שָׁרָשָׁיו *Radices ejus*, Job. 18, 16. Ez. 17, 6.

שֵׁרֵשׁ, שֹׁרֵשׁ & שֹׁרַשׁ PIH. *Radices egit, radicatus eſt*. It. *Eradicavit*. Præt. שֹׁרֵשׁ *Radices egit*, Jeſ. 40, 24. Pl. in pauſa שֹׁרָשׁוּ *Radices egerunt*, Jer. 12, 2. A forma שֵׁרֵשׁ eſt Præt. cum Aff. וְשֵׁרֶשְׁךָ *& eradicabit te*, Pſ. 52, 7. Fut. תְּשָׁרֵשׁ *Eradicabit*, Job. 31, 12. PYH. Fut. pl. in pauſa יְשֹׁרָשׁוּ *Eradicentur*, Job. 31, 8. HIPH. הִשְׁרִישׁ *Radices egit*. Part. מַשְׁרִישׁ *Radices agens*, Job. 5, 3. Fut. יַשְׁרֵשׁ *Radicari faciet*, Jeſ. 27, 6. 2 p. m. conv. וַתַּשְׁרֵשׁ *& radicari feciſti*, Pſ. 80, 10.

שֹׁרֶשׁ m. CHALD. *Radix*. Pl. cum Aff. שָׁרְשׁוֹהִי *Radices ejus*, Dan. 4, 12.

שְׁרֹשִׁי f. CHALD. *Exilium*, *eradicatio*, Efr. 7,26. pro שְׁרוֹשׁוּ.

II. שרשׁ. Arab. per Metaplasmum ר ב in ل سل Extraxit rem e medio alterius; unde etiam in forma quadrata سلسلة pl. سلاسل Catena; ut Chald. שַׁלְשְׁלָן Catenæ. Hinc

שַׁרְשָׁה f. unde Pl. שַׁרְשׁוֹת *Catenæ*, Ex. 28, 22.

שַׁרְשְׁרָה f. unde Pl. שַׁרְשְׁרוֹת *Catenæ*, Ex. 28, 14.

שֵׁרֵת PIH. *Ministravit*; *dominio alterius subjectus fuit.* Conv. cum Ar. شرط Certa conditione egit. IV. Conditioni, legi adſtrinxit. V. Promtum ſe oſtendit ad faciendum aliquid; unde etiam شرط Satellites. Cſt. cum Accuſ. Præt. שֵׁרֵת Num. 8, 26. Pl. conv. וְשֵׁרְתוּ *& miniſtrabunt*, Num. 3, 6. Part. מְשָׁרֵת *Miniſtrans*; *miniſter*, Joſ. 1, 1. Aff מְשָׁרְתוֹ *Miniſter ejus*, Ex. 24, 13. Plur. מְשָׁרְתִים *Miniſtri*, 1 Chr. 6, 17. Fem. מְשָׁרֶתֶת pro מְשָׁרַת *Miniſtrans*, 1 Reg. 1, 15. Inf. שָׁרֵת *Miniſtrare*, Ex. 25, 43. & retr. acc. שָׁרֵת Devt. 17, 12. cum Aff. שָׁרְתוֹ *Miniſtrare illi*, Devt. 10, 8. Fut. conv. וַיְשָׁרֶת *& miniſtravit*, Gen. 39, 4. Plur. יְשָׁרְתוּ *Miniſtrabunt*, Num. 3, 31. cum Aff. יְשָׁרְתוּךָ *Miniſtrabunt tibi*, Num. 18, 2. f. יְשָׁרְתוּנֶךָ cum נ epenth. pro יְשָׁרְתוּךָ Jeſ. 60, 10.

שָׁרֵת Inf. *Miniſterium*, Num. 4, 12.

מַשְׂרֵת m. *Sartago*, 2 Sam. 13, 9. Hinc Ar. ثرثم Reliquiæ cibi in ſcutella.

I. שֵׁשׁ f. Arab. ست pro سدس *Sex*, Ex. 21, 2. שֵׁשׁ פְּעָמִים *Sexies*, 2 Reg. 13, 19. Maſc. שִׁשָּׁה *Sex*, Ar. ستة Gen. 30, 20. Conſtr. שֵׁשֶׁת m. Ex. 16, 26. Pl. שִׁשִּׁים Arab. ستون *Sexaginta*, Num. 7, 88.

שִׁשִּׁי m. Ar. سادس *Sextus*, Gen. 30, 19. Fem. שִׁשִּׁית Ar. سادسة c. g. *Sexta*; it. *Sexta pars*, *ſextarius*, Ex. 26, 9. Ez. 4, 11.

שִׁשָּׁה f. שִׁשֵּׁא PIH. Ar. سدس *Sextavit*; *ſex poenis affecit.* Præt.

Præt. conv. cum Aff. וְשִׁשֵּׁאתִיךָ *& fex poenis te afficiam*, Ez. 39, 2. Pl. conv. וְשִׁשִּׁיתֶם *& fextam partem offeretis*, Ez. 45, 13.

II. שֵׁשׁ m. LXX. *βύσσος*; Forftero, quod probabiliffimum, vox Ægyptiaca compofita ex *Sche* Arbor, *n* nota adjectivi & *es* Lana, q. d. Lana arborea; alias etiam בוץ; hinc *Goffypium arboreum*; Ar. كتّان Ex. 25, 4. 26, 1. 35, 6. Legitur etiam שֵׁשִׁי cum י parag. Ez. 16, 13.

שַׁיִשׁ Marmor; vid. שַׁיִשׁ.

שׁוּשַׁן m. Ar. سُوسن & سَوْسَن 1) *Lilium*, *iris*, 1 Reg. 7, 22. Pl. שׁוֹשַׁנִּים *Lilia*, Cant. 5, 13. 6, 2. Vox videtur effe a verbo ساس Rexit; unde سائِس Rector; qf. Rex florum. Al. quod fex foliis conftet. Al. Rofa. 2) Plur. *Inftrumentum muficum* formam liliorum olim referens, Pf. 45, 1. 69, 1. Al. Sex chordarum.

שׁוֹשַׁנָּה f. *Idem*, Hof. 14, 6. cft. שׁוֹשַׁנַּת Cant. 2, 1.

שׁשַׁן m. *Idem*, 1 Reg. 7, 19. ubi tamen שׁוּשַׁן. cft. שׁוּשַׁן Pf. 60, 1.

שָׁשַׁר m. (fortaffe pro שָׁרְשַׁר ab Ar. شَرْشَر Fidit. Concidit in partes) *Minium*; alias Ar. زُنجفر Cinnabaris nativa f. mineralis, Jer. 22, 14. Ez. 23, 14.

שֵׁשִׁי vid. שׂסה.

שֵׁת & שִׁת Chald. Hebr. שֵׁשׁ *Sex*, Dan. 3, 1. Efr. 6, 15. Pl. שִׁתִּין *Sexaginta*, Dan. 3, 1.

שָׁתָה *Bibit*, *ebibit*, *combibit*, *compotavit*, *convivatus eft*. Accedit Æthiop. *Sathyja*, Bibit. Præt. שָׁתָה Ex. 34, 28. Plur. שָׁתִינוּ *Bibimus*, Thr. 5, 4. Part. שֹׁתֶה *Bibens*, Prov. 26, 6. Pl. שֹׁתִים *Bibentes*, 1 Sam. 30, 13. cft. שׁוֹתֵי Pf. 69, 13. Aff. שֹׁתֶיהָ *Bibentes eam*, Jef. 24, 9. Fem. שֹׁתָה Job. 6, 4. Inf. abf. שָׁתֹה & שָׁתוֹ *Bibendo*, 1 Sam. 1, 9. Hagg. 1, 6. it. שָׁתוֹת Jef. 22, 13. cft. שְׁתוֹת & שְׁתוֹ *Bibere*, Gen. 24, 19. Prov. 31, 4. Imp. שְׁתֵה *Bibe*, Gen. 24, 14. Pl. שְׁתוּ *Bibite*, Prov. 9, 5. Fut. יִשְׁתֶּה *Bibet*, Gen. 44, 5. apoc. וַיֵּשְׁתְּ *& bibit*, Gen. 9, 21. Sic etiam in 1 perf. וָאֵשְׁתְּ *& bibi*, Gen. 24, 46. in 2 perf. תֵּשְׁתְּ *Bibes*, Lev. 10, 9. Pl. יִשְׁתּוּ *Bibent*, Pf. 75, 9. cum ן parag. in paufa יִשְׁתָּיוּן Pf. 78, 44. NIPH. נִשְׁתָּה *Bibitum eft*. Fut. יִשָּׁתֶה *Bibetur*, Lev. 11, 34.

שֶׁת m. *Bibitio, potatio*; v. g. filii potationis i. e. temulentiæ, q. d. Moabitæ cum Ammonitis, Num. 24, 17. vid. Hilleri Syntagm. Herm. p. 247 feqq.

שְׁתִי m. *Compotatio*; *Ingurgitatio*, Eccl. 10, 17. Aliam fignificationem vide mox.

שְׁתִיָּה f. *Potus, potio*, Efth. 1, 8.

מִשְׁתֶּה m. *Convivium*, Gen. 19, 3. *Potus, potio*, Efr. 3, 7. cft. מִשְׁתֵּה Efth. 5, 6. Pl. cum Aff. מִשְׁתָּיו *Potiones ejus*, Dan. 1, 8. מִשְׁתֵּיהֶם *Potiones eorum*, Jef. 5, 12.

שְׁתָה Chald. *Bibit, potavit.* Part. שָׁתֵה *Bibens*, Dan. 5, 1. Pl. שָׁתַיִן *Bibentes*, ib. v. 23. Fut. pl. יִשְׁתּוֹן *Bibent*, ib. v. 2. Aph. Præt. pl. אִשְׁתִּיו *Biberunt*, ib. v. 4.

מִשְׁתֵּה m. Chald. *Potus, convivium*, Emph. מִשְׁתְּיָא Dan. 5, 10.

שְׁתִי (al. שֵׁתִי) m. *Stamen telæ*, Lev. 13, 52. a Rad. obfol. Conv. Ar. سَتَا Idem; unde أَسْتَى Telam texuit. Sic etiam Syr. ܫܬܝܐ dicitur Textura.

שָׁתַל *Plantavit.* Ar. videtur effe سَطَّنَ Firmavit in terra. Præt. conv. וְשָׁתַלְתִּי & *plantabo*, Ez. 17, 22. Part. Pah. שָׁתוּל *Plantata* v. g. arbor, Pf. 1, 3. Pl. שְׁתוּלִים *Plantati*, Pf. 92, 14. Fem. שְׁתוּלָה Ez. 17, 8. Fut. cum Aff. אֶשְׁתְּלֶנּוּ *Plantabo eum*, Ez, 17, 23.

שָׁתִיל m. *Plantatus, plantatum, planta.* Plur. cft. שְׁתִלֵי *Plantæ*, Pf. 128, 3.

שתם unde Part. Pah. cft. שְׁתֻם הָעָיִן *Acutus vifu*; fecundum fignificationem Arab. nominis سَطَّام Acutiores hominum. Num. 24, 3. 15.

שָׂתַם Ar. سَطَم *Occlufit, obturavit*; vid. סתם.

שתן unde מַשְׁתִּין Mingens; vid. שִׁין.

שתק Idem, quod Syr. ܫܬܩ *Sedatus, tranquillatus eft.* Fut. יִשְׁתֹּק *Sedabitur*, Prov. 26, 20. Jon. 1, 11. Plur. in paufa יִשְׁתֹּקוּ *Sedabantur*, Pf. 107, 30. Conv. cum verbo שָׁקַט & Arab. سَكَنَ Quievit.

שתר vid. כתר.

שָׁתַת (Affine verbo שׁוּת) *Posuit; dispositus est.* Hinc etiam Ar. شَتّ Firmitas. Præt. שַׁתָּה pro שַׁתְּ *Posuisti*, Pf. 8, 7. Pl. שָׁתוּ *Posuerunt*, Pf. 73, 9. HIPH. הֵשִׁית *Imposuit.* Fut. תָּשֵׁת *Impones*, i. e. *imputabis* v. g. peccatum, Num. 12, 11. יָשֵׁת *Ponit*, Pf. 18, 12.

שְׁתוֹת f. pl. Ar. سَتّ, سَتّ & سَتَّة fing. *Nates, podex.* Aff. שְׁתוֹתֵיהֶם *Nates eorum*, 2 Sam. 10, 4.

שֵׁת m. *Idem*, Jef. 20, 4.

שָׁתַת. Idem, quod Arab. شَتّ Segregatus, diftinctus fuit. Hinc NIPH. Præt. f. נִשַּׁתָּה Lingua eorum *diftincta eft*, i. e. *dehifcit* ariditate, Jef. 41, 17. Al. Exaruit; defecit.

ת

תָּא m. *Conclave, thalamus*, 1 Reg. 14, 28. Cui conven. Ar. تَوَى Thalami; ut videtur a rad. أَتَى Congreffus eft cum uxore. Pl. m. תָּאִים *Conclavia*, Ez. 40, 7. cft. תָּאֵי ib. v. 10. Aff. תָּאָיו *Conclavia ejus*, ib. v. 21. Fem. תָּאוֹת ib. v. 12.

תָּאַב *Defideravit.* Hinc etiam Ar. مَثَاب Carus. Præt. תָּאַבְתִּי *Defideravi*, Pf. 119, 40. PIH. תִּאֵב (per Antiphrafin, aut pro תִּעֵב) *Deteftatus eft.* Part. מְתָאֵב *Deteftans*, Am. 6, 8.

תַּאֲבָה f. *Defiderium*, Pf. 119, 20.

I. **תָּאָה** *Determinavit, definivit, defignavit.* Hinc Arab. تَوِي Signum. PIH. תִּאָה *Definivit.* Fut. pl. תְּתָאוּ *Definietis*, Num. 34, 7. HITHP. הִתְאַוָּה (compof. ex תָּאָה & תָּוָה) *Defignavit.* Præt. pl. הִתְאַוִּיתֶם *Defignaviftis*, ib. v. 10. Al. Habitaviftis, ab אָוָה Ar. أَوَى Se recepit commorandi & quiefcendi ergo.

תָּו m. *Signum, fignatura*, Ez. 9, 4. 6. Aff. תָּוִי *Signum meum*, Job. 31, 35.

תָּוָה PIH. *Signavit; defignavit, defcripfit, circumfcripfit, definivit.* Fut. apoc. וַיְתָו (pro וַיְתָּו) *& defcripfit*, 1 Sam. 21, 14. HIPH. הִתְוָה *Idem.* Præt. conv. וְהִתְוִיתָ *& fignabis*, Ez. 9, 4. Sed הִתְווּ pl. *Exacerbarunt*, a Syr. ܬܘܐ Aph. Dolere fecit, i. e. Contriftavit, Pf. 78, 41.

תְּאָוָה f. *Finis, terminus*, juxta quosdam. cft. תַּאֲוַת Gen. 49, 26. Vide etiam אוה.

II. תוֹא & תְּאוֹ m. *Oryx;* animal in caprearum aut cervorum genere, Latinis Subulo, a cornibus fubulis fimilibus dictus, Arabibus Gazella, Devt. 14, 5. Jef. 51, 20.

תָּאַם Ar. تَأَمَ Gemellus fuit. Hinc Part. pl. m. תֹּאֲמִים *Gemelli*, Ex. 26, 24. HIPH. Part. pl. f. מַתְאִימוֹת *Gemelliparæ*, Cant. 6, 6.

תְּאֹמִים m. pl. *Gemelli*. cft. תָּאֳמֵי Cant. 7, 4. Ar. تَوْأَم Didymus; Dual. تَوْأَمَان. Plur. تَوَائِم.

תְּאוֹמִים m. pl. *Idem*, Gen. 38, 27. & תּוֹמִים Gen. 25, 24. cft. תְּאוֹמֵי Cant. 4, 5.

תָּמִים m. pl. pro תְּאֹמִים *Gemini, gemelli*, Ex. 26, 24.

תְּאֵן m. *Ficus;* arbor & fructus. Pl. תְּאֵנִים f. *Ficus*, Jer. 8, 13. cft. תְּאֵנֵי Jer. 24, 2. Aff. תְּאֵנֵיכֶם *Ficus vestræ*, Am. 4, 9. Ar. تِين coll. & تِينَة unit. Ficus.

תְּאֵנָה f. *Idem*, Gen. 3, 7. Aff. תְּאֵנָתוֹ *Ficus ejus* vel *fua*, Jef. 36, 16.

תְּאֵנִים vid. אין.

תַּאֲנִיָּה & תֹּאֲנָה vid. in אנה.

תָּאַר (Affine verbo תור) *Definitus, delineatus, defcriptus; formatus fuit.* Prope abeft Ar. تَأَرَ IV. Protendit, intendit vifum in aliquid. Illud contemplari incepit. Præt. תָּאַר Jof. 15, 9. 11. PIH. Fut. cum Aff. יְתָאֲרֵהוּ *Format illud*, Jef. 44, 13. ubi al. codd. יְתָאֳרֵהוּ quæ forma a תֹּאַר effičta effe videtur. PYH. part. מְתֹאָר *Qui defcribitur*, Jof. 19, 13.

תֹּאַר m. *Species, forma*, Gen. 29, 17. Aff. תָּאֳרוֹ *Forma ejus*, 1 Sam. 28, 14. & תָּאֲרוֹ Jef. 52, 14.

תֵּבָה vid. in תוב.

תֵּבֵל m. (pro תְּיֻבַל [formæ תְּשֻׁבָץ] a יבל, Hiph. הוֹבִיל Attulit, produxit; propius vero a יְבוּל Proventus terræ) propr. Solum frugiferum, i. e. *Terra habitabilis;* LXX. οἰκουμένη, Pf. 9, 9. Jef. 24, 4. vid. יבל.

תֶּבֶל vid. בלל.

תֶּבֶן

תֶּבֶן m. Ar. تُبْن & تِبْن *Stramen*, quod in orientali terra triturando in paleas conteritur; LXX. ἄχυρον, Gen. 24, 25. Hinc Ar. تَبَن Stramine nutrivit animal.

מַתְבֵּן m. *Idem*, Jes. 25, 10.

תְּבַר Chald. *Fregit*. Hebr. שָׁבַר. Hinc Part. Peh. f. תְּבִירָה *Fractum*, *fragile*, Dan. 2, 42.

תְּדִירָה Chald. *Semper*, Dan. 6, 17. 21. ab Hebr. דּוֹר Generatio; Ar. تَوْر Tempus, a تار Conversus fuit.

תהה. Chald. תְּהָה Stupuit. Unde Ar. تَهِي Vacuus. Hinc

תֹּהוּ m. *Res inanis*, *stupenda*; *inanitas*; *res informis*, Gen. 1, 2. It. *Frustra*, Jes. 45, 18. לְתֹהוּ *Idem*, Jes. 49, 4.

תהם. Arab. تَهِم Intensus fuit. Ferbuit æstus; unde etiam تِهامَة Regio propinqua mari. Hinc

תְּהוֹם f. *Mare*, *oceanus*, *abyssus*, Gen. 1, 2. Job. 28, 14. Pl. תְּהֹמוֹת *Maria*, *abyssi*, Ex. 15, 5.

תוֹא vid. תאה.

תוב Chald. Hebr. שׁוּב *Reverti*, *redire*. Fut. יְתוּב *Redibat*, Dan. 4, 33. APH. הֲתִיב *Retulit*; *respondit*, Dan. 2, 14. Pl. cum Aff. הֲתִיבוּנָא *Responderunt mihi*, Esr. 5, 11. Inf. cum Aff. הֲתָבוּתָךְ *Respondere tibi*, Dan. 3, 16. Fut. pl. יְתִיבוּן *Reddebant*, Esr. 5, 5. it. יְהָתִיבוּן Esr. 6, 5.

תֵּבָה f. Arab. تابوت *Arca*, Gen. 6, 14. cst. תֵּבַת Ex. 2, 3. a תוב verbo Hebr. obsoleto.

תְּוַהּ Chald. *Expavit*, *contremuit*. Sic quoque Ar. تاه Mente turbatus, attonitus fuit. II. Attonitum reddidit. Dan. 3, 24.

תָּוָה Signavit; vid. in תאה.

תוך. Ar. fortasse تاج Coronatus, i. e. in medio fuit, s. cinctus, circumdatus est medius; ג enim & ך ceu unius organi facile inter se permutantur. Hinc

תָּוֶךְ m. *Medium*, Gen. 15, 10. cst. תּוֹךְ Ex. 14, 23. Aff. תּוֹכֹה pro תּוֹכוֹ *Medium illius*, Ez. 48, 8. תּוֹכְהֶנָה pro תּוֹכָן *Medium illarum*, Ez. 16, 53. תּוֹכֵךְ f. *Medium tui*, Ez. 5, 8. & cum י parag. תּוֹכֵכִי Ps. 116, 19. Unde porro quibusdam

תְּכָה

תָּכָה PYH. Medius pervasit, pertransivit, Devt. 33, 3. Sed vide חכה.

תָּוֶךְ m. *Medius*, Ex. 26, 28. Fem. תִּיכוֹנָה *Media*, Jud. 7, 19. Pl. תִּיכוֹנֹת *Mediæ, a*, Ez. 42, 5. 6.

תּוּם (Affine verbo חָמַם Ar. تَمَّ, quæ vid. f. l.) *Absolutus, completus, perfectus; consumtus fuit.* It. *Perfecit.* Præt. pl. תַּמְנוּ *Perfecimus*, Pf. 64, 7. *Consumti sumus*, Thr. 3, 22. NIPH. Fut. יִתּוֹם *Consumetur, finietur*, Ez. 47, 12. Fem. תִּתֹּם pro תָּתוֹם *Absumatur*, Ez. 24, 11. conv. וַיִּתֹּם & *absolutus est*, Gen. 47, 18. HIPH. הֵתֵם *Absolvit.* Inf. cum Aff. הֲתִמְּךָ *Absolvere tuum*, Jef. 33, 1.

תָּם m. *Integer, perfectus*, Gen. 25, 27.

תּוֹף vid. תָּפַף.

I. תּוּר *Explorare, scrutari, delineare.* Idem fere etiam Ar. تار Circumivit. Intendit visum in aliquid. It. Fecit vice post vicem. Præt. תַּרְתִּי *Exploravi*, Eccl. 2, 3. Pl. תָּרוּ *Explorarunt*, Num. 13, 32. Part. pl. תָּרִים *Explorantes*, Num. 14, 6. & אֲתָרִים Num. 21, 1. Inf. תּוּר *Explorare*, Num. 10, 33. Pl. יָתֻרוּ *Explorent*, Num. 13, 2. HIPH. Fut. pl. conv. וַיָּתִירוּ & *explorari fecerunt* f. *explorarunt*, Jud. 1, 23.

תּוֹר m. *Terminus; ordo; ratio;* ab exploratione dictum; Esth. 2, 12. Pl. תּוֹרִים *Ordines*; al. Torques; Cant. 1, 10. Cft. תּוֹרֵי v. 11. Convenit cum טוּר, quod vide f. l.

תּוֹרָה f. quod a nonnullis huc refertur, est potius Doctrina, lex; itaque vide sub ירה.

תּוֹר m. CHALD. Ταῦρος, *Bos.* Pl. תּוֹרִין *Boves*, Dan. 4, 22. Est Hebr. שׁוֹר.

יְתוּר m. (tanquam a יתר) *Exploratio*, Job. 39, 8. Aliis rectius Eminentia, a יתר. Vid. ibi.

II. תּוֹר m. Ar. تُرْتُور *Turtur;* nomen a sono factum, Lev. 12, 6. Aff. תּוֹרְךָ *Turtur tuus*, Pf. 74, 19. Pl. תּוֹרִים *Turtures*, Lev. 5, 7. 14, 22. 30.

תּוּז. Ar. convenit تاز V. Dimotus fuit. Hinc Hebr. HIPH. Præt. הֵתַז *Abscidit;* LXX. ἀποκόψει, Jef. 18, 5.

תחר a Syr. ܬܚܪ unde ܐܬܚܪ Certavit; repugnavit. Ar. per Methathesin حظر Prohibuit, seclusit. Hinc

תַּחְרָא

תַּחְרָא & תַּחֲרָא f. Ar. حظرة *Lorica*, i. e. qua gladius & sagittæ hostium prohibentur, aut secluduntur, Ex. 28, 32. 39, 23.

תַּחֲרָה PIH. *Loricam induit.* Unde Part. מְתַחֲרָה *Lorica indutus*, Jer. 22, 15. Fut. תְּתַחֲרֶה *Loricam indues*, i. e. *pugnabis*, Jer. 12, 5.

תַּחַשׁ m. Ar. تُخَسٌ, LXX. ὑάκινθος, *Delphinus.* Al. Phoca, quam vero Arabes identidem Delphinum vocant; ein Seehund. Al. Taxus, Melis. Num. 4, 6. Pl. תְּחָשִׁים *Delphini*, Ex. 25, 5.

תחת. Aethiop. *Thachata*, Humilis, abjectus, novissimus fuit. IV. *Athychata*, Submisit, depressit, humiliavit se; unde etiam Ar. تَحْتُ Quod inferius est. Hinc

תַּחַת Ar. تَحْتُ *Inferius, inferior locus.* It. *Sub*, Jer. 38, 12. Interdum etiam 1) *A, ab*, Num. 5, 20. 2) *Apud, prope*, Lev. 22, 27. 3) *Contra*, Ez. 23, 5. 4) *Eo, quod; propterea quod*, Jes. 60, 15. 5) *In* cum Ablat. Jos. 4, 9. 6) *Infra*, Ex. 24, 4. 7) *Inter*, Jes. 10, 4. 8) *Loco, in loco*, Gen. 2, 21. 9) *Per*, Ps. 10, 7. 10) *Post*, 1 Reg. 1, 30. 11) *Pro, vice*, Gen. 4, 25. 12) *Propter*, 1 Sam. 2, 20. Hinc cum Partic. תַּחַת אֲשֶׁר *Propterea quod*, Devt. 28, 47. תַּחַת כִּי *Idem*, Devt. 4, 37. תַּחַת מָה *Propter quid*, Jer. 5, 19. Cum Præf. אֶל־תַּחַת *Sub, subter*, Jer. 3, 6. מִתַּחַת *Ab inferiori loco; infra, sub*, Gen. 1, 7. Job. 18, 16. Cum Aff. תַּחְתָּם pro בְּתַחְתָּם *In loco suo*, Jos. 5, 8. Plur. תַּחְתָּיו pro בְּתַחְתָּיו *Idem*, 2 Sam. 2, 23. מִתַּחְתָּיו *A loco suo*, Ex. 10, 23. תַּחְתֶּיהָ *Sub ipsa*, Jos. 7, 21.

תְּחֹת CHALD. *Idem.* Pl. cum Aff. מִן־תְּחֹתוֹהִי *A loco suo*, Dan. 4, 11.

תְּחוֹת CHALD. *Sub.* מִן־תְּחוֹת & fine מִן *Sub*, Jer. 10, 11. Dan. 7, 26. Pl. cum Aff. תְּחוֹתוֹהִי *Sub ea*, Dan. 4, 9.

תַּחְתִּי m. *Inferior.* Pl. תַּחְתִּיִּים *Inferiora*, Gen. 6, 16. Fem. תַּחְתִּיָּה *Imum, inferius*, Ps. 86, 13. & תַּחְתִּית *Infimum, inferius; infimus locus*, Job. 41, 15. Pl. תַּחְתִּיּוֹת *Inferiora*, Jos. 15, 19. Metaph. *Uterus*, Ps. 139, 15.

תַּחְתּוֹן m. *Inferior*, Jos. 18, 13. Cum ה parag. תַּחְתּוֹנָה *Versus infimum*, Ez. 40, 19. Fem. תַּחְתֹּנָה *Inferior, us*, 1 Reg. 6, 6. Pl. תַּחְתֹּנוֹת *Inferiora*, Ez. 42, 5.

תחז vid. אחז.

תַּיִשׁ m. Ar. تيس *Hircus*, Prov. 30, 31. Pl. תְּיָשִׁים *Hirci*, Gen. 30, 35.

תִּכָּה PYH. *Factus est, ut recumberet* v. g. ad pedes doctoris. Hinc Pl. תֻּכּוּ *Facti sunt recumbere*, Devt. 33, 3. Quod confirmat Ar. تكي aut تكأ unde IV. أتكأ Fecit recumbere. Al. est a תּוֹךְ.

I. תכך. Ar. تكّ & تكتك Conculcavit, fregit; contrivit; Germ. dixeris Untertreten, supplantavit. Unde Syr. ܬܟ Læsit, damno affecit. Hinc

תֹּךְ vel תֹּךְ m. *Fraus, dolus, fallacia*, qua q. qu's alium supplantat, Ps. 72, 14. 55, 12.

II. תכך. Ar. تكك dicuntur Ligacula, fasciæ; sine dubio mediate a تاج Coronatus, cinctus aliqua re fuit; unde etiam تاج Corona; tiara, fascia, qua caput cingitur. Hinc

תְּכָכִים pl. m. *Fasciæ, diademata, coronæ*. Inde אִישׁ תְּכָכִים *Vir fasciarum*, i. e. *dives*; divites enim & nobiles in orientis partibus præcipue in diadematibus aut fasciis capitis conditionis vel status honorem ponebant olim, & adhuc dum ponunt, Prov. 29, 3. Al. Fraudes. Al. Mediocris fortunæ.

III. תֻּכִּיִּים pl m. CHALD. טַוְסִין i. e. *Pavones*, qs. Coronati, a Chald. תָּגָא, Ar. تاج Corona; vel dicitur, ut Bochartus vult, pro כּוּתִיִּים q.d. Aves Persicæ. Cuth enim est Pe sis. 1 Reg. 10, 22. it. תּוּכִּיִּים 2 Chr. 9, 21.

תכל. וַתְּכַל דָּוִד לָצֵאת supple Anima: *Et cessavit anima Davidis exire*, 2 Sam. 13, 39.

תְּכֵלֶת f. *Luteus*; ab Ar. سكلة Lutum splendens, Ex. 26, 36. Aben Esra de hoc vocabulo ita: Est lana tincta sanguine חַלְזוֹן Chalson, cujus color flavus est. Et R. Sol. ex Magistris dicit יָרֹק Flavum. Ar. autem حلزون dicitur Limax, cochlea, purpura. Ex. 26, 4. 31. Al. תְּכֵלֶת est Coeruleum.

תָּכַן (Affine verbo תָּקַן & Ar. تقن IV. Bene, solide tractavit negotium; unde متقون Aptatus, aptus. Compositus, decens; nec non إتقان Aptatio, compositio.) *Libravit, expendit*;

dit; perpendit; per Meton. antec. i. e. ut negotium ſolerter ac ſolide conficiatur. Part. תֹּכֵן *Librans, perpendens*, Prov. 16, 2. NIPH. נִתְכַּן *Libratum, expenſum, perpenſum fuit*; ſcil. ut pulchre & tempore ſuo res conficiatur. Præt. pl. נִתְכְּנוּ *Perpenſa ſunt*, 1 Sam. 2, 3. Fut. יִתָּכֵן *Perpendetur*, Ez. 18, 29. Pl. יִתָּכְנוּ *Perpendentur*, ib. in pauſa יִתָּכֵנוּ ib. v. 25. PIH. תִּכֵּן *Aptavit, direxit; appendit, expendit, libravit*, Jeſ. 40, 12. תִּכַּנְתִּי *Libravi*, Pſ. 75, 4. PYH. Part. מְתֻכָּן *Appenſa* v. g. pecunia, 2 Reg. 12, 12.

תֹּכֶן m. *Summa, menſura, numerus, modus*, Ez. 45, 11. Ex. 5, 18.

תָּכְנִית f. *Idem*, Ez. 28, 12.

תְּכוּנָה f. vid. in כון.

מַתְכֹּנֶת f. *Summa, menſura, modus; diſpoſitio; forma*, Ex. 5, 8. Aff. מַתְכֻּנְתּוֹ *Menſura ejus*, 2 Chr. 24, 13.

תָּלָא (Idem, quod תָּלָה) *Suſpendit;* unde Præt. pl. תָּלאוּ *Suſpenderunt*, & cum Aff. תְּלָאוּם *Suſpenderunt eos*, ſec. Keri 2 Sam. 21, 12. Part. Pah. pl. תְּלוּאִים f. תְּלֻאִים *Suſpenſi*, Hoſ. 11, 7. Devt. 28, 66. Vid. etiam תלה.

מַתְּלָאָה f. vid. in לאה.

תְּלַג m. CHALD. Idem, quod Hebr. שֶׁלֶג & Ar. ثلج *Nix*, Dan. 7, 9.

תָּלָה *Suſpendit, appendit.* Ar. تلا Idem, ſcil. Demiſit, ut penderet deorſum, v. g. demiſit funem in puteo. IV. Fecit, ut ſtillaret, i. e. ſuſpendit. Præt. תָּלָה Gen. 40, 22. Pl. תָּלוּ *Suſpenderunt*, Eſth. 8, 7. cum Aff. תְּלוּם *Suſpenderunt eos*, ſec. Cheth. 2 Sam. 21, 12. Part. Ben. תֹּלֶה *Suſpendens*, Job. 26, 7. Pah. תָּלוּי *Suſpenſus*, Devt. 21, 23. Pl. תְּלוּיִם *Suſpenſi*, Joſ. 10, 26. it. תְּלוּאִים *Propenſi ſunt* v. g. ad rebellionem, Hoſ. 11, 7. Inf. cſt. תְּלוֹת *Suſpendere*, Eſth. 6, 4. Imp. pl. cum Aff. תְּלֻהוּ *Suſpendite eum*, Eſth. 7, 9. Fut. conv. cum Aff. וַיִּתְלֵם *& ſuſpendit eos*, Joſ. 10, 26. Pl. יִתְלוּ *Suſpendent*, Eſth. 5, 14. NIPH Præt. pl. נִתְלוּ *Suſpenſi ſunt*, Thr. 5, 12. Fut. pl. conv. וַיִּתָּלוּ *& ſuſpenſi ſunt*, Eſth. 2, 23. PIH. Præt. pl. תִּלּוּ *Suſpenderunt*, Ez. 27, 10.

תְּלִי m. *Gladius*, a ſuſpenſione dictus. Aff. תֶּלְיְךָ *Gladius*

tuus,

tuus, Gen. 27, 3. LXX. σκεῦος; Chald. סַיְפָא Ar. سيف Gladius. Al. Pharetra.

תֶּלֶם m. Ar. تلم *Porca*, *sulcus terræ*; Synecd. *Aratio*, Job. 39, 10. Pl. cst. תַּלְמֵי *Sulci*, Hos. 10, 4. Aff. תְּלָמֶיהָ *Sulci ejus*, Pf. 65, 11. Conv. Ar. ثلم Fregit, rupit.

·תָּלַל Idem, quod סָלַל *Aggeravit*, *aggessit*, *accumulavit*. Ferme id. Ar. تل Stravit humi (unde etiam تل Collis). V. Vinxit, manu duxit; i. e. abduxit. Part. Pah. תָּלוּל *Aggestus*, Ez. 17, 22.

תֵּל m. Ar. تل *Tumulus*, *acervus*, *agger*, Devt. 13, 16. Aff תִּלָּהּ *Tumulus suus*, Jer. 30, 18.

תּוֹלָלִים pl. m. *Abducentes*. Aff. תּוֹלָלֵינוּ *Abducentes nos*, Pf. 137, 3.

תַּלְתַּלִּים pl. m. *Crispaturæ capillorum*, Cant. 5, 11. qs. Cumuli capillorum.

תַּלְפִּיּוֹת pl. f. *Moles pinnarum*; compos. ex תֵּל Agger, i. e. moles in colle exstructa; & פִּיּוֹת Ora, i. e. prospectus f. pinnæ, qs. Erkerburg. Cant. 4, 4. coll. Neh. 3, 19. 25. Al. Armaria.

I. תלע. Ar. تلع Extulit se. Caput exseruit extra rem, in qua fuit. Hinc

תּוֹלָע m. *Vermis*, *qui se extra grana cocci effert*, *vermis coccineus*. It. *Quivis vermis*, Devt. 28, 39. *Coccineum*, Thr. 4, 5. Jes. 1, 18. Pl. תּוֹלָעִים *Vermes*, Ex. 16, 20. Hinc porro

מְתֻלָּעִים pl. m. *Coccinati*, *purpurati*, *coccino induti*, Nah. 2, 4.

תּוֹלֵעָה f. *Vermis coccineus*, Jes. 14, 11. Job. 25, 6.

תּוֹלַעַת f. *Idem*, Jes. 41, 14. It. absol. *Vermis*, Devt. 28, 39. Aff. תּוֹלַעְתָּם *Vermis eorum*, Jes. 66, 24.

II. מְתַלְּעוֹת pl. f. *Dentes incisores*, Joel. 1, 6. Aff. מְתַלְּעֹתָיו *Dentes incisores ejus*, Prov. 30, 14. Dici videntur pro

מַלְתָּעוֹת f. pl. *Idem*. Cst. מַלְתְּעוֹת Pf. 58, 7. ab Ar. لتع Momordit.

תְּלָת f. Chald. Hebr. שָׁלוֹשׁ *Tres*, Dan. 7, 5. Emph. תְּלָתָא & תְּלָתָה *Tres*, *tria*, Esr. 6, 4. Dan. 6, 11. *Tertius*, Esr. 6, 15. cum Aff. תְּלָתְהוֹן (pro תְּלָתְהוֹן) *Tres illi*, Dan. 3, 23. Pl. תְּלָתִין *Triginta*, Dan. 6, 8.

תְּלִיתָאָה ,תְּלִתָא ,תְּלִתַי Chald. *Tertius*, Dan. 5, 7. 16. Fem. תְּלִיתָאָה vel תְּלִיתָיָא *Tertium*, Dan. 2, 39.

תַּמָּה ,תַּם Chald. (Hebr. שָׁם) *Illic*, *ibi*, Esr. 5, 17. 6, 12. מִן־תַּמָּה *Inde*, Esr. 6, 6.

תָּמִיד (quod venire videtur ab Ar. ماد aut مادى Protendit. VI. Tempus protraxit. Perseveravit; unde etiam Nom. تمادى Perseverantia; quod ipsum esse videtur תָּמִיד) m. *Jugis*, *juge*; *perpetuitas*. Sic נֵר תָּמִיד *Lucerna perpetuitatis*, Ex. 27, 20. עֹלַת תָּמִיד *Holocaustum perpetuitatis*, ib. 29, 42. Adverbialiter *Jugiter*, Devt. 11, 12.

תָּמַהּ *Miratus*, *admiratus fuit*, *obstupuit*. Idem Ar. سه Obstupuit, attonitus fuit. Præt. pl. in pausa תָּמָהוּ *Obstupuerunt*, Pſ. 48, 6. Imp. pl. in pausa תְּמָהוּ *Obstupescite*, Jeſ. 29, 9. Fut. תִּתְמַהּ *Miraberis*, Eccl. 5, 7. Pl. יִתְמְהוּ *Obstupescent*, Job. 26, 11. in pausa יִתְמָהוּ Jeſ. 13, 8. HITHP. הִתַּמַּהּ *Admiratus fuit*. Imp. pl. הִתַּמְּהוּ *Miramini*, Hab. 1, 5.

תִּמָּהוֹן m. *Stupor*, *admiratio*, Zach. 12, 4. Cft. תמהון (ſine Dag.) Devt. 28, 28.

תְּמַהִין pl. m. Chald. *Mirabilia*, Dan. 6, 28. Emph. תְּמַהַיָּא Dan. 3, 32. Aff. תְּמָהוֹהִי *Mirabilia ejus*, ib. v. 33.

תמח vid. in מחה.

תָּמַךְ Idem, quod סָמַךְ *Sustentavit*, *apprehendit*, *sustinuit*. A quo prope abest Ar. شمخ Altus fuit. Præt. תָּמַכְתָּ *Sustentavisti*, Pſ. 41, 13. תְּמַכְתִּיךָ *Sustentavi te*, Jeſ. 41, 10. Pl. תָּמְכוּ *Sustentarunt*, Ex. 17, 12. Part. תֹּמֵךְ *Sustentans*, Am. 1, 5. pro quo תּוֹמִיךְ Pſ. 16, 5. Michaëlis præter rem תֻּמֶּיךָ Urim & Thummim tuum. Pl. cum Aff. תֹּמְכֶיהָ *Apprehendentes eam*, Prov. 3, 18. Inf. abſ. תָּמוֹךְ *Sustentando*, Pſ. 17, 5. Cſt. תְּמֹךְ *Apprehendere*, Jeſ. 33, 15. Fut. יִתְמֹךְ *Apprehendat*, Prov. 4, 4. Pl. יִתְמְכוּ *Apprehendant*, Prov. 28, 17. in pausa יִתְמֹכוּ Job. 36, 17. NIPH. Fut. יִתָּמֵךְ *Tenebitur*, Prov. 5, 22.

תּוֹמִיךְ m. *Sustentatio*, Pſ. 16, 5. Al. Part. Ben. Vid. in verbo.

תְּמוֹל *Heri*, Ex. 5, 8. Aeth. *Thymalymy*, Idem. It. *Ante*, *antea*, 2 Sam. 3, 17.

אֶתְמוֹל m. *Idem*, 2 Sam. 5, 2. & אֶתְמוּל Mich. 2, 8. & אִתְמוֹל 1 Sam. 10, 11.

תָּמַם Idem, quod Ar. تَمَّ *Absolvit, perfecit, complevit; integer, perfectus, absolutus, completus fuit.* It. *Integre consumtus, absumtus fuit; defecit.* Præt. תַּם *Defecit*, Gen. 47, 18. & sec. Keri Jer. 6, 29. Pl. תַּמּוּ *Consumti sunt*, Devt. 2, 16. Inf. תֹּם *Finiri*, Lev. 25, 29. cum Aff. תֻּמִּי *Consumere meum*, Jer. 27, 8. NIPH. Fut. אֵיתָם (ad formam אֵקַל Gen. 16, 5.) pro אֶתַּם *Integer ero*, Pf. 19, 14. Pl. יִתַּמּוּ *Conficientur*, Num. 14, 35. pro quo יִתַּמּוּ *Consummabuntur*, Devt. 34, 8. in pausa יִתַּמּוּ (a Sing. יִתַּם) Pf. 102, 28. HIPH. הֵתַם *Absumsit, absolvit.* Præt. conv. וַהֲתִמּוֹתִי & *absumam*, Ez. 22, 15. Inf. הָתֵם *Consumendo*, Ez. 24, 10 Fut תָּתֵם *Integras facis*, i. e. pronuntias, Job. 22, 3. יַתֵּם *Compleat*, 2 Reg. 22, 4. HITHP. Fut. תִּתַּמָּם pro תִּתְתַּמָּם *Integerrime agentem te exhibes*, Pf. 18, 26.

תָּמִים m. *Perfectus, integer; integritas, sinceritas*, Gen. 6, 9 Cst. תְּמִים Job. 36, 4. תְּמִים דֵּעִים *Perfectus cognitione*, ib. 37, 16. Pl. תְּמִימִים & תְּמִמִים *Integri*, Prov. 1, 12. Ex. 29, 1. Cst. תְּמִימֵי Pf. 119, 1. Fem. תְּמִימָה *Integra, um*, Pf. 19, 8. Pl. תְּמִימֹת *Integræ*, Lev. 23, 15.

תֹּם m. *Integritas*, Pf. 25, 21. *Integer*, Prov. 10, 29. Semel plene תּוֹם Prov. 10, 9. Ante Makkaph. תָּם־ Gen. 20, 5. Aff. תֻּמּוֹ *Integritas ejus*, Job. 21, 23.

תֻּמָּה f. *Idem.* Cst. תֻּמַּת Prov. 11, 3. Aff. תֻּמָּתוֹ *Integritas sua*, Job. 2, 3.

תָּם m. *Integer, inculpatus*, Gen. 25, 27.

תַּמָּה f. *Integra.* Aff. תַּמָּתִי *Integra mea*, Cant. 5, 2.

תְּאֹמִים m. pl. Gemelli; vid. in תאם.

תֻּמִּים pl. m. Perfectiones; vid. אוּרִים.

מְתֹם m. *Perfectio, integritas, sanitas*, Jes. 1, 6. Pf. 38, 4. 8. Vide etiam מתח.

